MISSALE ROMANUM EX DECRETO SACROSANCTI CONCILIJ...

Chiesa cattolica

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
8 H
21 — L
34
ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

MISSALE
ROMANVM

Ex Decreto Sacrosancti Concilij
Tridentini restitutum,
PII V. PONTIF. MAX.
IVSSV EDITVM.

Cum Kalendario perpetuo GREGORIANO,
de licentia Auctoris.

VENETIIS, M D LXXXII.

Apud Dominicum Nicolinum.

Digitized by Google

MISSALE ROMANVM

Ex Decreto Sacrosancti Concilij Tridentini restitutum,

PII V. PONTIF. MAX. IVSSV EDITVM.

Cum Kalendario perpetuo GREGORIANO, de licentia Auctoris.

VENETIIS, M D LXXXII.

Apud Dominicum Nicolinum.

Digitized by Google

MISSALE
ROMANUM
Ex Decreto Sacrosancti Concilii
Tridentini restitutum,
PII V. PONTIFICIS MAX.
IUSSU EDITUM.
Cum Kalendario perpetuo GREGORIANO,
ac Ritibus Ordinis.



Digitized by Google

PIVS EPISCOPVS
SERVVS SERVORVM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

VO primum tempore ad Apoſtolatus apicem aſſumpti fuimus, ad ea libenter animum, viresq; noſtras intendimus, & cogitationes omnes direximus, quæ ad eccleſiaſticum purum retinendum cultum pertinerẽt, eaq; parare, & Deo ipſo adiuuante omni adhibito ſtudio efficere contendimus. Cumq; inter alia ſacri Tridentini concilij decreta, nobis ſtatuendum eſſet de ſacris libris Catechiſmo, Miſſali, & Breuiario edendis atque emendandis: edito iam Deo ipſo annuente ad populi eruditionẽ Catechiſmo, & ad debitas Deo perſoluendas laudes, Breuiario caſtigato; omnino, vt Breuiario Miſſale reſponderet, vti congruum eſt, & conueniens (cùm unum in Eccleſia Dei pſallendi modum, vnum Miſſæ celebrandæ ritum eſſe maximè deceat) neceſſe iã videbatur, ut quod reliquum in hac parte eſſet, de ipſo nempe Miſſali edendo, quam primum cogitaremus. Quare eruditis delectis viris onus hoc demandandum duximus, qui quidem diligenter collatis omnibus cum vetuſtis noſtræ Vaticanæ bibliothecæ, aliisq; undiq; conquiſitis, emendatis, atque incorruptis codicibus: nec non veterum conſultis, ac probatorum auctorum ſcriptis, qui de ſacro eorundem rituum inſtituto monimenta nobis reliquerunt; ad priſtinam Miſſale ipſorum ſanctorum Patrum normam ac ritum reſtituerunt. Quod recognitum iam, & caſtigatum, matura adhibita conſideratione, vt ex hoc inſtituto, cœptoq; labore fructus omnes percipiant, Romæ quam primum imprimi, atq; impreſſum edi mandauimus, nempe, ut Sacerdotes intelligant, quibus precibus vti, quos ritus, quaſve ceremonias in Miſſarum celebratione retinere poſt hac debeant. Vt autem à ſacroſancta Rom. Eccleſia cæterarum Eccleſiarũ matre & magiſtra, tradita vbique amplectantur omnes, & obſeruent, ne in poſterum perpetuis futuris temporibus in omnibus Chriſtiani orbis prouinciarum Patriarchalibus, Cathedralib. Collegiatis, & Parochialibus, Secularibus, & quorumuis ordinum Monaſteriorũ, tam virorũ quam mulierum, etiam militiarum Regularibus, ac ſine cura Eccleſiis, vel Capellis, in quibus Miſſa Conuentualis alta uoce cum choro, aut demiſſa celebrari iuxta Rom. Eccleſiæ ritum cõ ſueuit, vel debet, aliàs, quàm iuxta Miſſalis à nobis editi formulam decantetur, aut recitetur, ẽt ſi eædem Eccleſiæ quouis modo exemptę Apoſtolicæ ſedis indulto, conſuetudine, priuilegio, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel alijs quibuſvis facultatibus munitæ ſint: niſi ab ipſa prima inſtitutione à ſede Apoſtolica approbata, vel conſuetudine, quæ vel ipſa inſtitutio ſuper ducentos annos Miſſarum celebrandarum in eiſdem Eccleſijs aſsiduè obſeruata ſit: à quibus, vt præfatam celebrandi conſtitutionem, vel conſuetudinem nequaquam auferimus, ſic ſi Miſſale hoc, quod nunc in lucem edi curauimus, ijſdem magis placeret, de Epiſcopi, vel Prelati, capituliq; vniuerſi conſenſu, vt, quibuſvis non obſtantibus, iuxta illud Miſſas celebrare poſsint, permittimus: ex aliis verò omnibus Eccleſiis præfatis eorundem Miſſalium vſum tollendo, illaq; penitus, & omnino reijciendo: ac huic Miſſali noſtro nuper edito, nihil vnquam addendum, detrahendum, aut immutandum eſſe decernendo, ſub indignationis noſtræ pœna hac noſtra perpetuo valitura conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus. Mandantes ac diſtrictè omnibus & ſingulis Eccleſiarum prædictarum Patriarchis, Adminiſtratorib. aliisq; perſonis quacunque eccleſiaſtica dignitate fulgentibus, etiam ſi ſanctæ Rom. Eccleſiæ Cardinales, aut cuiuſuis alteris gradus, & præeminentiæ fuerint, illis in virtute ſanctæ obedientiæ præcipien-

Digitized by Google

tes,vt cæteris omnibus rationibus,& ritibus ex alijs Miſſalibus quantumuis vetuſtis hactenus obſeruari conſuetis,in poſterum penitus omiſsis,ac planè reiectis,Miſſam iuxta ritum,modũ, ac normã,q̃ per Miſſale hoc a nobis nunc traditur,decantent,ac legant: neq; in Miſſæ celebratione alias ceremonias,vel preces,q̃ q̃ hoc Miſſali continentur,addere,vel recitare præſumant.

Atque vt hoc ipſum Miſſale in Miſſa decantanda, aut recitãda in quibuſuis Eccleſiis abſq; vllo conſcientię ſcrupulo,aut aliquarum pœnarum,ſententiarum,& cenſurarum incurſu poſthac omnino ſequantur,eoq; liberè, & licitè vti poſsint,& valeant, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium etiam perpetuò concedimus,& indulgemus.Nèue Præſules, Adminiſtratores,Canonici,Capellani,& alii quocunque nomine nuncupati presbyteri ſæculares,aut cuiuſuis ordinis regulares,ad Miſſam aliter,q̃ a nobis ſtatutum eſt,celebrandam teneantur, neq; ad Miſſale hoc immutandum à quolibet cogi,& compelli, præſenteſve literæ vllo vnquam tẽpore reuocari,aut moderari poſsint; ſed firmę ſemper & validę in ſuo exiſtãt robore,ſimiliter ſtatuimus,& declaramus.Non obſtantibus præmiſsis,ac conſtitutionib.& ordinationib. Apoſtolicis,ac in Prouincialib. & Synodalib. Conciliis editis,generalibus,vel ſpecialib.conſtitutionibus,& ordinationib. nec non Eccleſiarũ prædictarũ vſu longiſsimo & immemorabili pręſcriptione,non tñ ſupra ducentos annos roborata,ſtatutis,& conſuetudinib. cõtrarijs quibuſcũq;. Volumus autem & eadem auctoritate decernimus,vt poſt huius noſtræ cõſtitutionis,ac Miſſalis editionẽ, qui in Romana adſunt Curia Presbyteri,poſt menſem; qui verò intra montes, poſt tres; & qui vltra montes incolunt,poſt ſex menſes,aut cum primum illis Miſſale hoc venale ꝓpoſitũ fuerit,iuxta illud Miſſam decantare,vel legere teneantur. Quod ut ubiq; terrarum incorruptum,ac mendis,& errorib. purgatũ præſeruetur,oibus in noſtro,& ſanctæ Ro. Eccleſiæ Dñio mediatè, vel immediatè ſubiecto commorantib. Impreſſorib. ſub amiſsionis librorũ ac centum ducatorũ aurei Cameræ Apoſtolicæ ipſo facto applicandorum: aliis verò in quacunq; orbis parte conſiſtentib. ſub excõicationis latæ ſnĩæ,& alijs arbitrij noſtri pœnis, ne ſine noſtra,vel ſpecialis ad id Apoſtolici Commiſſarij in eiſdem partib.à nobis conſtituendi, ac niſi per eundẽ Commiſſarium eidem Impreſſori Miſſalis exemplum,ex quo aliorũ imprimendorum ab ipſo Impreſſore erit accipienda norma,cũ Miſſali in Vrbe ſecundũ magnam impreſſionem impreſſo collatum fuiſſe,& cõcordare,nec in ullo penitus diſcrepare, prius plena fides facta fuerit,imprimere,vel proponere,uel recipere ullo modo audeant,vel præſumant; auctoritate Apoſtolica,& tenore præſentium in ſimilib. inhibemus.Verum quia difficile eſſet præſentes literas ad quæque Chriſtiani orbis loca deferri,ac primo quoq; tempore in oĩum notitiã perferri,illas ad Baſilicæ principis Apoſtolorũ,ac Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Cãpi Flore de more publicari,& affigi:ac earundẽ literarum exemplis etiam impreſsis,ac manu alicuius publici tabellionis ſubſcriptis, nec non ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę munitis, eandem prorſus indubitatam fidem vbique gentium & locorum haberi præcipimus,quæ præſentibus haberetur, ſi oſtenderentur uel exhiberentur.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ permiſsionis,ſtatuti, ordinationis,mandati,præcepti, conceſsionis, indulti, declarationis, voluntatis, decreti, & inhibitionis infringere,vel ei auſu temerario contraire,Si quis aũt hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei,ac beatorum Petri,& Pauli Apoſtolorum eius,ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dominicæ. 1570.Prid.Idus Iulij, Pontificatus noſtri anno Quinto.

Ca. Glorierius.

H. Cuuyn.

Anno à Natiuitate Domini Milleſimo, Quingenteſimo, Septuageſimo: Indictione decimatertia; die vero Vigeſima nona menſis Iulij. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris,& Dñi noſtri, Dñi Pij,diuina prouidentia Papæ V. anno eius quinto retroſcriptæ literæ publicatæ,& affixæ fuerunt ad valuas Baſilicæ principis Apoſtolorum,ac Cancellarię Apoſtolicæ,& in acie Campi Florę,vt moris eſt,per nos Ioannem Andream Rogerium,& Philibertum Cappuis curſores.

Scipio de Oſtauianis Magiſter Curſorum.

IN

Digitized by Google

CANON

IN KALENDARIVM GREGORIANVM

ANNI CORRECTIONIS M D LXXXII.

ANNO Domini M D LXXXII. vtendum eſt antiquo Kalendario quo ad hanc vſque diem Eccleſia Romana vſa eſt, vſque ad iiij. Nonas Octob. hoc eſt, vſque ad feſtum S. Franciſci incluſiue: Deinde vero aſſumendum eſt fragmentum hoc Kalendarii continens tres vltimos menſes, quorum October mutilus etiam eſt, cum dies duntaxat 21. complectatur. Quoniam enim, vt Aequinoctium vernum ad diem 21. Martij, quo ipſum Patres Concilii Nicæni deprehenderunt, & à quo iam decem circiter dies uerſus initium Martij receſsit, reſtituatur, ſancitum eſt à Gregorio XIII. Pont. Optim. Max. vt poſt iiij. Non. Octob. omittantur x. dies; tranſiliendum ſtatim erit à iij. Non. Octob. ad Idus Octob. ita vt celebrata feſtiuitate S. Franciſci, dies ſequens dicatur Idus Octob. ſiue dies Quintusdecimus Octob. in eoq; celebretur feſtum SS. Dionyſij, Ruſtici & Eleutherii Martyrum, cum commemoratione S. Marci Papæ & Conf. & SS. Sergii, Bacchi, Marcelli, & Apulei Mart. Die vero proxima, quæ eſt 16. Octob. diciturque xvij. Kalend. Nouemb. dies feſtus agatur S. Caliſti Papæ & Martyr. Die deinde ſequenti, quæ eſt 17. Octob. diciturque xvj. Kalend. Nouemb. dicatur officium, & Miſſa de Dominica xviij. poſt Pentecoſten, quæ erit Dominica tertia Octobris, mutata litera Dominicali g. in c. Decimooctauo vero die Octob. ſiue Quintodecimo Kalen. Nouemb. celebretur feſtum S. Lucæ Euangeliſtæ; & ab hac die incluſiue reliqui feſti dies agantur, vt ſunt in Kalendario deſcripti, vſq; ad finem anni M D LXXXII. poſt quem, fragmentum hoc Kalendarii nullum vſum amplius habebit, ſed Kalendarium perpetuum aſcifcendum erit, in quo omnes 12. menſes integri deſcripti ſunt. Quod etiam intelligas de aliis annis, in quibus correctio hæc fiet.

¶ ITAQVE poſt detractionem x. dierum de menſe Octobri anni M D LXXXII. litera Dominicalis erit c. Epacta autem erit xxv. & litera Martyrologii erit G, maiuſc. ut in propriis Canonibus Kalendarii, & Martyrologii docetur: adeo vt vbicunque in hoc fragmento Kalendarii reperitur litera c, ibi dies Dominicus celebretur. Vbicunque autem Epacta xxvi. poſita eſt, ibi fiat Nouilunium, ſeu Luna 1. Denique vbicunque in Martyrologio litera G, maiuſc. extiterit, ibi ſub ea ætas Lunæ deprehendatur. Anno autem M D LXXXIII. iam emendato adhibendi erunt canones Kalendarii Gregoriani perpetui, Erit enim tunc litera Dominicalis b. Epacta autem vii. & litera Martyrologii g, minuſc.

¶ QVID autem faciendum ſit in regionibus remotioribus, in quibus correctio fieri non poteſt anno M D LXXXII. ſed uel anno M D LXXXIII. vel M D LXXXIIII. vel M D LXXXV. dicetur poſt finem huius fragmenti Kalendarii.

OCTOBER

Cycles Epact. An. Cor. 1582	Lræ Dñi.		D. M.	Cui desunt decem dies pro correctione Anni Solaris.
xxij	A	Kal.	1	Remigij Episcopi & Confess.
xxj	b	vj	2	
xx	c	v	3	
xix	d	iiij	4	Francisci Confess. duplex.
		Non.		
viij	A		15	Dionysij, Rustici, & Eleutherii martyr. semiduplex cum commemoratio. S. Marci Papæ, & Confess. & SS. Sergij, Bachi, Marcelli, & Apulei martyrum.
		Idib		
vij	b	xvij	16	Calisti Papæ & mart. semiduplex.
vj	c	xvj	17	
v	d	xv	18	Lucæ Euangelistæ. duplex.
iiij	e	xiiij	19	
iij	f	xiij	20	
ij	g	xij	21	Hilarionis Abbatis. & commemoratio. SS. Vrsulæ & soc. Virginum, & martyr.
j	A	xj	22	
✻	b	x	23	
xxix	c	ix	24	
xxviij	d	viij	25	Chrysanthi & Dariæ martyr.
xxvij	e	vij	26	Euaristi Papæ & martyr.
xxvj	f	vj	27	Vigilia.
xxv	g	v	28	Simonis & Iudæ Apostolorum. duplex.
xxiiij	A	iiij	29	
xxiij	b	iij	30	
xxij	c	Prid.	31	Vigilia.

NOVEMBER

Cyclus Epact. An. Cor. 1582	Lit. Dñi		D. M.	Anni Correctionis.
	xxj	d	Kal. 1	Festum omnium Sanctorum. dupl.
	xx	e	iij 2	Comm. omnium defunct. dup. & de octa. omnium. SS.
	xix	f	iij 3	De octaua.
	xviij	g	Prid. 4	De octaua. & comm. SS. Vitalis, & Agricolæ mart.
	xvij	A	Non. 5	De octaua.
	xvj	b	viij 6	De octaua.
	xv	c	vij 7	De octaua.
	xiiij	d	vj 8	Oct. om. SS. dupl. & comme. SS. quatuor Coro. mar.
	xiij	e	v 9	Dedic Basilicæ Saluatoris dup. & cõm. S. Theod. mar.
	xij	f	iiij 10	Tryphonis, Respicij, & Nymphæ mart.
	xj	g	iij 11	Martini episcopi & Conf. dup. & com. S. Mennæ mar.
	x	A	Prid. 12	Martini Papæ & mart. semidupl.
	ix	b	Idib. 13	
	viij	c	xviij 14	
	vij	d	xvij 15	
	vj	e	xvj 16	
	v	f	xv 17	Gregorii Thaumaturgi episcopi & Confess.
	iiij	g	xiiij 18	Dedic. Basilicarum Petri & Pauli. duplex.
	iij	A	xiij 19	Pontiani Papæ & mart.
	ij	b	xij 20	
	j	c	xj 21	
	*	d	x 22	Cæciliæ virg. & mart. semidoplex.
	xxix	e	ix 23	Clementis Papæ & martyr. semidup. & comm. Felicitatis mart.
	xxviij	f	viij 24	Chrysogoni mart.
	xxvij	g	vij 25	Catherinæ virg. & mart. duplex.
25	xxvj	A	vj 26	Petri Alexandrini episcopi & mart.
	xxiiij	b	v 27	
	xxiij	c	iiij 28	
	xxij	d	iij 29	Vigilia. & comm. S. Saturnini mart.
	xxj	e	Prid. 30	Andreæ Apostoli. duplex.

DECEMBER

Cyclus Epact. An.Cor. 1582	Lĩtæ Dñi.		D. M.	Anni Correctionis.
	xx	f	Kal. 1	
	xix	g	iiii 2	Bibianæ virginis & martyris. commem.
	xviii	A	iii 3	
	xvij	b	Prid. 4	Barbaræ virginis & martyris. commemo.
	xvj	c	Non. 5	Sabbæ abbatis. commemorat.
	xv	d	viii 6	Nicolai Episcopi & Conf. semid.
	xiiij	e	vii 7	Ambrosij Episcopi & Conf. & Ecclesiæ Doct. dup.
	xiij	f	vi 8	Conceptio Beatæ Mariæ. duplex.
	xij	g	v 9	
	xj	A	iiii 10	Melchiadis Papæ & martyris. commem.
	x	b	iii 11	Damasi Papæ, & confess. semidup.
	ix	c	Prid. 12	
	viij	d	Idib. 13	Luciæ virginis & martyris. duplex.
	vij	e	xix 14	
	vj	f	xviii 15	
	v	g	xvii 16	
	iiij	A	xvi 17	
	iij	b	xv 18	
	ij	c	xiiii 19	
	j	d	xiii 20	Vigilia.
	*	e	xii 21	Thomæ Apostoli. duplex.
	xxix	f	xi 22	
	xxviij	g	x 23	
	xxvij	A	ix 24	Vigilia.
	xxvj	b	viii 25	Natiuit. Domini Nostri Iesu Christi. duplex.
25	xxv	c	vii 26	Stephani prothomarty. dupl. & com. Oct. Natiuit.
	xxiiij	d	vi 27	Ioannis apostoli & euangelistæ. dupl. & com. Octa.
	xxiij	e	v 28	SS. Innocentum martyr. dupl. & commem. Octa.
	xxij	f	iiii 29	Thomæ Cantuariensis episc. & mar. sem. & com. Oct.
	xxj	g	iii 30	De Dominica infra Octauam Natiuitat. vel de Octaua. cum commemo. aliarum Octauarum.
19	xx	A	Prid. 31	Siluestri Papæ, & confess. dupl. & com. Octa.

DE CYCLO DECENNOVENNALI AVREI NVMERI.

YCLVS Decennouennalis Aurei numeri est reuolutio numeri 19. annorum ab 1. vsq; ad 19. qua reuolutione peracta, iterum ad vnitatem reditur. Verbi gratia. Anno 1577. Numerus cycli decennouennalis, qui dicitur Aureus, est 1. Anno sequẽti 1578. est 2. & ita deinceps in sequentibus annis, vno semper amplius, vsq; ad 19. qui Aureus numerus cadet in annum 1595. post quem iterum ad vnitatem redeundum est, ita vt anno 1596. Aureus numerus sit rursus 1. & anno 1597. sit 2. &c. Cõtinet autem hic cyclus Aurei numeri annos 19. quia post 19. annos solares elapsos reuertuntur Nouilunia ad eosdem dies mensium, licèt nõ omnino præcise, sed aliqua diei particula citius, ut à Computistis, & in libro nouæ rationis restituendi Kalendarii Romani ostenditur. Quilibet vero annus Aurei numeri terminatur in fine mensis Decembris, & in principio Ianuarij sequentis anni initiũ sumit alius annus Aurei numeri: quemadmodum etiam fit in annis Domini, qui semper terminantur in mense Decembri, & initium sumunt à Ianuario. Vt anno Domini 1582. annus cycli decennouennalis, qui dicitur Aureus numerus, est 6. terminaturq; simul cum ipso anno Domini 1582. in mense Decembri: In mense autem Ianuario initium sumit alius annus Domini, nempe 1583. & in eodem mense Ianuario assumitur etiam alius annus Aurei numeri, nimirum 7. Et ita deinceps agendum erit in aliis annis, quousq; perficiatur numerus 19. a quo iterum redeundum est ad unitatẽ: atque hoc modo in perpetuum. Hoc cyclo decennouennali Aurei numeri per dies Kalendarii distributo Ecclesia Romana ad hanc vsque diem vsa est tum ad coniunctiones Solis ac Lunæ inquirendas, tum vero maxime ad inueniendum diem festum Paschæ, & ad indaganda alia festa mobilia: propterea quòd veteres putabant Nouilunia, transacto spatio 19. annorum solarium, ad eundem prorsus diem, eandemq; horam redire; quod uerum non est, cum Nouilunia paulo citius, quàm spatium 19. annorum Solarium compleatur, ad eandem sedem redeant, vt dictum est. Hinc factum est, ut Nouilunia hoc tempore plus quàm quatuor dies distent ab Aureo numero in veteri Kalendario Romano; & secundum illius normam Pascha sæpenumero post xxj. Lunam, contra Maiorum instituta, celebretur: adeo ut cyclus hic Aurei numeri inutilis omnino iam sit inuentus ad Nouilunia, festaque mobilia indicanda, idemq; magis ac magis in dies futurus sit inutilis, tum propter decem dies ex mense Octob. anni 1582. auferendos, tum etiam propter tres Bissextos omittendos quibusq; quadringentis annis: nisi in 30. ordines redigatur, hoc est, nisi 30. Kalendaria construantur, vt ex illis seligatur semper illud, quod certo cuidam tempori congruit: quæ res, quantas perturbationes, quantosq; sumptus, personis præsertim Ecclesiasticis, esset allatura, nemo non videt. Hoc incommodum ut uitetur, substitutus est in locum Aurei numeri in Kalendario Cyclus Epactarum constans ex 30. numeris Epactalibus: qui quidem nihil aliud est, quam cyclus decennouennalis Aurei numeri æquatus, ita ut sit instar Aurei numeri in 30. Kalendaria, de quibus dictum est, distributi, ut in libro nouæ rationis restituendi Kalendarii Romani declaratur. Aureo numero utemur in posterum, non quidem ad Nouilunia, & festa mobilia inquirenda, ut ad hanc usque diem factum est ab Ecclesia, sed solum ad inuestigandam Epactam cuiuslibet anni, ex qua & Nouilunia, & festa mobilia deinde reperiantur, vt in sequenti canone docebimus: ita ut etiam nunc necessarium omnino sit Aureum numerum quouis anno indagare, licèt is de Kalendario sit submotus, locumq; amplius non habeat ad Nouilunia, festaque mobilia inuenienda.

Igitur vt Aureus numerus quolibet anno proposito inueniatur, composita est sequens tabella

la Aureorum numerorũ, cuius vſus incipit ab anno correctionis 1582. inclusiue, duratque in perpetuũ. Ex ea enim Aureus numerus cuiuslibet anni post annũ 1582. reperietur hoc modo.

Tabella cycli Aurei numeri initium sumens ab anno correctionis 1582.

vj.	vij.	viij.	ix.	x.	xj.	xij.	xiij.	xiiij.	xv	xvj.	xvij.	xviij.	xix.	i.ij.	iij.	iiij.	v.

Anno 1582. tribuatur primus numerus tabellæ, qui est vj. secundus autem, qui est vij. sequenti anno 1583. & ita deinceps in infinitum, donec ad annum, cuius Aureum numerum quaris, perueniatur, redeundo ad principium tabellæ, quotiescunque eam percurreris. Nam numerus, in quem annus propositus cadit, dabit Aureum numerum quæsitum.

DE EPACTIS ET NOVILVNIIS.

EPACTA nihil aliud est, quàm numerus dierum, quibus annus Solaris cõmunis dierum 365. annum communem Lunarem dierum 354. superat: ita ut Epacta primi anni sit 11. cum hoc numero annus Solaris cõmunis Lunarem annum communem excedat: atq; adeo sequenti anno Nouilunia cõtingant 11. diebus prius, quàm anno primo. Ex quo fit, Epactam secundi anni esse 22. cum eo anno rursum annus Solaris Lunarem annum superet 11. diebus, qui additi ad 11. dies primi anni efficiunt 22. ac proinde, finito hoc anno, Nouilunia contingere 22. diebus prius, quàm primo anno: Epactã autem tertij anni esse 3. quia si rursus 11. dies ad 22. adiiciantur, efficietur numerus 33. à quo si reiiciantur 30. dies, qui vnam Lunationem Emboliſmalem constituunt, relinquentur 3. atq; ita deinceps. Progrediuntur enim Epactæ omnes per continuum augmentum 11. dierum, abiectis tamen 30. quando reiici possunt. Solum quando peruentum erit ad ultimam Epactam Aureo numero 19. respondentem, quæ est 29. addũtur 12. ut abiectis 30. ex composito numero 41. habeatur rursus Epacta 11. ut in principio. Quod ideo fit, vt ultima Lunatio Emboliſmica, currente Aureo numero 19. sit tantum 29. dierum. Si enim 30 dies contineret, ut aliæ sex Lunationes Emboliſmicæ, non redirẽt Nouilunia post 19. annos Solares ad eosdem dies, sed versus calcẽ mensium prolaberent, cõtingerentq; vno die tardius, q̃ ante 19. annos. De qua re plura inuenies in libro nouæ rationis restituendi Kalendarii Romani. Sunt aũt nouemdecim Epactæ, quot & Aurei numeri, rñdebantq; ipsis Aureis numeris Ante Kalendarii correctionẽ eo modo, quo in hac tabella disposite sunt.

Tabella Epactarum respondentium Aureis numeris ante Kalendarij correctionem.

Aurei num.	1.	2.	3.	4	5.	6.	7.	8.	9.	10.	11.	12.	13.	14	15.	16.	17.	18.	19.
Epactæ.	xj.	xxij	*.	xiiij	xxv.	vi.	xvii	xxviij.	x.	xxi.	j.	xij.	xxiij.	iiij.	xv	xxvj.	vij.	xviij.	xxix.

Quia vero cyclus decennouennalis Aurei numeri imperfectus est, cum Nouilunia post 19. annos Solares nõ præcisè ad eadem loca redeant, ut dictum est, imperfectus etiam erit hic cyclus 19. Epactarum. Quamobrem eum ita emendauimus, vt in posterum loco Aurei numeri, & dictarum 19. Epactarum utamur 30. numeris Epactalib. ab 1. vsq; ad 30. ordine progrediẽtibus, quamuis vltima Epacta, siue quæ ordine est trigesima, notata numero non sit, sed signo hoc *. propterea, q̃ nulla Epacta esse possit 30. Variis autem temporib. ex his 30. Epactis respondent decem & nouem Aureis numeris variæ decem & nouem Epactæ, prout Solaris anni, ac Lunaris æquatio expoſcit: quæ quidem decem & nouem Epactæ progrediũtur, ut olim, per eundem numerum 11. addunturq; semper 12. illi Epactæ, quæ respondet Aureo numero

19.

19. vt habeatur sequens Epacta respondens Aureo numero 1. ob rationem paulo ante dictam. Id quod sequentes tres tabellæ perspicuum faciunt: quarum prima continet Aureos numeros, & Epactas inter se respondentes ab anno correctionis 1582 post detractionem x. dierum, vsq; ad annum 1700. excluſiuè, quo anno secunda tabella assumenda est, & tertia anno 1900. atque ita deinceps alia atque alia, vt infra docebimus. Quæ quidem omnia vberius in libro nouæ rationis restituendi Kalendarii Romani explicantur. Quamuis autem vulgares Epactæ mutẽtur in Martio, re ipsa tamen in principio anni mutandæ sunt, una cum Aureo numero, in cuius locum hæ nostræ Epactæ succedunt.

Quælibet autem tabella ab eo Aureo numero initium sumit, qui illo anno currit, à quo vsus tabellæ incipit. Et licet in his tabellis diuersæ semper Epactæ Aureis numeris respondeãt, ali-

Tabella Epactarum respondentium Aureis numeris ab Idibus Octobris anni correctionis 1582. detractis prius x. diebus, vsque ad annum 1700. excluſiue.

Aurei num.	6.	7.	8.	9.	10.	11.	12.	13.	14.	15.	16.	17.	18.	19.	1.	2.	3.	4.	5
Epactæ.	xxvj.	vij.	xviij.	xxix.	x.	xxj.	ij.	xiij.	xxiiij.	v.	xvj.	xxvij.	viij.	xix.	j.	xij	xxi	j.	iiij	xv

Tabella Epactarum respondentium Aureis numeris ab anno 1700. incluſiue vsque ad annum 1900. excluſiue.

Aurei num.	10.	11.	12.	13.	14.	15.	16.	17.	18.	19.	1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.
Epactæ.	ix.	xx.	i.	xij.	xxiij.	iij.	xv.	xxv.	vij.	xviij.	ø.	xj.	xxij.	iij.	xiiij.	xxv.	vi.	xvij.	xxvij.

Tabella Epactarum respondentium Aureis numeris ab anno 1900. incluſiue vsque ad annum 2200. excluſiue.

Aurei num	1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.	10.	11.	12.	13.	14.	15.	16.	17.	18.	19.
Epactæ.	xxix.	x.	xxj	ij.	xiij.	xxiiij.	v.	xvj.	xxvij.	viij.	xix.	ø.	xj.	xxij	iij.	xiiij.	25.	vj.	xvij.

quando tamen continget, ut eisdem Aureis numeris eædem Epactæ respondeant, quæ olim ante correctionem Kalendarij.

Itaq; si Epacta quocunq; anno proposito inuenienda sit, quærendus est Aureus numerus illius anni in superiori ordine illius tabellæ, q̃ illi tempori, in quo propositus annus continetur, congruit. Mox enim sub Aureo numero in inferiori ordine tabellæ reperietur Epacta anni propositi, vel certè hoc signum ✻ Vbi ergo illa Epacta, vel signum ✻. in Kalendario inuentum fuerit, eo die Nouilunium fiet. Inuenietur autem Aureus numerus vel ex antecedente canone, vel ex tabella Epactarum proposito tempori congruente, tribuendo primum Aureum numerum illius tabellæ illi anno, a quo vsus tabellæ incipit, & secundum Aureum numerum sequenti anno, &c. Eodem modo reperietur Epacta sine Aureo numero, si prima Epacta tabellæ tribuatur illi anno, a quo eius vsus incipit, & secunda Epacta sequenti anno, &c.

Exemplum. Anno correctionis 1582. Aureus numerus est 6. nempe primus primæ tabellæ, cuius vsus incipit ab Idibus Octobris anni correctionis 1582. detractis prius x. diebus. Erit ergo tunc Epacta xxvj. quæ sub Aureo numero 6. collocatur: fietq; Nouilunium die 27. Octob. & 26. Nouemb. & 25. Decemb. Item anno 1583. Iam correcto Aureus numerus est 7. cui in eadem tabella suppositа est Epacta vii. quæ toto eo anno in Kalendario Nouilunia indicabit: vt in Ianuario die 24. In Febr. die 22. In Martio die 24. &c. Rursus anno 1710. Aureus numerus est 1. sub quo in ordine Epactarũ secundæ tabellæ, quæ anno proposito congruit, collocatur

cur hoc ſignum *. quod in Kalendario toto eo anno Nouilunia demonſtrabit: nimirum in Ianuario die 1. & 31. In Martio (Nam in Februario nullum tunc erit Nouilunium, cum in eo ſignum * non reperiatur) die 1. & 31. In Aprili die 29. & c. Poſtremo anno 1916. Aureus numerus eſt 17. ſub quo in ordine Epactarum tertiæ tabellæ, quæ propoſito anno congruit, reperitur Epacta 25. non rubro colore, & antiquo numero, ut aliæ Epactæ, ſed nigro atramento, & vulgari numero ſcripta. Vbicunque ergo anno 1916. in Kalendario Epacta 25. nigra reperitur, ibi Nouilunium fit: Vt in Ianuario die 6. In Februario die 4. In Martio die 6. In Aprili die 4. & c. Quotieſcunque enim Epacta 25. reſpondet Aureis numeris maioribus, quàm 11. quales ſunt poſteriores octo à 12. vſque ad 19. ſumenda eſt in Kalendario Epacta 25. nigra: quando vero eadem Epacta 25. reſpondet minoribus Aureis numeris, quam 12. quales ſunt priores vndecim ab 1. vſq; ad 11. incluſiue, accipienda eſt in Kalendario Epacta xxv. rubra, & antiquo numero ſcripta: Atque hoc ſolum contingit in Epacta 25. & in aliis nunquam. Quod ideo fit, vt anni Lunares perfectius Solaribus annis reſpondeant. Ob quam etiã cauſam in ſex locis Kalendarii duæ Epactæ, ſcilicet xxv. & xxiiii. ad eundem diem ſunt aſcriptæ, ut nimirũ Lunationes ita ſibi mutuo ſuccedant, vt alternatim ſex contineant dies 30. & ſex aliæ dies tantũ 29. cõplectanť. Id quod abunde in libro nouæ rationis reſtituendi Kalendarij Romani explicatũ eſt.

Tabella literarum Dominicalium ab Idibus Octobris anni correctionis 1582. *(detractis prius x. diebus) vſque ad annum* 1700. *excluſiue.*



Vſus huius tabellæ hic eſt. Anno correctionis 1582. poſt Idus Octobris (detractis prius x. diebus tribuatur litera c. primæ cellulæ, & ſequenti anno 1583. litera b, ſecũdę, & anno 1584. dentur literæ A, g, tertiæ cellulæ, & ſic deinceps aliis annis ordine aliæ cellulæ tribuantur, donec ad annum propoſitum peruentum ſit, redeundo ad principium tabellæ, quotieſcunque eã percurreris. Nam cellula, in quam annus propoſitus cadit, dummodo minor ſit, quam annus 1700. dabit literam Dominicalem propoſiti anni. Quæ ſi vnica occurrerit, annus erit communis; ſi uero duplex, Biſſextilis: & tunc ſuperior litera Dominicam diem oſtendit in Kalendario à principio anni vſque ad feſtum S. Matthiæ Apoſtoli, inferior autem ab hoc feſto uſque ad finẽ anni. Exẽpli gratia. Sit inuenienda litera Dominicalis anno 1587. Numera ab anno 1582. quem tribue primæ literę c, vſque ad annum 1587. tribuendo ſingulis cellulis ſingulos annos, (computando geminas literas quaſcunque, ſuperiorem & inferiorem, pro vna cellula) cadetque annus 1587. in literam d, quæ ſextuum locum in tabella occupat. Eſt ergo toto eo anno litera Dominicalis d, annusq; communis eſt, cum litera ſimplex occurrat. Rurſus ſit inueſtiganda litera Dominicalis anno 1616. Numera ab anno 1582. vt dictum eſt, vſque ad annum 1616. redeundo ad principium tabellæ, poſtquam eam percurreris, peruenieſque ad duas haſce literas c, b, ſeptimo loco poſitas. Eſt ergo annus ille Biſſextilis, cum duplex litera occurrat, ſuperiorq; litera c, Dominicam diem indicabit à principio anni illius vſque ad feſtum S. Matthiæ, inferior autem b, in reliqua parte anni.

DE INDICTIONE.

INDICTIO eſt reuolutio 15. annorum ab 1. vſq; ad 15. qua reuolutione peracta, iterum reditur ad vnitatem, mittiumq́ ſumit quilibet annus huius Cycli à Ianuario in bullis Pontificis, ſicut de Cyclo decennouennali Auteri numeri ſcripſimus. Et quoniam Indictionis frequens vſus eſt in Diplomatibus, & ſcripturis publicis, facile annum Indictionis currentem quolibet anno propoſito inuenietis ex ſequenti tabella, cuius vſus perpetuus eſt, initium tamen ſumit ab anno correctionis 1582.

Tabella

10. 11. 12. 13. 14. 15. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

Nam ſi anno 1582.tribuas primum numerum,qui eſt 10.& ſequenti anno 1583.ſecundum numerum, qui eſt 11.& ſic deinceps vſq; ad annum propoſitum,redeundo ad principiũ tabellæ, quotieſcunq; eam percurreris,cadet annus propoſitus in Indictionem,quæ quæritur.

Vt facilius omnia feſta mobilia inueniantur,compoſitæ ſunt duæ ſequentes tabulæ Paſchales, una antiqua,& noua altera. Ex antiqua ita feſta mobilia reperientur. In latere ſiniſtro tabulæ accipiatur Epacta cutrens,& in linea literarum Dominicalium ſumatur litera Dominicalis currens, infra tñ Epactam currentẽ, ita vt ſi litera Dominicalis reperiatur è regione Epactæ currentis,aſſumenda ſit eadem litera Dominicalis proxime inferior. Nam è regione huius literæ Dñicalis omnia feſta mobilia continentur. Vt in eiſdem exẽplis; Anno 1585. Epacta eſt 7.& litera Dñicalis b. Si igitur in tabula antiqua ſumatur litera Dñicalis b,quę primo infra Epactam vii.occurrit,reperietur è regione huius literæ Dñica Septuageſimæ die 6. Febr. dies Cinerum 23. Febr. dies Paſchæ 10. Aprilis; Aſcenſio Dñi 19. Maij: Dies Pentecoſtes 29. Maii.& feſtum Corporis Dñi 9. Iunii. Dñicæ autem inter Pentecoſten & Aduentum tunc erunt 25.& Aduentus celebrabitur die 27. Nouembris,& ſic de cæteris. Item anno 1585. Epacta eſt xxix.& litera Dominicalis f, quæ in tabula reperitur è regione Epactæ xxix. Quare ſumenda eſt alia litera f, quæ proxime infra Epactam inuenitur, è regione cuius inuenies Septuageſimam die 7. Februarii, ſiẽ Cinerũ 6. Martii,& Paſcha die 21. Aprilis, &c.

Notandum autem eſt,q; quemadmodum in anno communi, cadente litera Dñicali è regione Epactæ in tabula antiqua, ſumitur eadem litera proxima infra Epactam, ut diximus: ita quoque in anno Biſſextili, ſi alterutra duarum literarum Dominicalium tunc currentium è regione Epactæ reperiatur, aſſumendæ ſunt aliæ duæ ſimiles literæ proxime inferiores, ut feſta mobilia inueniantur.

Ex tabula ſequenti Paſchali noua ita feſta mobilia reperientur. In cellula literæ Dñicalis currentis quæratur Epacta currens. Nam è directo omnia feſta mobilia deprehendentur. Vt anno 1585. in cellula literæ Dominicalis f, tunc currentis è regione Epactæ xxix. quæ eodem anno currit, habetur Septuageſima die 17. Februarii, dies Cinerum 6. Martii,& Paſcha die 21. Aprilis, &c.

Sed in annis Biſſextilibus inuenienda ſunt oĩa feſta mobilia per literam Dñicalem poſteriorem, quæ nimirum currit poſt feſtum S. Matthiæ Apoſtoli, ne ſcilicet ambigamus, vtra duarum literarum pro hoc, aut illo feſto indagando accipienda ſit: ita tamen, ut Septuageſimæ, & diei Cinerum inuentæ in Ianuario, aut Februario addatur unus dies. Quod ideo fit, quia ante diem S. Matthiæ currit prior litera Dominicalis, q̃ in Kalendario priorem ſemper ſequitur: Poſt feſtum autem S. Matthiæ in Februario licèt poſterior litera currat, additur tamen tunc dies intercalaris, ita vt dies 24. Februarii dicatur 25. & dies 25. dicatur 26. &c. Quòd ſi dies Cinerum cadat in Martium, nihil addendum eſt, quia tunc & litera poſterior currit, & dies menſis propriis numeris rñdent, cum dies intercalaris Februario ſit additus. Exempli gratia Anno 2096. Biſſextili Epacta erit v.& literæ Dominicales A,g. Si igitur per poſteriorem literam, quæ eſt g, feſta mobilia inueſtigentur, reperietur Septuageſima die 11. Febr.& dies Cinerum 28. Febr. Si autem addatur unus dies, cadet Septuageſima in diem 12. Febr. quæ eſt Dominica,& dies Cinerum in diem 29. Feb. quæ eſt feria quarta. Paſcha autem,& reliqua feſta in eos dies cadent, qui in tabula expreſſi ſunt. Item anno 4088. Biſſextili. Epacta erit xxiiii.& literæ Dominicales d,c. Si igitur per literam c, quæ poſterior eſt, inquirantur feſta mobilia, inuenietur Septuageſima die 21. Febr.& ſi addatur vnus dies, cadet in diem 22. Febr. quæ eſt Dominica. Dies autem Cinerum cadet in diem 10. Martii: quare nihil additur, &c.

De [illegible] Versus.

Sex Maius Nonas, October, Iulius, & Mars:
Quatuor at reliquis dabit Idus quilibet octo.

Qua die menſis [illegible]

§ Prima quæque menſis die dicitur, Calendis: vbi autem Nonæ fuerint quatuor, quinta die dicitur, Nonis: decimatertia, Idibus. Vbi fuerint ſex, ſeptima die dicitur Nonis. decimaquinta Idibus: reliquis vero diebus dicitur, Pridie, tertio, quarto Cal. aut Nonas, retrorſum numerando uſque ad eum diem, quo aut Calendis, aut Nonis, aut Idibus dicitur.

[illegible]

¶ Annus habet menſes duodecim. Hebdomadas quinquaginta duas, cum die uno: Dies trecentos ſexagintaquinque, & ſex horas. Hoc enim temporis internallo Solzodiacum circuit. Quatuor autem ſex horæ ſingulis quaternis annis diem conſtituunt: hinc annus ille ſit intercalaris, qui biſſextilis dicitur.

Versus.

Tu gaudia Aprilis, Iunius, Septemque, Nouemque:
Vno plus alij viginti Februs octo.
At ſi biſſextus fuerit ſuperadditur unus.
Ternus bis tenio Martis conſcribe Calendas.

§ Aduentus Domini inchoatur Dominica proximiori feſto S. Andreæ, uel ipſa die S. Andreæ, ſi in Dominica uenerit.

¶ Quatuor Tempora celebrantur quarta & ſexta Feria, & Sabbatho poſt tertiam Dominicam Aduentus, poſt primam Dominicam Quadrageſimæ, poſt tertium diem Pentecoſtes & poſt feſtum Exaltationis S. Crucis.

[illegible] Concilii Tridentini

§ A Dominica prima Aduentus uſque in diem Epiphaniæ, & a Feria quarta Cinerum uſque ad Octauam Paſchæ, incluſiue, ſolennitates Nuptiarum prohibentur, aliis temporibus permittuntur.

[illegible]

¶ In ſequenti etiam Calendario poſt ſingulos menſes indicantur incrementa, & diminutiones dierũ, & noctiũ in decimum quemq; diem menſis per horas & quartas integras, & minutorũ partes, in quibus deſignandis propoſito dierum num. ſequentis priori numero horæ, altero quartæ ſignificantur.

TABVLA PASCHALIS

Literæ Dominical.	Cyclus Epactarum.	Septuagesima.	Dies Cinerum.
D	23. 22. 21. 20. 19. 18. 17. 16. 15. 14. 13. 12. 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. *. 29. 28. 27. 26. 25. 25. 24.	18. Ian. 25. Ian. 1. Feb. 8. Feb. 15. Feb.	4. Feb. 11. Feb. 18. Feb. 25. Feb. 4. Mar.
E	23. 22. 21. 20. 19. 18. 17. 16. 15. 14. 13. 12. 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. *. 29. 28. 27. 26. 25. 25. 24.	19. Ian. 26. Ian. 2. Feb. 9. Feb. 16. Feb.	5. Feb. 12. Feb. 19. Feb. 26. Feb. 5. Mar.
F	23. 2. 21. 20 19. 18. 17. 16. 15. 14. 13. 12. 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. *. 29. 28. 27. 26. 25. 25. 4.	20. Ian. 27. Ian. 3. Feb. 10. Feb. 17. Feb.	6. Feb. 13. Feb. 20. Feb. 27. Feb. 6. Mar.
G	23. 22. 21. 20. 19. 18. 17. 16. 15. 14. 13. 12. 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. *. 29. 28. 7. 26. 25. 25. 24	21. Ian. 28. Ian. 4. Feb 11. Feb. 18. Feb.	7. Feb. 14. Feb. 21. Feb. 28. Feb. 7. Mar.
A	23. 22. 21. 20. 19. 18. 17. 16. 15. 14. 13. 12. 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. *. 29. 28. 27 26. 25. 25. 24.	22. Ian. 29. Ian. 5. Feb. 12. Feb. 19. Feb.	8. Feb. 15. Feb. 22. Feb. 1. Mar. 8. Mar.
B	23. 22. 21. 20. 19. 18. 17. 16. 15. 14. 13. 12. 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. *. 29. 28. 27. 26. 25. 25. 24.	23. Ian. 30. Ian. 6. Feb. 13. Feb. 20. Feb.	9. Feb. 16. Feb. 23. Feb. 2. Mar. 9. Mar.
C	2 . 22. 21. 20. 19. 18. 17. 16. 15. 14. 13. 12. 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. *. 29. 28. 27. 26. 25. 25. 24.	24. Ian. 31. Ian. 7. Feb. 14. Feb. 21. Feb.	10. Feb. 17. Feb. 24. Feb. 3. Mar. 10. Mar.

NOVA

NOVA REFORMATA

Pascha	Ascensio.	Pentecostes.	Corpus Christi.	Dominicæ inter Pentec. & Aduent.	Prima Dominica Aduen.
22. Mar.	30. Apr.	10. Maij	21. Maij	28	29. Nouemb.
29. Mar.	7. Apr.	17. Maij	28. Maij	27	29
5. Apr.	14. Maij	24. Maij	4. Iunij	26	29
12. Apr.	21. Maij	31. Maij	11. Iunij	25	29
19. Apr.	28. Maij	7. Iunij	18. Iunij	24	29
23. Mar.	1. Maij	11. Maij	22. Maij	28	30. Nouemb.
30. Mar.	8. Maij	18. Maij	29. Maij	27	30
6. Apr.	15. Maij	25. Maij	5 Iunij	26	30
13. Apr.	22. Maij	1. Iunij	12. Iunij	25	30
20. Apr.	29. Maij	8. Iunij	19. Iunij	24	30
24. Mar.	2. Maij	12. Maij	23. Maij	28	1. Decemb.
31. Mar.	9. Maij	19. Maij	30. Maij	27	1
7. Apr.	16. Maij	26. Maij	6. Iunij	26	1
14. Apr.	23. Maij	2. Iunij	13. Iunij	25	1
21. Apr.	30. Maij	9. Iunij	20. Iunij	24	1
25. Mar.	3. Maij	13. Maij	24. Maij	28	2. Decemb.
1. Apr.	20. Maij	20. Maij	31. Maij	27	2
8. Apr.	17. Maij	27. Maij	7. Iunij	26	2
15. Apr.	24. Maij	3. Iunij	4. Iunij	25	2
22. Apr.	31. Maij	10. Iunij	21. Iunij	24	2
26. Mar.	4. Maij	14. Maij	25. Maij	28	3 Decemb.
2. Apr.	11. Maij	21. Maij	1. Iunij	27	3
9. Apr.	18. Maij	28. Maij	8. Iunij	26	3
16. Apr.	25. Maij	4. Iunij	15. Iunij	25	3
23. Apr.	1. Iunij	11. Iunij	22. Iunij	24	3
27. Mar.	5. Maij	15. Maij	26. Maij	27	27. Nouemb.
3. Apr.	12. Maij	22. Maij	2. Iunij	26	27
10. Apr.	19. Maij	29. Maij	9. Iunij	25	27
17. Apr.	26. Maij	5. Iunij	16. Iunij	24	27
24. Apr.	2. Iunij	12. Iunij	23. Iunij	23	27
28. Mar.	6. Maij	16. Maij	27. Maij	27	28. Nouemb.
4. Apr.	13. Maij	23. Maij	3. Iunij	26	28
11. Apr.	20. Maij	30. Maij	10. Iunij	25	28
18. Apr.	27. Maij	6. Iunij	17. Iunij	24	28
25. Apr.	3. Iunij	13. Iunij	24. Iunij	23	28

TABVLA PASCHALIS
antiqua reformata.

Cyclus Epact.	Lit. Dñi cal.	Dñi. Sept.	Dies Cinerum.	Dies Palmarum.	Dies Ascensio.	Dies Pentecost.	Corpus Christi.	Dñi. post Pent.	Prima Dominica Adu.
		Ianu.	Febr.	Mar.	Apr.	Maij	Maij		
xxiii									
xxii	d	18	4	22	30	10	21	28	29. No.
xxi	e	19	5	23	1. Maij	11	22	28	30
xx	f	20	6	24	2	12	23	28	1. Decem.
x x	g	21	7	25	3	13	24	28	2
xviii	A	22	8	26	4	14	25	28	3
x ii	b	23	9	27	5	15	26	27	27. Nou.
x i	c	24	10	28	6	16	27	27	28
x	d	25	11	29	7	17	28	27	29
x iii	e	26	12	30	8	18	29	27	30
x i	f	27	13	31	9	19	30	27	1. Decem.
x i	g	28	14	1. Apr.	10	20	31	27	2
xi	A	29	15	2	11	21	1. Iun.	27	3
x	b	30	16	3	12	22	2	26	27. Nou.
x	c	31	17	4	13	23	3	26	28
viii	d	1. Fe.	18	5	14	24	4	26	29
vii	e	2	19	6	15	25	5	26	30
vi	f	3	20	7	16	26	6	26	1. Decem.
v	g	4	21	8	17	27	7	26	2
iiii	A	5	22	9	18	28	8	26	3
iii	b	6	23	10	19	29	9	25	27. Nou.
ii	c	7	24	11	20	30	10	25	28
i	d	8	25	12	21	31	11	25	29
*	e	9	26	13	22	1. Iun.	12	25	30
xx x	f	10	27	14	23	2	13	25	1. Decem.
xxviii	g	11	28	15	24	3	14	25	2
xxvii	A	12	1. Mar.	16	25	4	15	25	3
25 xxvi	b	13	2	17	26	5	16	24	27. Nou.
xxv xxiiii	c	14	3	18	27	6	17	24	28
	d	15	4	19	28	7	18	24	29
	e	16	5	20	29	8	19	24	30
	f	17	6	21	30	9	20	24	1. Decem.
	g	18	7	22	31	10	21	24	2
	A	19	8	23	1. Iun.	11	22	24	3
	b	20	9	24	2	12	23	23	27. Nou.
	c	21	10	25	3	13	24	23	28

IANVARIVS

Cy. Iul. Epact.	Lit. Dñi		D. M.	
*	A	Kal.	1	Circuncisio Domini. duplex.
xxix	b	iiij	2	Octaua S. Stephani. dup. cum com. Octau. S. Ioannis, & sanctorum Innocen.
xxviij	c	iij	3	Octaua S. Ioannis. dup. cum com Octa. SS. Innoc.
xxvij	d	Prid.	4	Octaua SS. Innocentum. duplex.
xxvj	e	Non	5	Vigilia.
25 xxv	f	viij	6	Epiphania Domini. duplex.
xxiiij	g	vij	7	De octaua Epiphaniæ.
xxiij	A	vj	8	De octaua.
xxij	b	v	9	De octaua.
xxj	c	iiij	10	De octaua.
xx	d	iij	11	De octaua. & commem. S. Hyginij Papæ & mart.
xix	e	Prid.	12	De octaua.
xviij	f	Idib.	13	Octaua Epiphaniæ. duplex.
xvij	g	xix	14	Hilarij Epi, & Cõfes. semid. cũ cõm. S. Felicis p̃sb. & m̃.
xvj	A	xviij	15	Pauli primi Eremitæ. semid. cũ cõ. S. Mauri Abbatis.
xv	b	xvij	16	Marcelli Papæ, & mar. semid.
xiiij	c	xvj	17	Antonij Abbatis. duplex.
xiij	d	xv	18	Cathedra S. Petri Romæ. dup. & cõ. S. Priscæ virg. & m̃.
xij	e	xiiij	19	Marij, Marthæ, Audifax, & Abachum mart.
xj	f	xiij	20	Fabiani & Sebastiani martyrum. dupl.
x	g	xij	21	Agnetis virginis & martyris. duplex.
ix	A	xj	22	Vincentij & Anastasij marty. semidup.
viij	b	x	23	Emerentianæ virginis & marty.
vij	c	ix	24	Timothei Episcopi, & marty.
vj	d	viij	25	Conuersio S. Pauli Apostoli. duplex.
v	e	vij	26	Polycarpi Episcopi, & marty.
iiij	f	vj	27	Ioannis Chrysostomi Episcopi & Confess. duplex.
iij	g	v	28	Agnetis secundo.
ij	A	iiij	29	
j	b	iij	30	
*	c	Prid.	31	

FEBRVARIVS

Cyclus Epact.	Lr̃æ Dñi		D. M.	
xxix	d	Kal.	1	Ignatij Episcopi & mar. semidup.
xxviij	e	iiij	2	Purificatio B. Mariæ. dupl.
xxvij	f	iij	3	Blasii episcopi & mar.
25 xxvj	g	Prid.	4	
xxv xxiiij	A	Non.	5	Agathæ virg. & mart. semidupl.
xxiii	b	viij	6	Dorotheæ virg. & mart.
xxii	c	vij	7	
xxi	d	vj	8	
xx	e	v	9	Apolloniæ virg. & mart.
xix	f	iiij	10	
xviii	g	iij	11	
xvii	A	Prid.	12	
xvi	b	Idib.	13	
xv	c	xvj	14	Valentini presbyt. & mart.
xiiii	d	xv	15	Faustini & Iouitæ mart.
xiii	e	xiiij	16	
xii	f	xiij	17	
xi	g	xij	18	Symeonis Episcopi & mart.
x	A	xj	19	
ix	b	x	20	
viii	c	ix	21	
vii	d	viii	22	Cathed. S. Petri Antioch. dupl.
vi	e	vij	23	Vigilia.
v	f	vj	24	Matthiæ Apostoli. dupl.
iiii	g	v	25	
iii	A	iiij	26	
ii	b	iij	27	
i	c	Prid	28	

In anno Bissextili Februarius est dierum 29. & Festum S. Matthiæ celebratur 25. Februarii, & bis dicitur, sexto Kalendas, id est, die 24. & die 25. & littera Dominicalis, quæ assumpta fuit in mense Ianuario, mutatur in præcedentem: ut si in Ianuario littera Dominicalis fuit A, mutetur in præcedentem, quæ erit G, &c.

MARTIVS

Cycl. s. Ep. act.	Lr. d. Dñi.		D. M.	
*	d	Kal.	1	
xxix	e	vi	2	
xxviij	f	v	3	
xxvij	g	iiii	4	
xxvj	A	iii	5	
25 xxv	b	Prid.	6	
xxiiij	c	Non.	7	Sancti Thomæ de Aquino conf. dup. & comm. SS. Perpetuæ & Felicitatis martyr.
xxiij	d	viii	8	
xxij	e	vii	9	Quadraginta mart. semidupl.
xxj	f	vj	10	
xx	g	v	11	
xix	A	iiij	12	Gregorij Papæ & Conf. & Eccl. Doctoris.
xviij	b	iij	13	
xvij	c	Prid.	14	
xvj	d	Idib.	15	
xv	e	xvii	16	
xiiij	f	xvi	17	
xiij	g	xv	18	
xij	A	xiiii	19	Ioseph Confess. duplex.
xj	b	xiii	20	
x	c	xii	21	Benedicti Abbatis. duplex.
ix	d	xi	22	
viij	e	x	23	
vij	f	ix	24	
vj	g	viij	25	Annunciatio B. Mariæ. duplex.
v	A	vij	26	
iiij	b	vj	27	
iij	c	v	28	
ij	d	iiij	29	
j	e	iij	30	
*	f	Prid.	31	

APRILIS

Cyclus Epact.	Lĩæ Dñi.		D. M.	
xxix	g	Kal.	1	
xxviij	A	iiii	2	
xxvij	b	iii	3	
xxvj	c	Prid.	4	
xxv xxiiij	d	Non.	5	
25 xxiij	e	viii	6	
xxij	f	vii	7	
xxj	g	vi	8	
xx	A	v	9	
xix	b	iiii	10	
xviij	c	iii	11	Leonis Papæ & confess. duplex.
xvii	d	Prid.	12	
xvi	e	Idib.	13	
xv	f	xviii	14	Tiburtĩ, Valeriani, & Maximi martyrum.
xiiii	g	xvii	15	
xi	A	xvi	16	
xii	b	xv	17	Aniceti Papæ & mart.
xi	c	xiiii	18	
x	d	xiii	19	
ix	e	xii	20	
viij	f	xi	21	
vij	g	x	22	Sotheris, & Caii Pontificum, & martyrum. semiduplex.
vj	A	ix	23	Georgii martyris. semiduplex.
v	b	viii	24	
iiij	c	vii.	25	Marci Euangelistæ. duplex.
iii	d	vi	26	Cleti, & Marcellini Pontificum, & martyrum. semiduplex.
ii	e	v	27	
i	f	iiii	28	Vitalis martyris.
*	g	iii	29	
xxix	A	Prid.	30	

MAIVS

Cyclus Epact.	Lr̃æ Dnic.		D M.	
xxviij	b	Kal.	1	Philip. & Iacob. Apost. dupl.
xxvij	c	vj	2	Athanasij Episcopi, & Confess.
xxvj	d	v	3	Inuentio S. Crucis. dup. & comm. duplex. SS. Alexandri, Euentij, & Theoduli mar. ac Iuuenalis Episcopi & Conf.
xxv	e	iiii	4	Monicæ viduæ.
xxiiij	f	iii	5	
xxiij	g	Prid.	6	Ioannis ante portam Latinam. dupl.
xxij	A	Non.	7	
xxj	b	viii	8	Apparitio S. Michaelis. dupl.
xx	c	vii	9	S. Gregorii Theologi Episcopi, & confess. dupl.
xix	d	vi	10	Gordiani, & Epimachi mart.
xviij	e	v	11	
xvij	f	iiii	12	Nerei, Archilei, & Pancratij mar.
xvj	g	iii	13	
xv	A	Prid.	14	Bonifacii martyris.
xiiij	b	Idib.	15	
xiij	c	xvii	16	
xij	d	xvi	17	
xj	e	xv	18	
x	f	xiiii	19	Pudentianæ virginis.
ix	g	xiii	20	
viij	A	xii	21	
vij	b	xi	22	
vj	c	x	23	
v	d	ix	24	Vrbani Papæ, & martyris.
iiij	e	viii	25	Eleutherij Papæ, & mart.
iij	f	vii	26	Ioannis Papæ, & martyris.
ij	g	vi	27	
j	A	v	28	
*	b	iiii	29	
xxix	c	iii	30	Felicis Papæ, & martyris.
xxviij	d	Prid.	31	Petronillæ virginis.

IVNIVS

Cyclus Epact.	Lr̃æ Dñi.		D. M	
xxvij	e	Kal.	1	
25 xxvj	f	iiij	2	Marcellini, Petri, & Eraſmi martyrum.
xxv xxiiij	g	iij	3	
xxiij	A	Prid.	4	
xxij	b	Non.	5	
xxj	c	viij	6	
xx	d	vij	7	
xix	e	vj	8	
xviij	f	v	9	Primi & Feliciani martyrum.
xvij	g	iiij	10	
xvj	A	iij	11	Barnabæ Apoſtoli. duplex.
xv	b	Prid.	12	Baſilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarij martyrum.
xiiij	c	Idib.	13	
xiij	d	xviij	14	Baſilij Epiſcopi & Confeſſ. dup.
xij	e	xvij	15	Viti, Modeſti, & Creſcentiæ mart.
xj	f	xvj	16	
x	g	xv	17	
ix	A	xiiij	18	Marci & Marcelliani mart.
viij	b	xiij	19	Geruaſij & Protaſij mart.
vij	c	xij	20	Siluerij Papæ & martyris.
vj	d	xj	21	
v	e	x	22	Paulini Epiſcopi & Confeſſ.
iiij	f	ix	23	Vigilia.
iij	g	viij	24	Natiuitas ſancti Ioannis Baptiſtæ. dup.
ij	A	vij	25	De octaua Natiuit. ſancti Ioannis Baptiſtæ.
j	b	vj	26	Ioannis & Pauli martyrum. ſemid. cum commemo. Octa. Natiuit. ſancti Ioannis.
*	c	v		
xx x	d	iiij	27	De octaua Natiuit. ſancti Ioannis.
			28	Leonis Papæ & Confeſſ. ſemid. & com. Octa. & Vigiliæ.
xxviij	e	iij	29	Petri & Pauli Apoſtolorum. dup.
xxvij	f	Prid.	30	Commemor. ſancti Pauli Apoſtoli. dup. & commemor. Octaua ſancti Ioannis.

IVLIVS

	Cyclus Epact.	Lit. Dñi.		D. M.	
	xxvj	g	Kal.	1	Octa. S. Ioan. Baptiſtæ, dup. & com. octa. Apoſtolorum.
25	xxv	A	vj	2	Viſitatio B. Mariæ. dup. cum com. Octa. Apoſt.
	xxiiij	b	v	3	De octaua Apoſtolorum.
	xxiij	c	iiij	4	De octaua.
	xxij	d	iij	5	De octaua.
	xxj	e	Prid.	6	Octaua Apoſtolorum Petri & Pauli. dup.
	xx	f	Non.	7	
	xix	g	viij	8	
	xviij	A	vij	9	
	xvij	b	vj	10	Septē fratrū mar. & SS. Ruffinæ ac Secundæ mar. ſemid.
	xvj	c	v	11	Pij Papæ & mart.
	xv	d	iiij	12	Naboris & Felicis mart.
	xiiij	e	iij	13	Anacleti Papæ & mart. ſemid.
	xiij	f	Prid.	14	Bonauenturæ Epiſcopi & Confeſſ. ſemid.
	xij	g	Idib.	15	
	xj	A	xvij	16	
	x	b	xvj	17	Alexij Confeſſ.
	ix	c	xv	18	Symphoroſæ cum ſeptem filijs mar.
	viij	d	xiiij	19	
	vij	e	xiij	20	Margaritæ virg. & mart.
	vj	f	xij	21	Praxedis virginis.
	v	g	xj	22	Mariæ Magdalenæ. dup.
	iiij	A	x	23	Apollinaris Epiſcopi & mart. ſemid.
	iij	b	ix	24	Vigilia. & com. S. Chriſtinæ uirg. & mart.
	ij	c	viij	25	Iacobi Apoſt. dup. & com. S. Chriſtophori mar. in Lau-
	j	d	vij	26	(dibus ſanctum
	*	e	vj	27	Pantaleonis mart. (& Conf. ſemid.
	xx x	f	v	28	Nazarij, Celſi, & Victoris Papæ mar. & Innocentij Papæ
	xxviij	g	iiij	29	Marthæ uirginis. ſemid. & commune ſanctorum Felicis, Simplicij, & Fauſtini, & Beatricis mar.
	xxvij	A	iij	30	Abdon, & Sennen mar.
	xxvi	b	Prid.	31	

AVGVSTVS

	Cyclus Epact.	Lr̃a Dñi		D. M.	
xxv	xx iiii	c	Kal.	1	Petri ad vincula. dup. & com. SS.Machab.mart.
	xxvii	d	iiii	2	Stephani Papæ & martyris.
	xxvi	e	iii	3	Inuentio S.Stephani Protomart. semid.
	xxi	f	Prid.	4	Dominici Confessoris dup.
	xx	g	Non.	5	Dedic. sanctæ Mariæ ad Niues. dup.
	xix	A	viii	6	Transfiguratio Domini. dup & com. sanctorum Xysti Papæ, Felicissimi, & Agapiti mart. semid.
	xviii	b	vii	7	Donati Episcopi, & mar.
	xxvii	c	vi	8	Cyriaci, Largi, & Smaragdi mar.
	xxvi	d	v	9	Vigilia. & com. sancti Romani mar.
	xxv	e	iiii	10	Laurentij martyris. duplex.
	xiiij	f	iii	11	De octa. S.Laur. cũ com. SS. Tiburtij, & Susannæ mar.
	xiij	g	Prid.	12	De octaua. & com. sanctæ Claræ virg.
	xij	A	Idib.	13	De octaua. & com. SS.Hippolyti & Cassiani mart.
	xj	b	xix	14	De octaua, cum com. Vigiliæ, & sancti Eusebij Confes.
	x	c	xviii	15	Assumptio Beatæ Mariæ virg. dup.
	ix	d	xvii	16	De octaua Assumpt. B. Mariæ. cũ com. oct. sancti Laur.
	viij	e	xvi	17	Octaua sancti Laurentij. dup. & com. Oct.Assumpt.
	vij	f	xv	18	De octa. & com. sancti Agapiti marty.
	vj	g	xiiii	19	De octaua.
	v	A	xiii	20	Bernardi Abbatis. dup. cum com. Octa.Assumpt.
	iiij	b	xii	21	De octaua.
	iij	c	xi	22	Oct.Assumpt.B.Mariæ. dup.cũ cõ. SS.Timothei, Hip-
	ij	d	x	23	Vigilia. pol.& Symphoriani mar.
	i	e	ix	24	Bartholomæi Apostoli. dup. Romæ celebratur die 25.
	*	f	viii	25	Ludouici Regis Franciæ Confessoris.
	xxix	g	vii	26	Zepherini Papæ & mart.
	xxviii	A	vi	27	S.Hermetis mar.
	xxvij	b	v	28	Augustini Epi,& Conf.& Ecclesiæ Doct. dup. & cõm.
	xxvj	c	iiii	29	Decollatio S.Ioan.Baptistæ. dup. & cõ. S.Sabinæ mar.
	xxv	d	iii	30	Felicis,& Adaucti mart.
25	xxiiii	e	Prid.	31	

SEPTEM-

SEPTEMBER

Cyclus Epact.	Lit. Do.		D. M.	
xxiij	f	Kal.	1	Aegidij Abbat. & comme. SS. Martyrum xij. fratrum.
xxij	g	iiij	2	
xxj	A	iij	3	
xx	b	Prid.	4	
xix	c	Non	5	
xviij	d	viij	6	
xvij	e	vij	7	
xvj	f	vj	8	Natiuitas Beatæ Mariæ. duplex. & comme. S. Adriani mar. in Laudibus tantum.
xv	g	v	9	De octaua S. Mariæ. & comme. S. Gorgonij mar.
xiiij	A	iiij	10	De octaua.
xiij	b	iij	11	De octaua. & comme. SS. Proti, & Hyacinthi mar.
xij	c	Prid.	12	De octaua.
xj	d	Idib.	13	De octaua.
x	e	xviij	14	Exaltatio S. Crucis. dup. cum commem. octa. Nat. S. Mariæ.
ix	f	xvij	15	Oct. Natiu. B. Mariæ dup. cum comm. S. Nicomedis mar.
viij	g	xvj	16	Cornelij & Cypriani Pont. & mar. semid. cũ cõ. SS. Euphe-
vij	A	xv	17	(miæ, Luciæ, & Gemin. mart.
vj	b	xiiij	18	
v	c	xiij	19	
iiij	d	xij	20	Vigilia. & comme. S. Eustachij, & sociorum marty.
iij	e	xj	21	Matthæi Apostoli. duplex.
ij	f	x	22	Mauritij & sociorum mart.
j	g	ix	23	Lini Papæ & mart. semid. cum cõm. S. Theclæ virg. & mar.
✠	A	viij	24	
xxix	b	vij	25	
xxviij	c	vj	26	Cypriani, & Iustinæ mart.
xxvij	d	v	27	Cosmæ & Damiani mar. semidup.
25 xxvj	e	iiij	28	
xxv	f	iij	29	Dedic. S. Michaelis Archangeli. duplex.
xxiij	g	Prid.	30	Hieronymi Presbyteri Confessoris, & Ecclesiæ Doctoris duplex.

OCTO-

OCTOBER

Cyclus Epact.	Lit. Dñi.		D. M.	
xxii	A	Kal.	1	Remigij Epiſcopi & Confeſſ.
xxi	b	vj	2	
xx	c	v	3	
xix	d	iiij	4	Franciſci Confeſſ. duplex.
xviii	e	iii	5	
xvii	f	Prid.	6	
xvi	g	Non.	7	S. Marci Papæ, & Conf. cum comm. SS. Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apuleii martyrum.
xv	A	viii	8	
xiiii	b	vii	9	Dionyſij, Ruſtici, & Eleutherii martyr. ſemid.
xiii	c	vi	10	
xii	d	v	11	
xi	e	iiii	12	
x	f	iii	13	
ix	g	Prid.	14	Caliſti Papæ & mart. ſemidupl.
viii	A	Idib.	15	
vii	b	xvij	16	
vi	c	xvj	17	
v	d	xv	18	Lucæ Euangeliſtæ, duplex.
iiii	e	xiiii	19	
iii	f	xiij	20	
ii	g	xij	21	Hilarionis Abbatis & cõ. SS. Vrſulæ & ſoc. Vir. & mn.
i	A	xj	22	
xxx	b	x	23	
xxix	c	ix	24	
xxviii	d	viij	25	Chryſanthi & Dariæ martyr.
xxvii	e	vij	26	Euariſti Papæ & martyr.
xxvi	f	vj	27	Vigilia.
25 xxv	g	v	28	Simonis & Iudæ Apoſtolorum; duplex.
xxiiii	A	iiij	29	
xxiii	b	iij	30	
xxii	c	Prid.	31	Vigilia.

NOVEMBER

Cyclus Epact.	Lit. Dñi.		D. M.	
xxi	d	Kal.	1	Festum omnium Sanctorum. dupl.
xx	e	iiij	2	Comm. oium Defunc. dupl. & de octa. omnium. SS.
xix	f	iij	3	De octaua.
xviii	g	Prid.	4	De octaua. cum comm. SS. Vitalis, & Agricolæ mart.
xvii	A	Non.	5	De octaua.
xvi	b	viij	6	De octaua.
xv	c	vij	7	De octaua.
xiiii	d	vj	8	Oct. om. SS. dup. & comm. SS. quatuor Coron. mart.
xiii	e	v	9	Dedicat. Basilicæ Saluatoris. dupl. cum commemorat. S. Theodor. martyris.
xii	f	iiij	10	Tryphonis, Respicij, & Nymphæ mart.
xi	g	iij	11	Martini episcopi & Conf. dup. & cõm. S. Mennæ mar.
x	A	Prid.	12	Martini Papæ & mart. semidupl.
ix	b	Mib.	13	
viii	c	xviij	14	
vii	d	xvij	15	
vi	e	xvj	16	
v	f	xv	17	Gregorii Thaumaturgi episcopi & Confess.
iiii	g	xiiij	18	Dedicatio Basilicarum Petri & Pauli. duplex.
iii	A	xiij	19	Pontiani Papæ & mart.
ii	b	xij	20	
i	c	xj	21	
*	d	x	22	Cæciliæ virg. & mart. semidupl.
xxix	e	ix	23	Clementis Papæ & martyr. semidupl. cũ comm. S. Felicitatis mart.
xxviii	f	viij	24	Chrysogoni mart.
xxvii	g	vij	25	Catherinæ virg. & mart. dupl.
25 xxvi	A	vj	26	Petri Alexandrini episcopi & mart.
xxv	b	v	27	
xxiiii	c	iiij	28	
xxiii	d	iij	29	Vigilia. & commem. S. Saturnini mart.
xxii	e	Prid.	30	Andreæ Apostoli. duplex.

DECEMBER

Cyclus Epact.	Lit. Dni.	D. M.	
xx	f	Kal. 1	
xix	g	iiii 2	Bibianæ virg.& mart. commem.
xviii	A	iii 3	
xvii	b	Prid. 4	Barbaræ uirg.& mart. commemoratio.
xvi	c	Non. 5	Sabbæ Abbatis. commemoratio.
xv	d	viii 6	Nicolai epiſcopi & confeſſ. ſemiduplex.
xiiii	e	vii 7	Ambr.epiſcopi & confeſſ. & Eccleſ. Doctor. duplex.
xiii	f	vi 8	Conceptio B. Mariæ. duplex.
xii	g	v 9	
xi	A	iiii 10	Melchiadis Papæ & mart. commemoratio.
x	b	iii 11	Damaſi Papæ & confeſſ. ſemiduplex.
ix	c	Prid. 12	
viii	d	Idib. 13	Luciæ virg.& mart. duplex.
vii	e	xix 14	
vi	f	xviii 15	
v	g	xvii 16	
iiii	A	xvi 17	
iii	b	xv 18	
ii	c	xiiii 19	
i	d	xiii 20	Vigilia.
*	e	xii 21	Thomæ Apoſtoli. duplex.
xxix	f	xi 22	
xxvii	g	x 23	
xxvii	A	ix 24	Vigilia.
xxvi	b	viii 25	Natiuit. Domini Noſtri Ieſu Chriſti. duplex.
25 xxv	c	vii 26	Stephani protomartyr. dup. cum comm. octauæ Natiuit.
xxiiii	d	vi 27	Ioan. Apoſtoli & Euang. dup. cum comm. octauarum.
xxiii	e	v 28	SS. Innocentium Mart. dup. cum comm. octauarum.
xxii	f	iiii 29	Thomæ Cantuar. epiſcopi & mar. ſemid. cum com. octa.
xxi	g	iii 30	De Dominica infra octa. Natiu. dei de octau. cum comm. octauarum.
19 xx	A	Prid 31	Silueſtri Papæ & conf. dupl. cum comm. octauarum.

Hæc Epacta 19. Cuius nunquam ultra alia, nisi quando eodem anno conuenit cum aureo numero xix.

RVBRICÆ GENERALES MISSALIS.

MIssa quotidie dicitur secundùm ordinem officij de festo duplici, vel semiduplici, vel simplici: de Dominica, vel Feria: de Vigilia, de Octaua, & extra ordinē officij, votiua, vel pro Defunctis.

De Duplici.

MIssa dicitur de duplici illis diebus quibus in Calendario ponitur, hæc nota, Duplex: & in festis mobilibus, quandocunq; Officium fit duplex.

¶In duplicibus dicitur vna tantum Oratio, nisi aliqua Commemoratio fieri debeat. Alia omnia dicuntur, vt in proprijs Missis assignatum est, quando dici debet, Gloria in excelsis, & Credo, inferius dicitur in proprijs rub.

De Semiduplici, & Simplici.

MIssa de Semiduplici dicitur, quando in Calendario ponitur hæc vox, Semiduplici. Præterea in Dominicis & diebus infra Octauas.

¶In Semiduplicibus, tam festis, quàm Dominicis, & infra octauas dicuntur plures orationes, vt infra dicetur in rubrica de Oratione: infra Octauam dicitur Missa sicut in die festi: nisi propriam missam habuerit: in Dominicis verò, sicut in proprijs locis assignatur.

¶De simplici dicitur Missa sicut de semiduplici, vt suis locis ponitur.

De Feria, & Vigilia.

MIssa de Feria dicitur, quando non occurrit festum, vel octaua, vel Sabbathum, in quo fit officium Beatæ Mariæ.

¶In ferijs tamen Quadragesimæ, Quatuor temporum, Rogationum, & Vigiliarum, etiam si duplex, vel semiduplex, vel festum, vel octaua occurrat, in ecclesijs collegiatis dicuntur duæ Missæ, vna de festo, altera de feria.

¶In vigilijs autem, quæ veniunt infra octauā, Missa dicitur de vigilia cum commemoratione octauæ: si festum habens vigiliam celebretur feria secunda, Missa vigiliæ dicitur in sabbatho, sicut etiam officium.

M. R. N.

¶Missa vigiliæ in Aduentu occurrentis, dicitur cum commemoratione de Aduentu, licet de ea non fit factum officium, excepta vigilia Natiuitatis, & Epiphaniæ vigilia.

¶Si in quadragesima, & quatuor temporibus occurrat vigilia, dicatur Missa de feria, cum commemoratione vigiliæ. Toto tempore Paschali non dicitur missa de vigilia, nisi in vigilia Ascensionis, quæ tamen non ieiunatur, sicut nec vigilia Epiphaniæ.

De Missis Votiuis Sanctæ Mariæ, & alijs.

IN sabbathis non impeditis festo duplici, & Semiduplici, dicitur missa de Sancta Maria, secundùm varietatem temporum: vt in fine Missalis ponitur. Si Sabbathū fuerit impeditum festo duplici, semiduplici, octaua, vigilia, feria quatuor temporum, & quadragesimæ, Missa principalis dicitur secundùm officium diei.

¶In Aduentu autem licet officium non fiat de Sancta Maria in Sabbatho, dicitur tamen Missa principalis de ea cum commemoratione de Aduentu, nisi fuerint quatuor tempora, vt supra. Alijs diebus infra Hebdomadam quando officium fit de feria (exceptis ferijs Aduētus, Quadragesimæ, Quatuor temporum, Rogationum, & vigiliarum dici potest) aliqua Missa votiua etiam in principali Missa, quæ dicitur Conuentualis secundùm ordinem dierū in fine Missalis assignatum. Quæ tamen Missæ, & aliæ quæcunque votiuæ in Missis priuatis dici possunt pro arbitrio Sacerdotum quocúque die officium nō est duplex. Id verò passim non fiat: nisi rationabili de causa: vt quo ad fieri potest Missa cum officio conueniat.

De Missis Defunctorum.

PRima die cuiusque mensis (extra tempus Paschale) non impedita officio duplici, & semiduplici, dicitur Missa principalis generaliter pro defunctis Sacerdotibus, benefactoribus, & alijs.

¶In ecclesijs autem collegiatis dicuntur duæ Missæ, vna pro Defunctis, altera de festo simplici, si occurrat, vel de feria, si propriam habeat

beat Missam, vel resumenda sit Missa de Dominica præcedenti, quæ fuit impedita, cum infra Hebdomadam non occurrit alius dies, in quo resumi possit Missa de Dominica. Sed in ecclesiis non collegiatis dicatur Missa de die cum commemoratio generaliter pro Defunctis.

¶ Præterea Feria secunda cuiusque Hebdomadæ, in qua officium fit de Feria: Missa principalis dici potest pro Defunctis, Si autem fuerit propria Missa de Feria, uel de festo simplici, in collegiatis ecclesiis dicantur duę missę, alioquin in missa de die fiat commemoratio (vt dictum est) pro defunctis. Excipitur tamen totum tempus Paschale: & quando per annum officium est duplex, uel semiduplex, quibus temporibus non dicitur missa principalis pro Defunctis: nisi in die depositionis Defuncti, & in Anniuersario pro defunctis. Et similiter nisi fuerit duplex, quocunque die dici possunt priuatæ missæ pro defunctis præterquam in Dominicis, In die commemorationis omnium defunctorum, & in die depositionis, & in Anniuersario defuncti dicitur vna tantum oratio: in alijs missis plures, ut in rubrica de commemora. & orationibus dicetur.

¶ Sequentia pro Defunctis dicitur in die omnium fidelium defunctorum, & depositionis defuncti: In anniuersario autem & in missa communi pro defunctis dicatur pro arbitrio Sacerdotis.

De Translatione Festorum.

IN dicendis missis seruetur ordo Breuiarii de Translatione Festorum Duplicium & Semiduplicium quando maiori aliquo festo, seu dominica impediuntur.

¶ In ecclesijs autem vbi titulus est Ecclesiæ, vel concursus populi ad celebrandum festum, quod transferri debet, possunt cantari duę missę, vna de die, altera de festo: aut saltem commemoratio fieri de festo: si eo die de festo in illa ecclesia officium fieri non debeat.

De Commemorationibus.

COmmemorationis in missis fiunt sicut in officio.

¶ De festo simplici fit commemoratio in missa, quando de eo in officio facta est commemoratio in uesperis. Quando autem de eo fit commemorat. tantum ad Laudes in missa solemni nulla fit commemoratio de eo, sed in missis tantum priuatis.

¶ De Dominica fit commemoratio quando in ea fit de festo duplici.

¶ De octaua fit commemora. quando infra octauam fit de aliquo festo, nisi illud festũ fuerit de exceptuatis in rubrica officii de commemorationibus. Item quando infra octauam fit de Dominica.

¶ De feria fit commemoratio in Aduentu, Quadragesi. Quatuor temporibus Rogationibus & Vigiliis: qñ missa dicẽda est de festo duplici vel semiduplici illis tẽporibus occurrẽte.

¶ Sed in ecclesiis collegiatis, ubi plures Sacerdotes quotidie celebrant in feriis Rogationibus, & Vigiliis prædictis dicuntur duæ missę vna de festo, altera de feria. Rogationibus & uigiliis prædictis, absq; ulla cæterorumq; commemoratione. Quando infra Hebdomadam dicuntur missæ uotiuæ, post primam orationem semper dicatur Oratio eius, de quo fit officiũ. Quando fit commemoratio de feria quatuor temporum: pro feriæ cõmemoratione dicitur prima oratio, concordat cum officio.

¶ In faciendis commemorationibus seruetur ordo, vt in Breuiario, de Dominica ante festũ semiduplex, quod infra octauam celebratur: de festo semiduplici ante octauam de octaua ante ferias prædictas: de feriis prędictis ante festum simplex: de festo simplici ante orationes votiuas. Si facienda fit commemoratio pro Defunctis, semper ponitur penultimo loco. In aliis commemorationibus a prædictis seruetur dignitas orationũ: vt de Spiritu Sancto ante Beatam Mariam, de Angelis ante Apostolos, & similiter in aliis. In missis defunctorum nulla fit commemoratio pro uiuis, etiam si oratio esset communis pro viuis, & defunctis.

¶ Quando dicuntur plures orationes, prima tantum & vltima cum sua conclusione terminantur: & ante primã & secundam Orationem dicitur. Oremus ante primam dicitur etiam. Dominus vobiscum. Tum uero dicuntur plures orationes & una oratio eadem fit cum alia ibidem dicenda: Oratio huiusmodi, illa scilicet quæ eadem est, non aliæ, commutetur cum alia de communi vel proprio, quæ sit diuersa.

De Introitu, Kyrie eleis. & Gloria in excelsis.

INtroitus semper eodem modo dicitur cũ, Gloria patri, vt in ordinario prętermissis tantum

tempore

tempore Passionis,& in missis defunctorum; vt etiam ibi annotatum est.

¶ Kyrie eleison, dicitur nouies post Introitum,alternatim cum ministro,idest,ter Kyrie eleison ter Christe eleison ter Kyrie eleison.

¶ Gloria in excelsis dicitur quãdocunque in matutino dictus est Hymnus. Te Deum præterquam in missa feriæ quintæ in Cœna Domini,& Sabbathi Sancti,in quibus. Gloria in excellis dicitur.

¶ In missis uotiuis non dicitur, nisi in missa B. Mariæ, & Angelorum : & nisi missa uotiua dicẽda sit pro re graui,vel pro publica ecclesię causa. Neq; etiã dicitur in missis defunctorũ.

De Orationibus.

IN festis duplicibus dicitur una tantum oratio,nisi faciẽda sit aliqua commemoratio. vt dictum est supra.

¶ In festis semiduplicibus occurrentibus, ab octaua Pentecostes vsque ad Aduentum, & a Purificatione vsq; ad quadragesimam dicitur secunda oratio, A cunctis tertia ad libitum.

¶ In festis semiduplicibus occurrentibus ab octa.Epiphaniæ usque ad Purificationem dicitur Secunda oratio, Deus qui salutis, Tertia: Ecclesiæ, uel pro Papa.

¶ In festis semiduplicibus a feria quarta Cinerum vsque ad Dominicam Passionis: secunda de feria: Tertia, A cunctis.

¶ In festis semiduplicibus a Dominica Passionis vsque ad Dominicam Palmarum,secunda oratio de feria tertia, Ecclesiæ, vel pro Papa.

¶ In festis semiduplicibus ab octaua Paschæ, vsque ad Ascensionem:secunda oratio, de Sancta Maria, Concede Tertia Ecclesiæ uel pro Papa.

¶ In festis semiduplicibus infra octauas occurrentibus : Secunda oratio dicitur de octaua : tertia,quæ secundo loco infra octauam dicitur. Infra Octa. Paschæ,& Pentecostes,quãdo missa dicitur de octaua, dicuntur duæ tantum orationes vna de die, altera. Ecclesiæ,uel pro Papa.

¶ Infra alias octauas, & in vigiliis,quæ ieiunãtur (excepta vigilia Natiuit. Domini & Pentecostes) dicuntur tres, una de die, secunda de sancta Maria: Tertia, Ecclesiæ uel pro Papa. Sed infra octauas Sanctæ Mariæ, & in uigilia,& infra octauam omnium Sanctorum, secunda oratio dicitur de spiritu Sancto: alia, Ecclesiæ,vel pro Papa.

¶ In dominicis infra octauas occurrentibus dicunt duæ orationes : vna de Dominica, secunda de octaua. In die octaua dicitur vna tantum Oratio: nisi aliqua Commemoratio faciẽda fit.

¶ In Dominicis dicuntur tres,ut in ordinario assignantur, quibusdam exceptis, ut suis locis assignantur.

¶ In festis simplicibus, & feriis per annum dicũtur tres,ut in semiduplicibus: possunt etiam dici quinque vel septem,ad libitum.

¶ In feriis quatuor temporũ, & ubi plures leguntur lectiones huiusmodi plures orationes dicuntur post vltimam orationem ante Epistolam:& aliæ orationes cum lectionibus, ut suis locis in proprio missarum de tempore.

¶ In Missis uotiuis, quando dicuntur pro re graui,uel pro publica Ecclesiæ causa, dicitur tantum una oratio : sin aliter dicuntur plures, vt in festis simplicibus.

¶ Sed in votiuis Beatæ Mariæ secunda oratio dicitur de Spiritu Sãcto,& in votiuis de Apostolis,quando dicitur Oratio. A cunctis eius loco dicitur Oratio de Sancta Maria. Cõcede. Si quando plures dicuntur orationes, occurrat fieri Commemoratio alicuius Sancti, ea ponitur secundo loco,& tertia oratio dicitur, quæ alias secundo loco dicenda erat.

¶ In confessione orationum hic modus seruatur. Si oratio dirigatur ad patrem,cõcluditur: Per Dominum nostrum, &c.si ad filium. Qui viuis,& regnas cum Deo patre ,Si in principio Orationis fiat mentio filii,concluditur, Per eũdem. Si in fine orationis eius fiat mentio: Qui tecum viuit. Si facta sit mentio Spiritus Sancti,in conclusione dicitur. In vnitate eiusdem spiritus sancti &c. Alia quoque in dicẽdis orationibus seruentur, quæ superius in Rubrica de commemorationibus dicta sunt.

De epistola, Graduali, Haleluiah, & Tractu, ac de Euangelio.

POst vltimam orationẽ dicitur Epistola: qua finita a ministris dicitur. Deo gratias

¶ Post Epistolã dicitur Graduale, quod semper dicitur,præterquam tempore Paschali,cuius loco tunc dicuntur duo uersus, ut dicitur in Rubrica Sabbathi in albis.

 ¶ Post

¶ Poſt Graduale dicuntur duo Haleluiah. Deinde verſus & poſt verſum, vnũ Haleluiah. Tempore Paſchali, quando non dicitur Graduale dicitur aliud Haleluiah poſt ſecundum verſum: & quando dicitur Sequentia non dicitur poſt ultimũ verſum, ſed poſt Sequentiã.

¶ A ſeptuageſima vſq; ad Sabbathum Sanctũ, non dicitur Haleluiah neq; dicitur in miſſis de feria in Aduentu, quatuor temporibus, & vigiliis quæ ieiunantur, exceptis uigilia Natiuitatis Domini, ſi uenerit in Dominica, & vigilia Paſchæ & pentecoſtes, ac quatuor temporibus Pentecoſtes. Nec dicitur in feſto Innocentiũ, niſi uenerit in Dominica.

¶ A Septuageſi. uſq; ad Paſcha, eius loco dicitur Tractus, qui tractus prædicto tempore in aliquibus feriis non dicitur: ut ſuis locis ponitur, neque in feriis a Septuageſi. uſque ad quadrageſimam, quando repetitur miſſa Dominicæ.

¶ Dicto graduali, ſeu, Haleluiah, ſeu Tractu dicitur Euangelium. Et in principio Euãgelii dicitur, Dominus vobiſcũ. Reſp. Et cum ſpiritu tuo. Deinde Sequentia Sancti Euangelii ſecundum N. Reſp. Gloria tibi domine. In fine Euangelii a miniſtris dicitur Laus tibi Chriſte, Poſtea ſi dicendum eſt dicitur Credo.

De Symbolo.

SYmbolum dicitur poſt Euangelium in omnibus Dominicis per annum, etiam ſi in illis fiat de feſto, in quo alias nõ diceretur. In tribus miſſis de Natiuitate Domini · & deinceps vſque ad octauam Beati Ioannis Apoſtoli incluſiue. In Epiphania, & per octauam. Feria quinta in cœna Domini, In Paſchate reſurrectionis, & per octauam. In Aſcenſione Domini, & per octauam in Pentecoſte, & per octauam. In feſto corporis Chriſti, & per octauam. In omnibus feſtis Beatæ Mariæ, & per octauã. In omnibus Feſtis Apoſtolorum, & Euangeliſtarum & per octauas. In feſtis quatuor Doctorum, videlicet, Gregorii, Ambroſii, Auguſtini, & Hieronymi, addito feſto S. Thomę de Aquino. Item in feſtis doctorum Baſilii, Athanaſii. Gregorii Nazianzeni, & Ioannis Chryſoſtomi. In vtraque Cathedra S. Petri ad uincula. In feſtis conuerſionis, & commemorationis Sancti Pauli Apoſtoli. In feſto Sancti Ioannis ante portam Latinã. In feſtis Inuentionis, & Exaltationis Sanctæ Crucis. In feſtis Angelorum. In feſto Sanctæ Barnabæ Apoſtoli. In feſto Sanctæ Mariæ Magdalenæ. In Transfiguratione Domini. In die octauarum Sancti Ioannis Baptiſtæ, & Sancti Laurentii, In feſto omnium Sanctorum & per octauam. In dedicationibus Sancti Saluatoris, & Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli. In anniuerſario Dedicationis propriæ Eccleſiæ, & per octauam. In die Conſecrationis Eccleſiæ, uel altaris. In feſtis ſanctorum, quibus dedicata eſt Eccleſia, & ubi habetur corpus vel inſignis reliquia ſancti, de quo agitur. In die creationis, & coronationis Summi Pontificis, & in anniuerſario eiuſdem diei. Item, in omnibus feſtis, quæ in Dominicis, & per octauas celebrantur: in quibus ratione Dominicæ, & octauæ dici debet. Item in feſto patroni alicuius loci, uel titu li Eccleſiæ: & in feſtis principalibus ordinum, & per eorum octauas, in eccleſiis tantum illius ordinis.

Item dicitur Credo in miſſis votiuis, quę ſolemniter pro re graui, uel pro publica Eccleſię cauſa celebrantur.

De offertor. Secretis. Præfationibus, & Canone.

POſt ſymbolum, vel ſi non ſit dicendũ, poſt Euangelium dicitur, Dominus vobiſcum deinde Offertorium poſtea fit oblatio cũ orationibus, ut in ordinario. Qua oblatione facta dicuntur orationes ſecretæ, ſecundum numerum orationum, quæ palam dictæ ſunt: ſed ante primam orationem non dicitur. Dominus vobiſcum nec aliquid aliud, ſed dicto, Suſcipiat Dominus ſacrificium abſolute dicuntur: neque etiam ante ſecundam orationem dicitur, Oremus Terminatur autem prima, & vltima oratio, ut dictum eſt ſupra in Rubrica de orationibus: & ſecreto dicuntur, uſq; ad illa uerba in concluſione. Per omnia ſæcula ſæculorum quæ clara voce proferuntur, & incipitur Præfatio. Præfationes autem dicũtur, ut in ordinario adnotatum eſt, & quæ in quadrageſima, tempore Paſchali. & infra octauas propriæ aſſignantur, dicuntur etiam in dominicis, & feſtis, quæ illis temporibus celebrantur: niſi illa feſta propriam præfationem habeant.

¶ In miſſis uotiuis dicitur etiam prefatio propria, ſi propriam habeat. Et quãdo aliqua miſſa

votiua

Votiua pro publica ecclesiæ causa solēniter celebrat, dicitur in cantu solemni, vt in duplicib. Post præfationem incipitur canon missę secreto, in quo seruantur omnia, vt in ordinario. vbi vero Communicantes Infra actionem vel alia variari contingit, suo loco in propriis missis ad notatur.

De Communione, & ijs quę post Communionem Ite missa est, vel Benedicamus Domino, de Benedictione, & Euangelio Sancti Ioannis.

EXacto canone, & aliis omnibus, vsque ad Communionem, ea peracta dicitur Communio, & orationes post Communionem, eodem modo, & ordine. vt in principio missæ: & repetito, Dominus vobiscum dicitur. Ite missa est vel Benedicamus Domino pro temporis ratione.

¶ Ite missa est, dicitur quandocunque dicitur Gloria in excelsis Cum non dicitur, eius loco dicit Benedicamus domino Resp. Deo gratias.

¶ In missis defunctorum dicitur, Requiescant in pace. Resp. Amen.

¶ Dicto Placeat datur Benedictio, quæ a celebrāte semper datur in missa: prēterquā in missis defunctorum. Deinde dicitur Euangelium Sancti Ioannis, In principio præmisso Dominus vobiscum. & Sequentia vt moris est: quod Euangelium nunquam prætermittitur in missa, nisi quando fit de festo in aliqua Dominica, vel Feria, quæ habet Euangelium proprium; tunc enim eius loco dicitur proprium. Et in tertia missa de die Natiuita. Domini dicitur Euangelium de Epiphania. Cum natus esset Iesus.

De ordinanda missa ex supradictis rubricis.

SVpradictis rubricis cognitis, si quis uelit ordinare missam diei, recurrat ad ordinarium missarum de tempore, vel de Sanctis, secundum qualitatem officii. S i proprium nō habeat, recurrat ad commune Sāctorum. S i de feria agēdum fit, & propria missa non fuerit de feria dicatur missa præcedentis dominicæ, omissis Gloria in excelsis & symbolo, prēterquam tēpore Paschali, in quo semper dicitur Gloria in excelsis vt supra excepta missa Rogationum: & in Aduen. prætermittitur Haleluiah post Graduale cum suo versu. S i dicēda sit missa votiua requiratur post commune Sāctorum suo loco. S i plures orationes dicendæ sint. requirantur post missas votiuas: suo loco de singulis rebus singulæ.

S i pro Defunctis dicēda fit missa habetur post missas votiuas, cum Collectis diuersis, circa finem Missalis. Ordinarium totius missæ, cum Præfationibus, Canone, & alijs, dicendis, habetur suo loco, cum proprio missarum de Tempore.

RITVS SERVANDVS
In celebratione Missæ.

De præparatione Sacerdotis celebraturi.

SAcerdos celebraturus seruatis ijs quæ superius dicta sunt quo ad præuiam confessionem & Horas Canonicas, Matutino saltem absoluto, orationi aliquātulum vacet, & orationes inferius positas pro temporis opportunitate dicat: Deinde accedit ad locum in Sacristia, vel alibi præparatum, vbi paramenta, aliaque ad celebrationem necessaria habētur, accipit missale, perquirit missam, perlegit, & signacula ordinat ad ea, quæ dicturus est. Postea lauat manus, dicens orationem inferius positam. Deinde præparat Calicem, ponēs super eius os purificatorium, & super illud patenam cum Hostia, quam tegit parua palla & velo serico: super velo ponit bursam coloris paramētorum, intus habens corporale plicatum.

¶ Quibus, ita dispositis, accedit ad paramenta, vbi calceatus pedibus, & indutus vestibus, sibi conuenientibus quarum exterior saltem talum pedis attingat induit se, si sit prælatus sęcularis, supra rochetū: si sit prælatus regularis, vel alius Sacerdos sęcularis supra superpelliceum si cōmode haberi possit, alioquin sine eo supra vestes communes, dicens ad singula singulas orationes inferius positas.

¶ Ac primum accipiens amictum circa extremitates & cordulas osculatur in medio, & ponit super caput, & mox declinat ad collum, & eo circuncirca vestiū collaria tegēs, ducit chordulam sub brachijs, & circunducens per dorsum ad ventrem reducit & ligat.

¶ Cum alba induitur caput submittens, deinde manicā dextram brachio dextro, & sinistrā sinistro imponens: Albā ipsam corpori adaptat

eleuãt ante. & a lateribus hincinde, & cingulo per miniſtrum a tergo ſibi porrecto, ſe cingit: Miniſter eleuat Albam ſuper circulum circum circa: vt honeſte dependeat, & tegat veſtes: ac eius fimbrias diligẽter aptat: vt ad latitudinem digiti, vel circa, ſupra terram æqualiter fluat.

¶ Sacerdos accipit manipulum, oſculatur crucem in medio & imponit brachio ſiniſtro.

¶ Deinde ambabus manibus accipiens ſtolã, ſimili modo deoſculatur, & imponit medium eius collo, ac tranſuerſando eam ante pectus in modum crucis, ducit partem a ſiniſtro humero pendentem ad dextram, & partem a dextro humero pendentem ad ſiniſtram. Sicque vtranq; partem ſtolæ extremitatibus cinguli, hincinde ipſi cingulo coniungit.

¶ Si celebrans ſit Epiſcopus non ducit ſtolam ante pectus in modum Crucis, ſed ſinit hinc inde vtraſq; extremitates pendere: & accipit cruciculã a collo ante pectus chordulis pendentẽ.

¶ Poſtremo Sacerdos accipit planetam, Si ſit Epiſcopus, & ſolẽniter celebrat, accipit paramenta & alia vt in Pontificali.

De ingreſſu Sacerdotis ad Altare.

SAcerdos omnibus paramentis indutus, accipit in manu ſiniſtra Calicem vt ſupra præparatum, & burſam manu dextra ſuper Calice tenens, capite cooperto accedit ad altare, Miniſtro cum Miſſali, & aliis ad celebrandum neceſſarijs præcedente. Procedit autem oculis dimiſſis, inceſſu graui, erecto corpore, ſi vero contigerit eum tranſire ante altare maius, capite cooperto faciat ad illud reuerentiam: ſi ante locum Sacramenti genuflectat. Si ante altare ubi celebretur miſſa, in qua eleuatur ſacramentum, ſimiliter genuflectat, & detecto capite illud adoret.

¶ Cum peruenerit ad altare ſtans ante illud in infimo gradu, caput detegit, biretum miniſtro porrigens, & altari, ſeu imagini crucifixi deſuper poſitæ, profunde inclinat. Si autem eo ſit tabernaculum Sanctiſſimi Sacramenti, genuflectens debitam facit reuerentiam. Tunc aſcendit ad medium altaris, ibi ad cornu Euangelij ſiſtit calicẽ, extrahit corporale de burſa, quod extendit in medio altaris & ſuper illud Calicem uelo coopertum collocat. Si in altari paramenta accepit hoc idem facit antequã deſcendat ab altari miſſam inchoaturus.

¶ Si eſt conſecraturus plures Hoſtias pro cõmunione facienda, quæ ob quantitatem ſuper patena manere non poſſint: locet eas ſuper corporale ante Calicem aut in aliquo Calice vel vaſe mundo conſecrato, eas ponit retro poſt Calicem, & alia patena cooperit.

¶ Collocato Calice in altari, accedit ad cornu Epiſtolæ, Miſſale ſuper cuſsino aperit, reperit miſſam, & ſignacula ſuis locis accõmodat. Deinde rediens ad medium altaris, facta primum cruci reuerentia, deſcẽdit ad gradum infimum altaris, pro miſſa inchoanda.

¶ In miſſa ſoleuni, calix, miſſale & alia neceſſaria præparantur, antequam ſacerdos veniat ad altare. Ipſe autẽ procedit cum miniſtris: & cum peruenerint ad infimum gradum altaris, ibi medium inter Diaconum a dextris, & Subdiaconum a ſiniſtris, antequam aſcendat ad altare, facit cum ipſis (vt infra) confeſſionem.

¶ In miſſa pontificali omnia ſeruentur, vt in põtificali, & ceremoniali romano ordinantur: cuius pontificalis ordinem Epiſcopus nunquã prætermittat, quandocunque cum Diacono, & Subdiacono paratis celebrat.

De principio Miſſæ, & confeſsione facienda.

SAcerdos quam primum deſcenderit ad infimum gradum altaris, conuertit ſe ad ipſum altare, vbi ſtans ante illud iunctis manibus ante pectus, detecto capite, facta prius cruci vel altari reuerentia, erectus incipit miſſam.

¶ Si autẽ celebraturus ſit coram Summo Pontifice, ſiſtit ſe in infimo gradu altaris a cornu Euangelij ante ipſum Põtificem, vt genuflexus expectat, accepta benedictione erigit ſe. & ſtãs verſus aliare incipit miſſam.

¶ Si autem ſit coram Cardinale, Patriarcha Archiepiſcopo, vel Epiſcopo in eorum reſidentiis, vel loco iuriſdictionis: ſtans in infimo gradu a cornu Euãgelij, vt ſupra, expectat: dato ſigno facit profundam reuerentiam præfato, & verſus ad altare incipit miſſam.

¶ Si autem ſolẽniter celebrat coram Summo Pontifice, aut alio ex prælatis prędictis in eccleſiis ſuæ iuriſdictionis, ſtans a ſiniſtris prælati facit cum eo confeſsionem, & alia ſeruat: ut in ceremoniali romano, & in pontificali ordinatã.

¶ Stans igit celebrans in infimo gradu altaris vt ſupra producens manu dextra a frõte ad pectus ſignũ crucis, dicit intelligibili voce. In nõ-

mine

mine Patris,& filij, & Spiritus Sancti. Amen. Et postquã id dixerit nõ debet aduertere quęcunque in alio altari celebrantem, etiam si sacramentũ eleuet, sed continuate prosequi missam suam vsque ad finem. Cum seipsum signat, sinistrã ponit infra pectus: in aliis benedictionibus cum est ad altare, & seipsum nõ benedicit, sed oblata vel aliquid aliud, ponit eã super altari, seipsum benedicẽs, vertit ad se palmam manus dextræ, & omnibus illius digitis iunctis & extensis, à fronte ad pectus, & ab humero sinistro ad dextrum, signum crucis format. Si vero aliis, vel rem aliquam benedicit, paruum digitum vertit ei cui benedicit, ac benedicendo totam manum dextram extendit, omnibus illius digitis pariter iunctis & extensis, quòd in omni benedictione obseruatur.

¶ Postquam dixerit. In nomine Patris. &c. vt supra: iungit manus ante pectus, pronuncians clara voce Antiphonã. Introibo ad altare Dei. Minister retro post eũ ad sinistrã genuflexus, & in missa solẽni ministri hinc inde stãtes, psequuntur. Ad Deum qui lætificat iuuentutem meam. Deinde sacerdos eodem modo stans incipit & prosequitur cum ministro vel ministris alternatim Psalmum, Iudica me Deus vsque ad finẽ, cũ Gloria pri. Quo finito, repetit Aña, Introibo cũ ministris, vt sup. Qui ps nunquam prętermittitur, nisi in missis defunctorũ, & in missis de tpe à dominica Passionis inclusiue vsque ad Sabbathum Sanctum exclusiue: in quibus semel tantum dicta Antiphona. Introibo cum ministris, vt supra, Sacerdos statim subiungit versum, Adiutoriũ nostrũ, &c. vt infra. Cum in fine psalmi dicit, Gloria patri, &c. caput cruci iclinat. Repetita Aña. Introibo. dextra manu producẽs signum crucis a fronte ad pectus, dicit Vers. Adiutorium nostrum in nomine Dñi. Resp. Qui fecit cęlum & terrã. Deinde caput, seq; pfunde altari inclinãs, dicit. Confiteor Deo, ut in ordinario. Et prosequit eodem mõ stãs inclinatus donec a ministro, uel ministris dictum sit, Misereat. Cũ incipit, a ministris, Confiteor se erigit. Cũ dicit mea culpa, ter pect⁹ dextra manu pcutit.

¶ Si est coram Pontifice, & Cardinali in loco sui tituli, seu cardinalatus, & corã Legato Sedis Apostolicæ, Patriarcha, Archiepiscopo, & Episcopo i eorum Prouincia, Ciuitate, uel Diœcesi constitutis, ubi dicit, uobis fratres, dicat, Tibi pater: similiter i fine, ubi dicit, Vos fratres dicat, Te pater, quod dicens Summo Põtifici genuflectit, alijs prælatis pfunde inclinat cum ministris, & qui intersunt (etiam si ibi fuerit summus Pontifex) respondent. Confiteor, dicunt Tibi pater, & te pater.

¶ Facta a circunstantibus confessione, Celebrans stans respondet: Misereatur uestri, &c.

¶ Deinde productus manu dextra a fronte, ad pectus signum crucis, dicit. Indulgẽtiã, &c. & stans capite inclinato prosequit: Deus tu cõuersus, & quæ sequunt in ordinario, clara voce usq; ad orationẽ. Aufer a nobis &c. quã dicit secreto. Et tunc si coram Summo Põtifice, aut alijs prælatis, ut supra celebret, facta Summo Pontifici genuflexione, alijs prælatis pfunda reuerẽtia, accedit ad infimum gradum. ante medium altaris, & ibi dicit, Aufer a nobis, &c.

De Introitu, Kyrie eleison, & Gloria in excelsis.

DIcto Aufer a nobis, &c. Celebrans iunctis manibus accedit ad medium altaris ubi stãs capite inclinato, & iunctis manib. sup altare positis, ita ut digiti parui duntaxat frontem seu medium anterioris partis tabulæ, seu mensæ altaris tangant, rcsiduo manuum inter altare & se retento, pollice dextro super sinistrum in modum crucis posito (quod semper obseruatur cum manus iunctæ super altare ponunt) secreto dicit. Oramus te Domine, &c. Quo dicto osculatur altare, in medio, manibus extensis hinc inde super altare positis: (quod in omni deosculatione altaris seruatur) sed post consecrationem pollices ab indicibus non disiungũtur. Osculato altari accedit ad cornu sinistrum altaris, id est, Epistolæ: ubi stans uersus altare, & producens a fronte ad pectus signum crucis incipit intelligibili uoce Introitum Missę: & prosequit iunctis manibus. Cum repetit Introitum non signat se, ut prius: & eo repetito iunctis manib⁹ ante pectus accẽdit ad medium altaris, ubi stans uersus illud similiter manibus iunctis, dicit simili uoce ter, Kyrie eleison: & Christe eleison. iterum ter: Kyrie eleison: alternatim cum ministris, Si minister, vel qui intersunt. Celebranti non respondeant: ipse solus nouies dicit. Dicto ultimo Kyrie eleison: Sacerdos ibidem ut prius stans, & manus extendens, eleuansq; & iungens, uoce

prædicta incipit: si dicendū sit: Gloria in excelsis: cū dicit, Deo caput cruci inclinat: quo facto stans iunctis manibus, vt prius, prosequitur vsq; ad finē, Cum dicit: Adoramus te: Gratias agimus tibi. Iesu Christe; Suscipe deprecationē nostram & iterum: Iesu Christe caput cruci inclinat, Cum dicit in fine: Cū sancto spiritu, seipsum a fronte ad pectus signat: interim perficiens. In gloria Dei patris Amen.

¶ In missa solēni Sacerdos facta confessione ascendit cum ministris ad altare: quo per eum osculato, ponit incēsū in thuribulo, ministrāte Diacono nauiculā, & turiferario thuribulū. Antequam ponat incensum, illud benedicit dicēs: Ab illo benedicaris &c. Postea Diaconus reddita nauicula thuriferario, accipit ab eo thuribulum, & dat Celebranti. osculata prius eius manu: qui facta cruci reuerentia, eam ter incensat, deinde reliquias, si adsint primū quæ à dextris sunt, deinde quæ à sinistris, cuique bis ducēs thuribulum, postea magines, vel earū loco candelabra semel singulis thuribulum ducens, primum a cornu Epistolę, & illius postremam partem inferiorem altaris: deinde superiorem sculcet tabulam altaris, & producens ante crucem, facta ei reuerētia incensat alias imagines, seu cā delabra in cornu Euangelij, & illius postremā partem altaris inferiorē, & superiorem tabulę: deinde totam interiorem vsque ad extremū altaris in cornu Epistolę facta cruci reuerētia, cū ante eā transit: & reddito thuribulo ipsi Diacono: ab eo ipse solus incensatur. Deinde cū illis, Diacono a dextris Diaconi stantibus, prosequitur Introitum & Kyrie eleison. Tū vero intonat Hymnum, Gloria in excelsis. Diaconus & Subdiaconus, vnus post alium, stant a tergo celebrantis: postea ascēdunt ad altare, & hinc inde cum celebrante Hymnū subinissa voce proferuntur vsque ad finem.

De Oratione.

DIcto Hymno Gloria in excelsis vel si nō fit dicēdus, eo omisso, celebrans osculatur altare in medio, manibus hinc inde super illo vt supra extensis: tum iunctis ante pectus manibus demissis ad terram oculis, vertit se ad manum sinistram, hoc est, ad latus dextrum versus populum, & extendens, ac iungens manus ante pectus vt prius, dicit voce prædicta Dñs vobiscum. Resp. Et cū spiritu tuo iunctis vt prius manibus reuertitur per eandem viam ad librū: vbi extendens & iungens ante pectus manus, caputque Cruci inclinans, dicit Oremus: tū extēdit manus ante pectus, ita vt palma vni⁹ manus respiciat alteram, & digitis simul iūctis, quorū summitas humerorum altitudinem distantiāq; non excedat: quod in omni extensione manuū ante pectus seruatur. Stans autem vt supra extēsis manibus, dicit orationē. Cum dicit, Per dominum nostrum iungit manus. Si aliter conclu ditur oratio: Qui tecum & Qui viuis Cum dicis. in vnitate iungit manus. Cū nominatur nomen Iesus caput versus crucem inclinat: cū in oratione nominatur nomen Beatæ Marię, vel sanctorum, de quibus dicitur missa vel fit cōmemoratio, item in oratione pro Papa, quando nominatur, caput inclinat. Si plures orationes sunt dicendæ idem in eis in voce extensione manuum, & capitis inclinatione, quod supra dictū est, obseruatur.

¶ Si altare sit ad orientem versus populum, celebrans versa facie ad populum, non vertit humeros ad altare, cum dicturus est. Dominus vobiscum. Orate fratres: Ite missa est, vel daturus benedictionem: sed osculato altari in medio, ibi expansis & iunctis manibus vt supra, salutat populum.

¶ In quatuor temporibus, vel aliàs, quando dicendæ sunt plures orationes cum prophetis, dicto Kyrie eleison in medio altaris, reuertit ad cornu Epistolæ: vbi stās ante librū extēsis & iūctis ante pectus manib⁹, & caput cruci inclinās dicit. Oremus. Flectamus genua & illico manibus sup altare extēsis: vt seipsum ad altare sustineat genuflectit, & sine mora surgens, eadē voce dicitur a ministro, Leuate: & manib. extēsis dicit orationem, vt supra & in conclusione iungit, Dum autem legit prophetiam, manus tenet super librum vel altare repositas.

¶ In missa solemni cum dicitur, Dominus vobiscū & Oratio Diaconus & Subdiaconus stāt retro post celebrantem. Flectamus genua dicitur a Diacono: a Subdiacono vero Leuate illo primum genuflectente, hoc primum surgente.

De Epistola, Graduali, & alijs vsq; ad Offerto.

DIctis orationibus, celebrans positis super librum vel super altare manibus, ita vt palmę librum tangant, vel (vt placuerit) librum tenens legit Epistolam intelligibili voce.

¶ Si

¶Si solēniter celebret, legat de missa voce cum ministris: similiter Graduale, & Euangelium.

¶Lecta Epistola respondetur a ministris. Deo gratias & similiter stās vt prius, prosequit Graduale Haleluia & Tractum ac Sequētiam si dicenda sint. Quibus dictis, Celebrans si priuatim celebret, ipsemet seu minister portat librū missalis ad alteram partem altaris in cornu Euangelij: & dum trāsit: ante medium altaris, caput cruci inclinet, & missale sic locat, vt posterior pars libri respiciat ipsum cornu altaris, & non ad parietē siue ad partē eius contra se directā. Locato missali in altari, celebrans redit ad mediū altaris, & ibi stans profunde inclinatus, iūctis manibus ante pectus, leuatisq; ad Deum oculis secrete dicit Munda cor meum: Dominus sit in corde meo. & Iube domine. vt in ordinario.

¶Quibus dictis, vadit ad librū missalis vbi stās versum illum iunctis manibus ante pectus, dicit intelligibili voce, Dominus vobiscū Resp. Et cum spiritu tuo. Deinde pollice dextræ manus signo crucis signat primo librū super principio Euangelij, quod est dicturus, postea seipsum in fronte, ore & pectore, dicens, Sequētia vel Initium sancti Euangelij, &c. Resp. Gloria tibi domine. Tum iunctis iterum, vt prius manibus, stans vt supra, prosequitur Euangelium vsq; ad finem; Quo finito, ministri respondēt. Laus tibi Christe & celebrans eleuans parumper librum osculatur Euangelium dicens. Per euangelica dicta deleantur nostra delicta præterquam in missis defunctorum, in quibus non osculatur, & nisi celebret coram Summo Pontifice, aut Cardinali, vel coram Patriarcha. Archiepiscopo, vel Episcopo in eorum residentiis quo casu defertur cuilibet prædictorum osculandus liber, & ipse celebrans tunc non osculatur.

¶Dicto Euangelio stans in medio altaris versus crucem, eleuans, & iungens manus caputq; cruci inclinans, incipit (si dicēdum sit) Credo. Cum dicit, in vnum Deū caput cruci inclinat: quo erecto stans ibidem iunctis ante pectus manibus, vt prius, prosequitur, vsque ad finem. Cū dicit, Iesum Christū caput cruci inclinat. Cū dicit, Et incarnatus est, vsq; ad homo factus est. inclusiue, genuflectit. Cum dicit, Et vitam venturi sęculi, Amen. producit sibi manu dextra signum crucis a fronte ad pectus.

¶In missa solemni subdiacōnus circa finem vltimę orationis, accipit ambabus manibus librū Epistolarum, deferens illum supra pectus: & facta altari genuflexione in medio, vadit a parte Epistolæ contra altare, & legit Epistolam: qua lecta redit ad celebrantem osculatur eius manum, & ab eo benedicitur, præterquam in missis defunctorum.

¶Deinde idē subdiaconus accipit missale Celebrantis, defert ad cornu Euāgelij in altare ibi ministrans celebranti: qui lecto Euangelio & per Diaconum delato libro Euangeliorum ad altare imponit incensum in thuribulum. Deinde Diaconos dicit Munda cor meum: genuflexus ante altare accepto libro Euangeliorum de altari, & benedictione a celebrante, osculataq; illius manus vadit cum Subdiacono a sinistris ad locum Euangelii contra altare versus populum, vt subdiacono librum tenente, medio inter duos acoluthos tenentes candelabra accēsa dicit, Dominus vobiscum iunctis manibus: Cū dicit, Sequētia, &c. signat librum frontem, os, & pectus. Postea ter librum incensat, hoc est, in medio, a dextris, & a sinistris: & prosequitur Euangelium iunctis manibus. Interim celebrans stat iunctis manibus a cornu Epistolæ versus Euangelium. Quo finito, osculatur sacerdos, librum a subdiacono sibi delatum, dicendo. Per Euangelica dicta deleantur nostra delicta. & a Diacono ter incēsatur. Si coram prælato in sua residentia, liber deferatur ad prælatum, vt supra: & ille incensatur, vt in Pontificali. Postea stans in medo altaris versus crucem, incipit (si dicēdu sit) symbolum stantibus post eum diacono & subdiacono: deinde ad Altare accedentibus, & cum eo prosequentibus: vt dictum est ad Gloria in excelsis.

¶Si quandoque celebrans cantat missam sine diacono & subdiacono. Epistolam cantat aliquis lector superpelliceo indutus, qui in fine nō osculatur manum celebrantis. Euangelium cantat ipse celebrans ad cornu Euangelij: qui & in fine missę cantat. Ite Missa est vel Benedicamus domino pro temporis diuersitate.

De Offertorio, & alijs vsque ad Canonem.

Dicto Symbolo vel si non sit dicendum, dicto Euangelio, celebrans osculatur Altare in medio, & iunctis manib. ante pectus, ibidem a manu sinistra ad dextram, vertit se ad populum

pulum, & extendens ac iungens manus dicit, Dñs vobiscū & iunctis manibus reuertitur p eandē viā ad medium altaris, vbi extendens & iungens manus, caputq; cruci inclinans dicit, Oremus: tum iunctis vt prius manibus, dicit Offertorium, & omnia quæ vsq; ad finē missę in medio altaris dicenda sunt dicit ibidē stans versus ad altare, nisi vbi aliter ordinatur.

¶ Dicto Offertorio discooperit calicem, & ad cornu Epistolæ, sistit, & amota parua palla desuper hostiam, accipit patenam cum hostia, & ambabus manibus vsq; ad pectus eā eleuatā tenens, oculis eleuatis ad Deum dicit. Suscipe sancte pater, &c. Si fuerint aliæ hostiæ nō super patenam: sed super corporale, vel in alio vase pro cōmunione populi consecrandę, calicem illum, seu vas dextra discooperit, & intētionem suam etiam ad illas offerendas & consecrādas dirigens, dicit vt supra. Suscipe, &c. vt in ordinario. Quo dicto, faciēs signū crucis cū dicta patena ponit hostiam super corporale circa medīū anterioris partis corporalis ante se, & patenā ad manū dextrā aliquantulū subtus corporale. Si autem adsit vas, seu calix cum alijs Hostiis, cooperit patena ipsa.

¶ Deinde accipit calicem, purificatorio extergit: & accipiens ampullam vini de manu ministri, ponit vinum in calicem. Deinde producit signum crucis super ampullam aquæ, & dicit. Deus, qui humanæ substantiæ: imponens parum aquæ in calice prosequitur, da nobis per huius aquæ & vini mysterium.

¶ Si vero celebrat pro defunctis, non facit signum crucis super aquā, sed imponit absque benedictione, dicens orationē ut supra. Imposita aqua in Calice, & finita oīone prædicta, accipit calicē discoopertū: & stans ante mediū altaris, ipsum ambabus manibus eleuatum tenens, videlicet cum sinistra pedē, cum dextra autē nodum infra cuppā, intētis ad Deum oculis offert, dicens, Offerimus tibi domine, &c. Qua oratione dicta, facit signum Crucis cum Calice super corporale, & ipsum i medio post Hostiā collocat, & palla cooperit. Deinde iunctis manibus sup altare positis, capite inclinato dicit secreto. In spiritu humilitatis, &c. Postea eleuās oculos manusq; expādens, & statim iungens ante pectus (quod semper facit, qū aliquid est benedicturus) dicit: Veni sanctificator, &c. Cū dicit: benedic, signat mānu dextra cōmuniter super Hostiā & calicem

¶ Tunc iunctis ante pectus manibus, accedit ad cornu Epistolæ, vbi stans ministro aquam fundēte lauat manus id est, extremitates digitorum pollicis, & indicis, dicens psalmum. Lauabo inter innocentes, cum Gloria patri. &c. qui versus. Gloria patri. præmittitur in missis defunctorū. & in missis à Dñica de Passione vsq; ad sabbathum sanctum exclusiue.

¶ In missa solēni dicto Oremus. diaconus & subdiaconus accedūt ad altare à cornu Epistolæ diaconus amouit Calicē, detegit; dat patenam cum Hostia celebrāti: subdiaconus extergit Calicē purificatorio. Diaconus imponit vinum: Subdiaconus interi ampullā aquæ ostē dēs celebrāti dicit. Benedicite pater reuerēde. qui facto versus eā signo crucis, dicit orationē; Deus qui humanæ &c. interim subdiaconus infundit paulum aquæ in Calicem, Diaconus illum celebranti dat, & pedem Calicis tangens, seu brachium dextrum celebrantis sustentans, cum eo dicit, Offerimus tibi Domine &c. Postea positum in altari vt supra palla cooperit. Subdiacono deinde ponit in dextera manu patenam, quam cooperit extremitate veli ab eius humero pendentis; qui vadit post celebrātem ante medium altaris, & ibi stat in loco conuenienti. Dicto Veni sāctificator vt supra celebrans ponit incensum in thuribulum, ministrante Diacono nauiculam dicens. Per interceſſionem &c. ut in ordinario. Deinde accepto thuribulo per manum Diaconi incensat oblata, ter ducens thuribulum super Calicem & Hostiam simul, in modum Crucis: & ter circum Calicem, & Hostiam, scilicet bis a dextra ad sinistram: & semel a sinistra ad dextram dispēsans uerba i qualibet incēsatione, hoc mō. In prima incensatione, Incensum istud. In secunda, à te benedictū. In tertia, ascendat ad te Dñe. In quarta. & descendat super nos. In quinta, & sexta, misericordia tua. Deinde incensat altare vt sup. dicēs. Dirigat Dñe oīo mea vt in ordinario, Et incensat ipse ut supra. Postea Diaconus incēsat chorum, & postremo subdiaconum tenentem patenam: & ipse diaconus incensatur a thuriferario: & thurifer arius postea incensat populum.

¶ Celebrās lotis manibus eas tergit, & illis ante pectus

te pectus, iunctis reuertitur ad medium altaris vbi stans oculosque ad Deum eleuãs, & statim demittens, manibus iunctis super altare capite que inclinato, dicit secrete. Suscipe sancta Trinitas, &c. Quo dicto manibus hinc inde extensis, & super altare positis osculat altare in medio: tum iunctis manibus ante pectus, demissisque oculis ad terram, a sinistra manu ad dextram uertit se ad populum, & uersus eum extendens, & iungens manus dicit voce aliquantulum eleuata: Orate fratres, & secrete prosequens, vt meum ac vestrũ sacrificium, &c. pficit circulum, reuertens iunctis manibus ante pectus a manu dextera ad mediũ altaris. Et rñso a ministris, vel circunstantib. Suscipiat Dñs sacrificium de manibus tuis alioquin per seipsum, dicens. Sacrificium de manibus meis ipse celebrans manib. ante pectus extensis, ut fit ad oronem, stans in medio altaris uersus librum, dicit absolute sine alia interpositione oratiõe uel orationes secretas, cum dicit: Per dominũ, iungit manus. Cum dicit, Iesum Christum, caput inclinat: quod facit in prima oratione, & in ultima, si plures sint dicendæ.

¶ Peruento autem in cõclusione ultimæ secretæ ad verba illa, Per omnia sęcula sęculorum, exclusiue: celebrans stãs in medio altaris, depositis super eo manibus hinc inde extensis, dicit conuenienti, & intelligibili voce Prętationem, Cum dicit, Surfum corda eleuat manus hinc inde extensas usque ad pectus. Cum dicit, Gratias agamus Domino iungit manus: cum dicit Deo nostro, cruci caput inclinat. Respõso, Dignum & iustum est eleuatis, & extẽsis, vt prius manibus, prosequitur Prętationem propriam, uel communem, vt tempus requirit.

¶ Cum dicit, Sãctus iunctis ante pectus manibus, & inclinatus uoce mediocri prosequitur. Cum dicit. Benedictus qui venit in noĩe Dñi &c. signũ crucis sibi ꝓducit a frõte ad pectus.

¶ In missa solẽni cum dicitur Prætatio Diaconus, & subdiaconus stant retro post celebrãtem: & Paulo antequam dicatur Sanctus, accedunt ad altare: vbi cum celebrante hinc inde dicunt, Sanctus, & quæ sequuntur, usque ad Canonẽ. Deinde diaconus accedit ad sinistrã celebrantis, ei assistens dum dicitur Canon, ni si alius sacerdos assistat: Subdiaconus uero tũc stat post celebrantem.

De Canone Missæ vsque ad consecrationem.

FInita præfatione, vt supra celebrans manibus iunctis super altare positis stans ante medium altaris versus ad illud, eleuatis oculis ad Deum, & sine mora demissis, profunde inclinatus incipit Canonem secreto dicens: Te igitur &c. vt in ordinario. Cum dicit, uti accepta habeas, & benedicas, prius osculatur ante se altare: deinde erigit se, & stat iunctis manib. ante pectus. Cum dicit, Hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia dextera manu ter signat communiter super Hostiam, & Calicem, Deinde extensis manibus ante pectus prosequitur. In primis quæ tibi offerimus &c. Vbi dicit, una cum famulo tuo. Papa nostro N exprimit nomen Papæ, Sede autem vacante, uerba ꝓdicta omittuntur. Vbi dicitur, & antistite nostro N. specificatur nomen Patriarchæ, Archiepiscopi, uel Episcopi ordinarii in ꝓpria Diœcesi. qui si est uita functus, ꝓdicta uerba omittuntur: Si celebrans est Episcopus, Archiepiscopus, uel Patriarcha, omissis prædictis uerbis, eorũ loco dicit: Et me in digno famulo tuo. Si uero celebrans est Papa, omissis uerbis, una cum famulo tuo Papa nostro N. & antistite nostro N. dicit, Vna cum me indigno famulo tuo, quem gregi tuo præesse voluisti: Et continuat omnes ut sequitur: Et omnibus orthodoxis &c.

¶ Cum dicit, Memento domine leuans & iungens manus usque ad faciem, uel pectus sic iunctis manibus, stat paulisper inquiete, demisso aliquantulum capite, faciens commemorationẽ uiuorum Christi fidelium ad suam uoluntatẽ, quorum noĩa, si uult, secrete cõmemoret: non tñ necesse est ea exprimere, sed mente tantum eorum memoriam habeat, Potest ẽt celebrans, si pro pluribus orare intendit ne circunstantibus fit morosus, ante missam in aio proponere sibi omnes illos tam viuos, quam defunctos, pro quibus in ipsa missa orare intendit, & hoc loco generaliter unico contextu ipsorum uiuorum commemorationem agere, pro quibus ante missam orare proposuit in missa.

¶ Commemoratione uiuorum facta, demissis & extensis, ut prius, manib. continuat, & oium circunstantium, &c. Similiter stãs prosequitur, Communicantem. Cum dicit, Iesu Christi caput cruci inclinat: in conclusione quãdo dicit:

Per

Per eundem iungit manus. Cum dicit. Hanc igitur oblationem, extẽdit manus simul super oblata, ita vt palmæ sint apertæ versus ac supra Calicem, & Hostiam, quas sic tenet vsq; ad illa verba, Per Christum dominum iungens manus prosequitur. Quam oblationem tu Deus in omnibus quæsumus: & cum dicit, Benedictam ascriptam ratam, cõiter signat ter super hostiam & calicem simul. Deinde cum dicit, vt nobis corpus separatim signat semel super hostiam tantum: & cum dicit, & sanguis, semel super calicem tantum: deinde eleuans & iungens manus ante pectus, prosequitur, fiat dilectissimi filij tui Domini nri Iesu Christi, inclinans caput cruci, si opus fuerit, extergit pollices, & indices super corporale, & dicit secrete, vt prius, Qui pridie quàm pateretur, & accipiens pollice & indice dextræ manus hostiam: & eam cum illis, ac indice & pollice sinistræ manus tenens, stans erectus ante mediũ altaris, dicit, Accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas, eleuansq; ad cœlũ oculos, & statim demittẽs dicit, elevatis oculis in cœlum ad te Deum patrem suũ oĩpotentem, caputq; aliquantulum inclinans dicit, Tibi gratias agens & tenens hostiam inter pollicem & indicẽ sinistræ manus, dextra ꝓducit signũ crucis sup eã dicẽs benedixit, fregit, deditq; discipulis suis dicẽs, accipite & mãducate ex hoc oẽs. Si adsit vas cũ alijs hostijs consecrandis discooperit manu dextra calicem, seu vas aliarũ hostiarum: & cubitis super altare positis, stans capite inclinato distincte, reuerenter, ac secretè profert verba consecrationis super Hostiã, & simul super omnes, si plures sint consecrandæ: & Hostiam suam pollicibus & indicibus tantùm tenens, attente, deuote, ac continuate profert verba consecrationis Hoc est enim corpus meum.

¶ Quibus prolatis, Celebrans tenens hostiam inter pollices, & indices prædictos super altare, reliquis manuum digitis extensis & simul iunctis (& Hostijs, si plures sint consecratæ in loco, in quo à principio missæ sunt positæ, super corporali, vel alio vase, vel calice dimissis) genuflexus Deum adorat. Tũc se erigens, quãtum commode potest, eleuat in altum Hostiã, & intentis in eam oculis (quod & in eleuatione calicis facit) populo reuerenter ostendit adorandam: & mox ipsam reuerenter super corporale reponit in eodem loco, vnde eam leuauit: & deinceps pollices & indices nõ disiungit, nisi quando hostiam consecratam tangere, vel tractare debet, vsq; ad ablutionem digitorum post communionem. Reposita hostia consecrata super corporale, genuflexus vsque ad terram ipsam veneratur: si adsit vas aliarum hostiarum: patena cooperit. Interim dum celebrans eleuat Hostiam accenso prius intortitio, minister manu sinistra eleuat fimbrias posteriores planetæ, ne ipsum celebrãtem impediat in eleuatione brachiorũ: quod & facit in eleuatione calicis.

¶ Celebrans adorato sacramento, surgit, & discooperit calicem, in quem, si opus sit, extergit digitos, quod semper faciat, cum aliquod fragmentum digitis adhæreat: & stans erectus dicit, Simili modo postquam cenatum est: & ambabus manibus accipiens calicem iuxta nodum infra cuppam, aliquantulum q; eleuans, & statim deponens, dicit, accipiens & hunc præclarum calicem &c. cum dicit, benedixit sinistra calicem infra cuppam tenens, dextra signat super eum, & prosequens, deditq; discipulis suis &c. ambabus manibus tenens calicem: videlicet sinistra pedem, dextra nodum infra cuppam, cubitis super altare positis, & capite inclinato profert secrete, & deuote, vt supra, verba consecrationis sanguinis. Hic est enim calix. &c.

¶ Quibus dictis, reponit calicem super corporale: & genuflexus sanguinem reuerenter adorat. Tunc se erigit, & accipiens calicem discoopertum cum sanguine ambabus manibus, vt prius, eleuat eum, & erectum, quantum commode potest, ostẽdit populo adorandum, dicens, Hæc quotiescunq; feceritis &c. mox ipsum reuerenter reponit super corporale in locum pristinum, & manu dextra palla cooperit, ac genuflexus sacramentum veneratur.

¶ In missa solenni cum Celebrans dicit Quã oblationem &c. diaconus accedit ad dextram celebrantis, & ibi in superiori gradu altaris genuflexus cum sacramentum eleuatur, fimbrias planetæ eleuat: & quando opus est, se erigens, calicem cooperit, & discooperit, & cum celebrante genuflectit. Repositio calice Diaconus redit ad librum: nisi alius assistat.

De

De Canone post Consecrationem vsque ad Orationem Dominicam.

REposito Calice,& adorato,celebrans stás ante altare, extensis manibus ante pectus dicit secreto, Vnde & memores, iungit manus ante pectus,& cũ dicit, Hostiam puram, &c. manu dextra signat ter cõiter super Hostiam & Calicem,& semel super Hostiam tãtum, & semel super Calicẽ tantum,dicẽs, Panẽ sanctũ vitæ æternæ,& Calicẽ salutis perpetuæ: deinde stans vt prius extensis manibus prosequitur, supra quæ propitio, &c. cum dicit, Supplices te rogamus, &c. inclinat se ante medium altaris,manibus iunctis super illo positis, cũ dicit, ex hac altaris participatione, osculatur altare, cum dicit, sacrosanctũ filij tui, iungit manus, & manu dextra signat semel super Hostiam tãtum, & semel super Calicem dicens, Corpus & sanguinem sumpserimus, & cũ dicit,omni benedictione cœlesti, seipsum signat à fronte ad pectus signo Crucis. Cum dicit, Per eundem, iungit manus.

¶ Cum dicit, Memento Domine famulorum famularumq; tuarũ,qui nos præcesserunt, &c. statim extensis & iunctis manibus ante pectus, vel vsq; ad faciem eleuatis,& intentis oculis ad sacramentum super altare, facit commemorationem fidelium defunctorum, de quibus sibi videtur,eodem modo, vt dictum est de cõmemoratione viuorum. Qua commemoratione facta,stans vt prius extensis manibus prosequitur, ipsis Domine & omnibus in Christo, &c. & in fine ad, Per eundem, caput inclinat. Cum dicit, Nobis quoq; peccatoribus, vocem aliquantulum eleuat, & dextra manu pectus sibi percutit: & prosequitur, famulis tuis, &cet. stans, vt prius.

¶ Cum dicit, Per Christum Dominũ nostrũ: per quem hæc oĩa Domine semper bona creas, iungit manus ante pectus: deinde manu dextra ter signans cõiter super Hostiã & Calicẽ dicit, Sanctificas,viuificas,benedicis,& p̃stas nobis. Postea discooperit manu dextra Calicẽ,& genuflexus reuerentiam facit sacramento:tum se erigit, & reuerẽter accipit Hostiam inter pollicem & indicem dextræ manus, & cum ea super calicem, quẽ manu sinistra tenet circa nodum infra cuppam, signat ter à labio ad labiũ, dicens, Per ipsum, & cum ipso, & in ipso. Et cum Hostia bis inter se, & calicem à labio Calicis incipiens signat dicens, est tibi Deo patri omnipotenti in vnitate Spiritus sancti. Deinde tenens manu dextra Hostiam super Calicem,sinistra Calicem, eleuat eam aliquantulum simul cum Calice, dicens: Omnis honor & gloria, & statim vtrunq; deponens, Hostiã collocat super corporali: & digitos,si fragmẽtum aliquod illis adhæreat, extergit in Calice (quod semper,si opus sit, faciat cum Hostiam sacram tetigit) ac pollices & indices vt prius iungens,Calicem palla cooperit, & genuflexus vsq; ad terram sacramentum veneratur.

¶ In missa solemni cum celebrans dicit, Per quem hæc omnia, &c. Diaconus facta sacramento genuflexione,accedit ad dextram celebrantis,& qñ opus est,discooperit Calicem,& cũ celebrante adorat:similiter cooperit,& iterum genuflectit. Postea vadit retro post celebrantem, vbi stat dum dĩ Oratio Dominica.

De Oratione Dominica,& alijs vsque ad sacram Communionem.

CElebrans cooperto adoratoq; Calice erigit se, & more solito manibus extensis hinc inde super altare positis, dicit intelligibili voce: Per omnia sæcula sæculorum, &c. Cũ dicit, Oremus, iungit manus, caput sacramento inclinans.Cũ incipit, Pater noster, extendit manus,& stans oculis ad sacramentum intentis prosequitur vsq; ad finem. Responso à ministro, Sed libera nos à malo, & à celebrante, Amen. manu dextra pollice & indice non disiunctis, Patenam accipit inter indicem & medium digitos,quam tenens super altare erectã, dicit secretò, Libera nos quæsumus. &c.

¶ In missa solẽni cum in Oratione Dominica dicitur, Et dimitte nobis debita nostra, Diaconus retro post celebrantem facta altari genuflexione vadit ad dexteram celebrantis, & subdiaconus circa finem Orationis Dominicæ,reuertitur ad altare,& offert patenam Diacono,qui eam discooperit, & dat celebranti, osculans eius manum,discooperitq; & cooperit Calicem,quando opus est,simul cum celebrante genuflectens. Antequam celebrans dicat, Da propitius pacem, eleuet manu dextra Patenam de altari, & seipsum cum ea signat à fronte ad pectus:& dicens, Da propitius pacẽ in diebus nostris, Patenam ipsam osculatur: &

prose-

prosequens, vt ope misericordiæ tuæ &c. submittit Patenam Hostiæ, quam indice sinistro accommodat super Patenam, discooperit Calicem: & genuflexus in terra sacramentum adorat: tum se erigens accipit Hostiam inter pollicem, & indicem dextræ manus, & cum illis, ac pollice, & indice sinistræ manus eam super Calicem tenens reuerenter frangit per medium dicens. Per eũdem dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: & mediã partem, quã inter pollicem & indicem dextræ manus tenet, ponit super Patenam, de alia media quam sinistra manu tenet, frangit cum pollice & indice dextræ manus particulam prosequens. Qui te cum viuit, & regnat quam inter ipsos dextræ manus pollicem, & indicem retinent, partem maiorem quem sinistra tenet, adiungit mediæ super Patenam positæ, interim dicens, in unita te Spiritus Sãcti Deus. Et particulam Hostiæ, quam in dextra manu retinuit, tenẽs super Calicem, quem sinistra per nodum infra cuppam retinet, intelligibili voce dicit. Per omnia sęcula sæculorum Resp. Amen. Ipsa particula signans ter a labio ad labium Calicis dicit, Pax Domini sit semper uobiscũ. Responso per ministros, Et cum spiritu tuo, particulam quam dextra manu tenet, ponit in sanguinem, dicens secrete. Hæc commistio, & cõsecratio corporis &c. deinde pollices & indices super Calicẽ aliquantulum tergit, & iungit, Calicẽ palla cooperit, & genuflexus Sacramentum adorat: surgit, & stans iunctis manibus ante pectus, capite inclinato versus sacramentum, dicit intelligibili uoce, Agnus Dei q tollis peccata mũdi, & dextra percutiẽs sibi pectus, dicit, miserere nobis. quod tertio facit, cũ dicit, dona nobis pacem tunc manibus iunctis super altare positis capite inclinato, oculisq; ad sacramentum intẽtis, dicit secreto: Domine Iesu Christi, &c. Qua Oratione finita si est daturus pacem osculatur altare in medio, & ei statim instrumentũ pacis porrigat a ministro iuxta ipsum ad dextram, hoc est in cornu Epistolæ, genuflexo, & dicit, Pax tecum. Si non adsit qui pacem recipiat a celebrante, pax non datur, etiam si illius datio missæ conueniat: nec osculatur altare, sed dicta præmissa Oratione statim subiungit alias Orationes vt in ordinario.

¶ Si uero celebret pro defunctis, non percutit pectus ad Agnus Dei, quia dicit, Dona eis requiem. nec dicit primam orationẽ. Domine Iesu Christe qui dixisti Apostolis tuis &c. nõ dat pacẽ, sed dicit alias duas sequentes orationes. Domine Iesu Christe filii Dei viui, & Perceptio corporis.

¶ Quibus Orationibus dictis, genuflectens sacramentum adorat, & se erigens dicit secrete, Panem cœlestem accipiam. Quo dicto, dextra manu accipit de Patena reuerenter ambas partes hostiæ, & collocat inter pollicem, & indicem sinistræ manus, quibus patenam inter eundem indicẽ, & medium digites supponit, & eadem manu sinistra tenens partes huiusmodi super patenam dextra tribus vicibus percutit pectus suum: interim etiam tribus vicibus dicens uoce aliquantulũ eleuata. Domine non sum dignus, & secrete prosequitur, ut intres, &c. Quibus tertio dictis, ex sinistra accipit ambas partes prædictas Hostiæ inter pollicem, & indicem dextræ manus, & cum illa supra patenam signat seipsum signo crucis dicens, Corpus Domini nostri Iesu Christi custodiat animam meam in vitam æternam. Amen.

¶ Deinde reuerenter easdem ambas partes sumit: quibus sumptis, deponit patenã super corporale: & erigẽs se iunctis indicibus, & pollicibus, ambas quoq; manus ante faciem iungit, & aliquantulum quiescit in meditatione sanctissimi sacramenti.

¶ Deinde depositis manib. dicit secreto. Quid retribuam domino pro omnib. quæ retribuit mihi. & discooperto calice accipit patenam, & eã diligẽter cum pollice, & indice dextræ manus super Calicem extergit & ipsos digitos, ne quid fragmẽtorum in eis remaneat. Si vero adsint Hostiæ cõsecratæ super corporale positæ pro alio tpe conseruanda facta prius genuflexione, reponit eas in vas ad hoc ordinatum: & diligẽter aduertat ne aliquod fragmentũ, quãtuncunq; minimum remaneat sup corporale: quod si fuerit, accurate reponit in Calicẽ. Post extersionẽ patenæ iunctis pollicib. & indicib. iterũ genuflectit sacramento: surgit, & calicẽ dextra manu infra nodũ cuppæ accipit: dicẽs. Calicẽ salutaris, &c. & signans se signo crucis cũ calice, dicit, Sãguis dni nr̃i, &c. & manu sinistra supponẽs patenã calici ist̃as reuerẽter sumit totũ sanguinẽ cũ particula in calice posita.

¶ Qui-

¶ Quib. sumptis, dicit secreto. Quod ore sumpsimus, &c. Postea super altare porrigit calicē ministro ad cornu Epistolæ, quo uinum fundente, se purificat: deinde abluit pollices & indicet super calicē, quos abstergit purificatorio interim dicens. Corpus tuum dñe, quod sumpsi, &c. ablutionem sumit, & extergit os, & calicē purificatorio quo facto, purificatoriū extendit super calicē, & desuper patenā, ac super patena paruam pallā, & cooperit uelo, plicat corporale, & reponit in bursam, quā ponit super calicem, & collocat super altare, ut prius.

¶ Si qui sunt communicandi in missa, eos cōmunicet, antequam sumat purificationē, & antequam digitos abluat. Quibus communicatis dicit. Qđ ore sumpsimus domine, &c. & deinde se, & eos qui cōicarunt, purificās, dicit, Corpus tuū dñe, qđ sumpsimus & alia facit utsu.

¶ In missa solenni Diaconus stans retro post Celebrantē, cum in oratione dominica dr. Et dimitte nobis debita nostra facta ibidem genu flexione altari, uadit ad dextram celebrātis, & patenam purificatorio abstergens dat celebranti, illius manum osculando, & quādo opus est, discooperit, & cooperit, & cum celebrāte adorat calicem. Cum dicitur Pax domini &c. Subdiaconus retro post celebrantem facta altari genuflexione, uadit ad sinistram celebrantis, & simul dicunt, Agnus Dei: deinde facta ibidem Sacramento genuflexione, redit post celebrantem. Diaconus uero a dextris genuflexus expectat pacem, & cum celebrans osculatur altare, ipse se erigens simul osculatur altare, & a celebrante complexus accipit pacem respōdens ei. Et cum spiritu tuo. Postea iterum sacro in altari adorato, uertit se ad Subdiaconū retro post celebrantem, qui similiter a Diacono accepta pace, facta prius altari genuflexione comitatus acolutho uadit ad chorum, & dat similiter pacem primo cuiusq; ordinis, dignioribus prius, deinde minus dignis: & reuersus ad altare, dat pacem acolutho: qui ipsum comitauerat, qui & aliis acoluthis circa altare dat pacem deinde uadit ad dextram celebrantis, & quando opus est, discooperit calicem, accipit ampullam uini, & infundit quādo celebrās uult purificare.

De cōione, & orationib. post cōione dicendis.

CElebrante purificato, dum calicem collocat in altari, liber missalis defertur per ministrum ad cornu Epistolæ, & collocatur, ut in Introitu.

¶ In missa solenni Diaconus defert librū missalis ad cornu Epistolę: postea uadit retro post celebrantem: Subdiaconus uero uadit ad cornu Euangelii, ubi calicem mundat, aptat cum purificatorio plicat corporalia, reponit in bursam, & illam ponit super calicem coopertum uelo quem collocat in altari, uel super credentia, ut prius: postea redit ad locum suum retro post Diaconum. His expeditis, celebrans stans legit Antiphonam, quæ dicitur Cōio: qua lecta, iunctis manibus ante pectus uadit ad medium altaris, & eo osculato uertit se ad populum, & dicit. Dominus uobiscum redit ad librum, dicit orationes post cōionem eisdē mō numero, & ordine, ut supradictæ sūt Collectę.

¶ Quibus dictis iungens manus ante pectus reuertitur ad medium altaris, & eo osculato uertit se ad populum, & dicit, ut su. Dominus vob. Quo dicto stans iunctis manibus ante pectus uersus populum dicit, si dicendum est, Ite missa est. Quo dicto per eandem uiam reuertitur ad altare. Si uero non sit dicendum, dicto Dominus uobiscum reuertitur eodem modo per eandem uiam ad medium Altaris: ubi stās uersus ad illud iunctis ante pectus manibus dicit, Benedicamus domino.

¶ In missis autem defunctorum eodē modo stans dicit. Requiescant in pace.

¶ In Missa solemni, hæc omnia eodem modo stans dicit Diaconus: & cum dicit. Ite missa est. Celebrans quoque stat uersus populum.

¶ In Quadragesima autem a Feria Quarta Cinerum, usq; ad Feriam quartam maioris Hebdomadæ in Feriali officio, postquā Celebrans dicit Orationes post Cōionem cum suis solitis conclusionibus, antequam dicat, Dominus uobiscum, stans in eodem loco ante librum dicit, Oremus, Humiliate capita vestra Deo: & extensis manibus subiungit eandem uoce Orationem super populum ibidem positam: qua finita osculatur Altare, & uertens se ad populū dicit. Dominus uobiscum, & alia ut supra.

¶ In Missa solēni dicto per Celebrantē, Oremus, Diaconus uertens se ad populum iunctis manibus dicit, ut supra, Humiliate, &c. quo dicto uertit se uersus Altare a tergo Celebrantis, & Celebrans dicit Orationem.

De

¶ De Benedictione in fine Missæ, & Euangelio Sancti Ioannis.

Dicto Ite missa est. vel, Benedicamus domino, vt supra Celebrans ante medium Altaris stans iunctis manibus super Altare, & capite inclinato, dicit secrete, Placeat tibi Sancta Trinitas, &c. quo dicto, extensis manibus hinc inde super Altare positis, ipsum in medio osculatur: tum erigens se adhuc stans uersus illud extendit, eleuat, & iungit manus, caputque Cruci inclinans, dicit voce intelligibili, Benedicat vos omnipotens Deus, & iunctis manibus, ac demissis ad terram oculis, vertens se ad populum, extensa manu dextra, iunctisq; digitis, semel benedicit populo, dicens, Pater & Filius, & Spiritus Sanctus & circulum perficiēs, reuertitur ad cornu Euangelii, vbi dicto. Dñs uobiscū ℟. Et cū spiritu tuo, pollice dextro signans primum signo Crucis Altare, seu librum: deinde frontem, os & pectus, dicit, Initium Sancti Euangelii secundum Ioannem, vel, Sequenti & sancti Euāgelii, vt dictum est in Rubricis generalibus. & post Resp. Gloria tibi domine, iunctis manibus legit Euangeliū, In principio, vel aliud, vt conuenit. Cum dicitur, Et verbum caro factum est, genuflectit, & surgens progreditur, ut prius vsq; ad finē.

¶ Si Celebrans in altari uertit faciem versus populum, non vertit se, sed stans, vt erat, benedicit populum, ut supra, in medio Altaris: deinde accedit ad cornu Euangelii, & dicit Euangelium Sancti Iohannis. Si celebrauit coram Summo Pontifice, Cardinale, Legato Sedis Apostolicæ Patriarcha, Archiepiscopo, & Episcopo in Prouincia. Ciuitate, vel Diœcesi sua existente, Celebrans dicto, Placeat tibi Sancta Trinitas &c. dicit: Benedicat vos omnipotēs Deus: & conuertens se ad summum Pontificē genuflexus, ad Cardinale vero Legatum, uel Prælatum suum, capite inclinato, quasi licentiam benedicendi petens, prosequitur, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, Benedicens astantes a parte, ubi non adest Pontifex, Cardinalis, Legatus, aut Prælatus prædicti.

¶ Si autem celebrauit coram Patriarcha, Archiepiscopo, vel Episcopo, extra eorum titulū Ecclesiam, Prouinciam, Ciuitatem, vel Diœcesim constitutis, eis absque alio respectu, vt cęreris, qui interfunt, more cōsueto benedicit.

¶ Si autem celebrauit pro defuncto, dicto; Placeat tibi Sancta Trinitas &c. vt supra accedit ad cornu Euangelii, & dicit Euangelium Sancti Iohannis prętermissa benedictione, quę in missis defunctorum non datur.

¶ Finito Euangelio in missæ si celebrauit coram Summo Pontifice Cardinale, Patriarcha, Archiepiscopo, vel Episcopo in eorum residentiis, Ecclesia, uel loco iurisdictionis eorum: conuertit se ad illum, coram quo ex præ dictis celebrauit, & facit reuerentiam conuenientem.

¶ Si non celebrauit coram aliquo prædictorum, huiusmodi reuerentiam prætermittit.

¶ Quibus omnibus absolutis, extinguūtur per ministrum candelæ: interim Sacerdos cooperto capite accipit sinistra calicem, dexteram po nens super bursam, ne cadat, descendit ad infimum gradum Altaris, & ibi in medio vertens se ad illud, caput inclinat: & facta reuerentia præcedente ministro eo modo quo uenerat, redit ad sacristiam, interim dicens Antiphonam. Trium puerorum. & canticum, benedicite. Si vero sit dimissurus huiusmodi vestes ante Altare, vbi celebrauit, finito Euangelio prædicto, ibidem deponit vestes, & dicit Antiphonam prædictam, Trium puerorum cum canti co, & aliis orationibus, ut suo loco ponuntur.

¶ In Missa solenni omnia facit ut supra, hoc excepto, quod ter populo benedicit, primo a cornu Epistolæ, dicens, Pater Secundo ante medium altaris dicens, Et filius Tertio a cornu Euangelii dicens, Et spiritus Sanctus Et dicto Euangelio secundum Ioannem, vel alio, ut supra, Celebrans discedit cum ministris ordine quo uenerat.

¶ De his quæ omittuntur in Missa pro defunctis

IN Missa pro defunctis ante Confessionem non dicitur Psalmus Iudica me Deus, pronunciata Antiphona, Introibo ad Altare Dei & responso a Ministris. Ad Deum qui lætificat &c. dicitur Vers. Adiutorium nostrum & confessio. cum reliq. vt supra.

¶ In missa solēni post confessionem non incensatur Altare. Cum Celebrans ad Altare incipit Introitum non signat se, sed manu dextera extensa facit signum Crucis super librum, quasi aliquem benedicens. Non dicitur Gloria

patri

Patri sed post Psalmum repetitur. Requiem æternam, nec Gloria in excelsis, nec Alleluia, nec Iube domne benedicere, nec Dominus sit in corde meo, nec osculatur librum in fine.

¶In missa solenni Subdiaconus finita Epistola non osculatur manum celebrantis, nec bene dicitur. Diaconus nō petit benedictionem, nec osculatur Celebrantis manum, non tenentur luminaria ad Euangelium, sed duo tantum Acoluthi sine candelabris tenent medium Subdiaconum, tenentem librum Euangeliorum. Non incensatur liber, nec in fine Celebrans: nec defertur liber Euangeliorum osculandus.

¶Item in Missa defunctorum nō dicitur, Credo non benedicitur aqua in Calicem fundenda, sed dicitur, Deus qui humanæ substan. &c.

In Missa solenni oblata, & altare incensantur, vt supra: incensatur solus Celebrans, & non incensantur alij, cū lauat manus, non dicit ver. Gloria patri in psalmo. Lauabo inter innocentes. Subdiaconus non tenet patenam post Celebrantem, sed tempore eleuationis Sacramenti incensat Sacramentum. Ad Agnus Dei, non dicitur, miserere nobis cuius loco dicitur, Dona eis requiem. nec tertio, dona nobis pacem cuius loco dicitur, dona eis requiem sempiternam, non dicitur prima Oratio, ante communionem, scilicet, Domine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis, &c. nec datur pax. In fine non dicitur, Ite missa est, nec Benedicamus domino, nec Requiescant in pace. Et non datur benedictio, sed dicto Placeat dicitur, vt supra. In principio erat verbum, &c. alia omnia, ut in aliis Misis.

¶ Finita Missa si facienda est Absolutio, Celebrans retrahit se ad cornu Epistolæ, ex vitur casula accipit pluuiale nigrum: Subdiaconus medius inter duos Acoluthos deferentes candelabra accensa, defert Crucem præcedentib. duobus aliis acoluthis, vno cum thuribulo, & nauicula: alio cum aqua benedicta: & aspersorio: sequitur Celebrans, & Diaconus a sinistris. Subdiaconus cum Cruce sistit se in loco parato ad caput contra Altare medius inter dictos Acoluthos deferentes luminaria: Celebrans vero ex alia parte versus Altare, a sinistris diaconus, & alii duo Acoluthi deferentes vas aquæ benedictæ, & thuribulum. Interim cantatur. Responsorium. Cum dicitur. Kyrie eleison. Celebrās ponit incensum in thuribulū, ministrante Diacono nauiculam: cœpto. Pr nr accipit aspersorium de manu Diaconi & facta Altari reuerentia, comitante Diacono a dextris, & tenente fimbriam anteriorem pluuialis, aspergit circuiens locum paratum: cum transit ante crucem, profunde inclinat, Diaconus vero genuflectit: Diaconi accipit thuribulum, & eodem modo quo & rediens ad pristinum locum, & de manu eiusdem aspersorat, incensat. Postremo Diacono tenente librum orat iunctis manibus, dicens, Et ne nos inducas &c. Ver. A porta inferi cum aliis: & Orationem, Absolue quæsumus Domine &c. ut in Ordinario: & post eam dicens Requiem æter &c. facit Crucem manu dextera super locum paratum: & dicto per Cātores. Requiescant in pace præcedente Cruce, redit cum aliis ad sacristiam.

¶ De his quæ clara uoce, aut secreto dicenda sunt in Missa.

IN Missa priuata clara voce dicuntur Antiphona & Psalmus ad Introitum, Confessio, quæ sequuntur, excepta Oratione, Auter a nobis, & Oramus te Domine per merita Sanctorum tuorum &c. Item Introitus Kyrie eleis. Gloria in excelsis, Epistola Graduale, Euangelium, Credo, Offertorij, Præfatio, Nobis quoque peccatoribus. solum hæc tria verba. Item Per omnia sæcula &c. cum Pater noster, Pax Domini Agnus Dei, Domine nō sum dignus: cętere secrete. Communio, Post communio. Ite missa est vel Benedicamus Domino, vel Requiescant Euangelium. In principio Alia omnia dicuntur secreto.

¶ In Missa solenni Clara voce a celebrante dicuntur, quādo intonatur. Gloria in excelsis & Credo Dominus vobiscum, Oremus, Oratio, Dominus vobiscum, Oremus ante Offertoriū. Pra fatio, Pater noster, Orat. postcommunionem, Alia omnia a celebrante dicuntur secreto in Missa solenni.

De hora Celebrandi Missam.

MIssa priuata saltem post Matutinum qua cunq; hora ab Aurora, vsque ad Meridiem dici potest Missa autem Conuentualis, & Solennis, sequenti ordine dici debet.

¶ In festis duplicibus, & semiduplicibus, in Dominicis, & infra Octauas, dicta in choro hora tertia.

¶In festis Simplicibus,& feriis, per annũ dicta sexta.

¶In Aduentu, Quadragesima, quatuor Temporibus, & Vigilius, quæ ieiunantur dicta Nona.

¶Missa autem defunctorum dici debet post Matutinum,& Primam diei:& vbi dicũtur eorum Vigiliæ mane post Matutinum diei dictis huiusmodi Vigiliis cum Laudibus immediate dici potest Missa pro defunctis. Excipiũtur ab hoc ordine dicendi Missam Conuẽtualem, Missæ in nocte Natiu. Domini, quę suo loco dicuntur: Missa, s. Conuentualis prima post mediam noctem: Secunda post Laudes & primam. Tertia post tertiam: uel ubi aliàs ex dispẽsatione Apostolica disponatur.

De ordine sedendi (stando), & genuflectendi in Missa solemni.

IN Missa solemni celebrans medius inter Diaconum,& Subdiaconum sedere potest a cornu Epistolæ iuxta Altare, cum cantatur Kyrie eleison, Gloria in excelsis, Credo alio tẽpore stat ad Altare,& genuflectit,quãdo oportet ut supra.

¶Item genuflectit quando legitur Euangeliũ. In principio ad illa uerba, & uerbum caro factum est. Quando Euangelium, Cum natus esset Ies⁹ ad illa uerba, & procidentes adorauerunt eum. Item Euãgelium Feriæ iiij. post Dominicam quartam Quadragesimæ, ad illa verba in fine, & procidens adorauit eum. Et cum Diaconus cantat illa uerba, ipse uersus librum, Celebrans & circunstãtes uersus Altare genuflectunt: Subdiaconus vero tenens librum, & Acoluthi candelabra, non genuflectunt. Item genuflectit celebrans priuate celebrans, cũ dicit, Flectamus genua nõ autem cum solemniter celebrat: sed Diaconus,& Subdiaconus, & circunstantes. Item celebrans & ministri genuflectunt, cum dicitur in Quadragesima, Aduiua nos Deus. Item, cum dicitur in Missa Spiritus sancti, Veni sancte spiritus, repl. &c. Item quando legitur Passio, ad illa uerba, expirauit. Et quandocunq; fiunt genuflexionis, ut supra, circunstantes autem in Missis priuatis semper genuflectunt, præterquam ad Euangelium.

¶In solemnibus autem genuflectitur ab iis, qui non sunt prælati ad Confessionẽ cum suo Psalmo: & ab omnibus quando eleuatur Sacramentum: sed dum cantatur Introitus, Gloria in excelsis, Epistola, Graduale, Credo, Offertorium & facta communione, dum cantatur Communio sedetur, in aliis statur.

¶In missis Feriarum A duen. Quadragesimæ, Vigiliarum, quæ ieiunantur, & quatuor Temporum, ac in missis defunctorum, circunstantes genuflectent ad Confession. cum suo Psalmo, ad Oratione, dicto per celebrantem Sanctus, vsque ad Pax Domini. & ad Post cõmunionem excepta Vigil. Paschæ,& Pentecost. ac Natiu. Domini.

De Coloribus,& qualitate Paramentorum.

PAramenta Altaris celebrãtis,& Ministrorum sint coloris conuenientis Officio, & Missæ diei: secundum vsum Romanæ Ecclesiæ: quæ quinq; coloribus vti cõsueuit, Albo, Rubeo, Viridi ulolaceo,& Nigro.

Albo colore vtitur.

1 A Vespe. vigiliæ Natiu. Domini, usque ad Oct. Epiph. inclusiue: excepto festis Martyrum quæ infra eam ueniunt.
2 In feria v. Cœnæ Domini.
3 In Sabbatho Sancto in Officio Missæ, & ab illo die usque ad Sabb. Pentecost. exclusiue.
4 In Officio de Tẽpore, præterquam in Missa Litaniarum,& Rogationum.
5 In festis B. Mariæ, & per eius Octauas præterquam in benedictione candelarum,& processione, quæ fit in Purificatione eiusdem.
6 In eiusdem uirginis Missis uotiuis.
7 In Missa Sanctæ Trinitatis.
8 In festo corporis Christi.
9 In festis Angelorum.
10 In festo Natiu. S. Ioan. Bapt.
11 In festo omnium Sanctorum.
12 In festo principali S. Ioannis Euang. quod est infra Octa. Natiu. Domini.
13 In utraque cathedra S. Petri.
14 In conuersione S. Pauli.
15 In festo S. Petri ad Vincula.
16 In festo Transfigurationis Domini.
17 In festis confess. Pontificum, & non Pontificum,& Doctorum.
18 In festis sanctarum Virginum & non virg.

In

19 In consecratione & dedicatione Eccleſię.
In Conſecratione Pontificis.
In Oct.prædictorum Feſtorum, quæ Octa.habent, quando fit Officiũ de Octa.
In Dominicis infra Oct.dictorum Feſtorum per annum occurrentibus.

Rubeo colore vtitur.

A Vigilia Pentecoſtes in Miſſa vſque ad ſabbathum ſequens incluſiue.
In feſto Decol.S.Ioan.Bapt.
In feſtis S.Crucis.
In feſto S.Ioannis ante portam Latinam.
In feſto ſanctorum Innocentium, quando in Dominica venit: ſimiliter & in eius die octaua.

In Natali Apoſt. excep. | Ioan.Euang. infra Octa. Natiuit. Domini. Conuerſionis Sancti Pauli. S. Petri, Cathedræ, & Vinculorum. feſto

In Feſtis Mart. excepto Feſto SS.Innocentiũ niſi in Dominica venerit.
In Octa.prædictorum Feſtorum,quæ Octauas habent,quando fit de Oct.
In Dominicis per annum infra eas Octa. occurrentibus.

Viridi colore vtitur.

Ab Octa. Epiphaniæ vſque ad Septuageſimã excluſiue in Officio de tempore.
Ab octaua Penteco.uſque ad Aduentum excluſiue in officio de Tempore.

Excepti. | Dominica Trinitatis. Dominicis infra Octauas occurrentibus, in quibus color Octauarũ ſeruatur. Vigilijs, & Quatuor Temporibus.

Violaceo colore vtitur.

A Dominica prima aduentus uſque ad Miſſam Vigiliæ Nat. Domini incluſiue.
A Septuageſima uſque ad Officium ante Miſſam in Vig. Paſchæ incluſiue in Officio de Tempore excepta. Feria v. in Cœna Domini, & Paraſceue, & Benedictione Cerei,in qua Diaconus illius Præfationẽ dicens ſolus vtitur Albo: ea autem finita,Violaceo,ut prius.
Officio Vig.Pentecoſt. ante Miſſam facta benedictione fontium incluſiue.
Quatuor Temporibus.
Vigiliis,quæ ieiunantur: exceptis Vigilia, & Quatuor Temporibus Pentec.
Miſſa Litaniarum,& Rogationum.
Feſto Sanctorum Innocentium quando non uenit in Dominica.
Benedictione candelarum, & in die Purificationis Beatæ Mariæ.
Benedictione Palmarum,& in ipſa Dominica in Palmis.
Generaliter in omnibus proceſsionibus:exceptis proceſsionibus ſancti Sacramenti, & quæ fient in ſolemnibus diebus.

Nigro colore vtitur.

¶ In Feria ſexta in Paraſceue, & in Miſſis defunctorum.
¶ In Officio Miſſæ celebrans ſemper utitur Planeta ſuper Albam.Si autem ſit Epiſcopus, & ſoléniter celebrat, ſuper Dalmatica & Tunicella.
¶ Pluuiali vtitur in proceſsionibus, & benedictionibus,quę fiunt in Altari. Item in Officio Laudum, & Veſperarum,quando ſolemniter dicuntur: eodem utitur aſsiſtens celebranti in Miſſa Pontificali. Item quando celebrans poſt Miſſam defunctorum facit in fine abſolutionem.
¶ Cum celebrans utitur pluuiali,ſemper deponit manipulum:& ubi pluuiale haberi non poteſt,in benedictionibus,quæ fiunt in altari,celebrans ſtat ſine Planeta cum Alba,& Stola.
¶ Dalmatica & Tunicella vtuntur Diaconus, & Subdiaconus in Miſſa ſoléni & proceſsionibus,& benedictionibus,quandocũque Sacerdoti miniſtrant.
¶ In diebus uero ieiuniorum præterquam in Vigiliis Sanctorum,& in Dominicis, & Feriis Aduen.& Quadrageſimæ,ac in Vigilia Pentecoſt.ante Miſsã,exceptis Dominica, Gaudete,etiam in eius Miſſa infra hebdomadam repetatur,Dominica Lætare,Vigilia Natiu.Sabbatho Sancto in benedictione Cerei,& in Miſſa, & Quatuor Temporibus Pentec.in Catedralibus,& præcipuis Eccleſiis vtuntur Planetis plicatis ante pectus: quam Planetam Diaconus dimittit cum lecturus eſt Euangelium, & tũc ſuper ſiniſtrum humerum,ſuper Stolam complicatur, aut ponitur aliud genus Stolę latioris in modum Planetæ plicatæ: & facta communic-

ne, resumit Planetam, ut prius. Similiter Subdiaconus dimittit eam cum lecturus est Epistolam, quam legit in Albis: & postea eā resumit, ut prius.

¶ In minoribus autem Ecclesiis prædictis diebus ieiunorum Alba tātum amicti ministrent: Subdiaconus cum manipulo. Diaconus etiam cum Stola ab humero sinistro sub dextrum pē dente.

DE DEFECTIBVS
In celebratione Missarum occurrentibus.

SAcerdos celebraturus, omnē adhibeat diligentiam, ne aliquid ex requisitis ad sacramentum eucharistiæ conficiendum desit. Potest autem defectus contingere ex parte formæ adhibendæ, & ex parte ministri conficientis. Quicquid enim horum deficit, s. materia debita, forma cum intentione, & ordo sacerdotalis in conficiente, non conficitur sacramentum. Et his existentibus, quibuscunq; aliis deficientibus, ueritas adest sacramenti. Alii vero sunt defectus, qui in missæ celebratione occurrentes, & si veritatem sacramenti nō impediant, possunt tamen aut cum peccato, aut cum scandalo contingere.

De defectibus materiæ.

DEfectus ex parte materiæ possunt cōtingere, si aliquid desit ex iis, quæ ad ipsam requiruntur. Requiruntur. n. ut sit panis triticeus, & vinum de uite: & ut huiusmodi materia consecranda in actu consecrationis sit corā sacerdote.

De defectu panis.

SI panis non sit triticeus, uel si triticeus sit admixtus, granis alterius generis in tanta quantitate, ut non maneat panis triticeus, uel sit alioqui corruptus: non conficitur sacramentū. Si sit confectus de aqua rosacea, uel alterius distillationis, dubium est, an conficiatur. Si cepe rit corrumpi, sed non sit corruptus: similiter si non sit azymus secundum ordinem ecclesiæ latinæ, cōficitur: sed cōficiens grauiter peccat.

¶ Si celebrans ante consecrationem aduertit hostiam esse corruptam, aut non esse triticeam remota illa hostia aliam ponat, & canonem iterum incipiat: & prosequatur missam. Si id aduerterit post consecrationem, ēt post illius hostiæ, seu sanguinis sumptionem posita alia a cō secratione incipiatur, s. ab illis uerbis Qui pridie quam pateretur, & illam priorem si nō sumpsit, sumat post sumptionem corporis, & sanguinis, vel alii sumendam tradet, uel alicubi reuerenter conseruet. Si autem sumpserat, nihilo minus sumat eam, quam consecrauit: quia præceptum de perfectione sacramenti maioris est ponderis, quam ꝙ a ieiunis sumatur. Aduertendum autem, ꝙ si hoc contingat post sumptionem sanguinis, apponi dēt rursus nouus panis, & uinū cum aqua facta prius oblatione, & ꝓsequenda omnia, quæ sequuntur: ne sacrm remaneat imperfectū, & ut debitus seruet ordo.

¶ Si Hostia consecrata dispareat, uel casu aliquo ut vento aut miraculo, uel a mure accepta, vel alio animali & nequeat reperiri: tunc altera consecretur (ab eo loco incipiēdo, Qui pridie quam pateretur facta eius prius oblatione) & illud animal si capi potest, occidatur, & cōburatur, & cineres ponantur in sacrarium, uel sub altari.

De defectu Vini.

SI vinum sit factum penitus acetum, uel penitus putridum, uel de uuis acerbis, seu nō maturis expressum, uel admixtum tantū aquæ, ut uinum sit corruptum: non conficitur Sacramentum.

¶ Si uinum cęperit acescere, uel corrumpi, uel fuerit aliquantulum aere uel mustum, tunc de uuis expressum, uel non fuerit admixta aqua, uel fuerit admixta aqua rosacea, seu alterius distillationis: conficitur sacramentum, sed conficiens grauiter peccat.

¶ Si celebrans ante consecrationem sanguinis, quamuis post cōsecrationem corporis aduertat aut uinum, aut aquam, aut utrunque nō esse in calice: debet statim apponere uinum cū aqua, & consecrare, incipiendo ab illis uerbis: Simili modo, &c. Si post uerba consecrationis aduertat uinum non fuisse positum, sed aquam: deposita aqua, iterum vinum cum aqua ponat in calice, & resumat a uerbis prædictis. Si hoc aduertat post sumptionem

cor-

corporis, uel huiusmodi aquæ apponat aliam hostiam iterum consecrãdam,& uinũ in Calice: & vtrunq; consecret,& sumat in fine, quãuis aliam hostiam consecratam, vel aquã sumpserit: propter sacramenti integritatem in celebratione seruandam.

¶Si quis percipiat ante consecrationem, vel post consecrationem, totum vinum esse acetum,vel aliàs corruptum:idem seruetur, quod supra ac si deprehenderet non esse positum vinum,vel solam aquam fuisse appositam in Calice. Si autem celebrans ante consecrationem calicis aduertat non fuisse appositam aquam: statim ponat eam, & proferat verba consecrationis. Si id aduertat post consecrationem calicis nullo modo apponat, quia non est de necessitate sacramenti.

¶ Si materia, quæ esset apponenda ratione defectus,vel panis,vel vini,non posset ullo modo haberi:si id sit ante consecrationem corporis, ulterius procedi non debet:si post consecrationem corporis aut etiam uini, deprehenditur defectus alterius speciei, altera iam consecrata:tunc si nullo modo haberi possit, procedendum erit, & missa absoluenda. Quod si expectando aliquandiu haberi possit, expectandum erit, ne imperfectum sacrificium remaneat.

De defectibus Formæ.

DEfectus ex parte formæ possunt contingere,si aliquid desit ex ijs, quæ ad integritatem verborum in ipsa consecratione requiruntur. Verba autem consecrationis, quæ sunt forma huius sacramenti,sunt hæc.

Hoc est enim corpus meum. Et, Hic est enim calix sanguinis mei,noui, & æterni testamenti,mysterium fidei,qui pro uobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

Si quis autem aliquid diminueret,vel immutaret de forma cõsecrationis corporis & sanguinis,& in ipsa verborũ immutatione, verba idẽ non significarent:non conficeret sacramentũ. Si quis aliquis adderet, quòd significationẽ nõ mutaret cõficeret quidem, sed grauissime peccaret.

¶ Si celebrans non recordetur se dixisse ea, q̃ in consecratione communiter dicuntur: non debet propterea turbari.Si tamen certo ei, vel valde probabiliter constet, se omisisse aliquid eorum, quæ sunt de necessitate sacramenti: id est formam consecrationis: resumat ipsam formam, & cætera prosequatur per ordinem. Si autem non sunt de necessitate sacramenti: non resumat,sed procedat vlterius.

De defectibus ministri.

DEfectus ex parte ministri, põssunt contingere,quo ad ea,quæ in ipso requiruntur.Hæc autem sunt:in primis intentio, deinde dispositio animæ,dispositio corporalis, dispositio uestimentorum,dispositio in ministerio ipso,quo ad ea, quæ in ipso possunt occurrere.

De defectu intentionis.

SI quis non intendit conficere, sed deluso-rie aliquid agere.

¶ Item si aliquæ hostiæ ex obliuione remaneant in altari, vel aliqua pars uini, uel aliqua hostia lateat,cum non intendat consecrare nisi quas videt.

¶ Item si quis habeat coram se vndecim hostias,& intendat consecrare solum decem,non determinans quas decem intendit: non consecrat,quia requiritur intentio. Secus si putans quidem esse decem,tamen omnes voluit consecrare quas coram se habebat:nam tunc omnes erunt consecratæ:atque ideo quilibet sacerdos talem semper intentionem habere deberet, scilicet consecrandi eas omnes,quas ante se ad cõsecrandum positas habet.

¶ Si sacerdos putans se tenere vnam hostiam post consecrationem inuenerit fuisse duas simul iunctas in sumptione sumat simul vtranque.Quod si comprehendat post sumptionem corporis & sanguinis,aut etiam post ablutionẽ reliquias aliquas relictas cõsecratas, eas sumat, siue paruæ sint, siue magnæ quia ad idem sacrificium spectant.

¶ Si uero relicta sit hostia integra consecrata, eam in tabernaculo cum alijs reponat: si hoc fieri nequit,sequenti sacerdoti ibi.celebraturo in altari supra corporalia decenter opertam sumendam una cum altera, quam est consecraturus,relinquat: vel si neutrum horum fieri possit,in ipso calice, seu patena decenter seruet, quousque vel in tabernaculo reponatur, vel ab altero sumatur, quòd si non habeat quo modo honeste cõseruetur, potest eam ipsemet sumere.

¶Si intentio non sit actualis in ipsa consecratione propter euagationem mentis, sed virtualis, cum accedens ad altare intẽdat facere quod facit ecclesia: conficitur sacramentum: etsi curare debet sacerdos, ut etiam actualem intentionem adhibeat.

De defectibus dispositionis animæ.

SI quis suspensus excõmunicatus, & degradatus celebret: conficit quidem sacramentum, sed grauissime peccat, tam propter communionem, quam indigne sumit, quã propter executionem ordinum, quæ sibi erat interdicta.

¶Si quis habens copiam confessoris celebret in peccato mortali grauiter peccat.

¶Si quis autem in casu necessitatis non habẽs copiam confessoris in peccato mortali absque contritione celebret: grauiter peccat. Secus si conteratur: debet tamen, cum primum poterit, confiteri. Si in ipsa celebratione missæ sacerdos recordetur se esse in peccato mortali, conteratur cum proposito confitendi, & satisfaciẽdi. Si recordetur se esse excommunicatum, uel suspensum, aut locum esse interdictum: similiter conteratur, cum proposito petendi absolutionem: ante consecrationem autem, si non timetur scãdalum, debet missam incœptam deserere, secus si esset publicè excommunicatus.

De defectibus dispositionis corporis.

SI quis non est ieiunus post mediam noctẽ etiam post sumptionem solius aquæ, vel alterius potus, aut cibi, per modum etiam medicinę, & in quantacunque parua quantitate: non potest communicare, nec celebrare.

¶Si autem ante mediam noctem cibum, aut potum sumpserit, etiam si post modũ non dormierit, nec si digestus, non peccat, sed ob perturbationem mentis, ex qua deuotio tollitur, consulitur aliquando abstinendum.

¶Si reliquiæ cibi remanentes in ore transglutiantur, non impediunt communionem, cum non transglutiantur per modum cibi, sed per modum saliuæ. Idem dicendum, si lauando os, deglutiantur stillæ aquæ præter intentionem.

¶Si plures missas in una die celebret, ut in nocte Nati, in vltima tantum missa percipiat purificationem.

¶Si præcesserit pollutio nocturna, quę causata fuerit ex præcedẽti cogitatione, quæ sit peccatum mortale, uel euenerit propter nimiam crapulam abstinendum est a communione, & celebratione. Si dubium est, an in præcedẽti cogitatione fuerit peccatum mortale, consulitur abstinendum, extra tamen casum necessitatis. Si autem certum est non fuisse in illa cogitatione peccatum mortale, uel nullam fuisse cogitationẽ, sed euenisse ex naturali causa, aut ex diabolica illusione: potest communicare, & celebrare, nisi ex illa corporis commotione tanta euenerit perturbatio mentis, vt abstinendum videatur.

De defectib. in ministerio ipso occurrentibus.

POssunt etiam defectus occurrere in ministerio ipso, si aliquid ex requisitis ad illud desit: ut si non celebretur in loco sacro, vel deputato ab episcopo, nec in altari consecrato: nec tribus mappis cooperto. Si nõ adsint luminaria cerea. Si non sit tempus debitũ celebrandi, quòd est ab aurora vsque ad meridiem cõmuniter: Si celebrans saltem matutinum cum laudibus nõ dixerit. Si omittat aliquid ex vestibus sacerdotalibus. Si uestes sacerdotales, & mappæ non sint ab episcopo, vel ab alio hanc habente potestatem benedictæ. Si nõ adsit clericus, vel alius deseruiens in missa: uel adsit qui deseruire non debet, ut mulier. Si non adsit calix cum patena conuenions, cuius cuppa debet esse aurea, vel argentea, vel stannea: non ærea, vel vitrea, Si corporalia non sint mũda, quę debent esse ex lino, nec serico in medio ornata. & ab episcopo, vel ab alio hanc habente potestatem benedicta. Si celebrat capite cooperto sine dispensatione, Si non adsit missale licet memoriter sciret missam, quam intendit dicere.

¶Si sacerdote celebrãte uioletur ecclesia ante canonem, dimittatur missa. Si post canonem non dimittatur.

¶Si sacerdos ante cõsecrationem grauiter infirmetur: vel in syncopem inciderit, aut moriatur: prætermittitur missa. Si post consecrationem corporis tantum ante cõsecrationem sanguinis: vel utroque consecrato, id accidit: missa per alium sacerdotem expleatur ab eo loco ubi ille desiit. Si autem non obierit, sed fuerit infirmus adeo, vt possit communicari: & non adsit alia Hostia consecrata: diuidat Hostiam, & vnam partem prębeat infirmo, aliam ipse sumat. Si autẽ semiprolata forma corporis obijt

sacer-

sacerdos, aut semiprolata forma sanguinis: tũc alter similiter prosequatur missam, & super eãdem Hostiam, seu eundem calicem repetat integram formam, ab eo loco (qui pridie quam pateretur,) & in sanguine ab eo loco (similiter postquam cœnauit,) uel posset super alium panem, & in calice similiter cũ forma calicis defi cit super alium calicem præparatum, integram formam proferre, & Hostiam primi sacerdotis inter reliquias seruare, uel eam sumere post oblationem sanguinis, si constat quod non fit consecrata: in dubio vero, tutius est accipere post sumptionem: & idem de calice relicto semiconsecrato. Si quis extra huiusmodi casus necessitatis integra sacramenta non sumpserit, grauissime peccat.

¶ Si musca, vel aranea, uel aliquid aliud ceciderit in Calice ante consecrationem: proiiciat uinum subtus altare, & aliud ponat in Calice, misceat parum aquæ: offerat, & prosequatur missam. Si post consecrationem ceciderit musca, aut aliquid eiusmodi, & fiat nausea sacerdoti: extrahat eam, & lauet cum vino: finita missa cõburat: & combustio, ac lotio huiusmodi in sacrarium proiiciatur. Si autem non fuerit ei nausea, nec ullum periculum timeat, sumat cũ sanguine.

¶ Si aliquod venenosum ceciderit in Calice, uel quod prouocaret vomitum: vinum consecratum reponendum est in alio Calice, & aliud vinum cum aqua apponendum denuo consecrandum: & finita missa sanguis repositus in pĩno lineo, vel stuppa tandiu seruetur, donec species vini fuerint deficcatæ: & tunc cõburatur, & cõbustio in sacrario proijciatur. Si aliquod uenenatum contingerit Hostiam cõsecratam, tunc alteram consecret, & sumat modo quo dictũ est: & illa seruetur in tabernaculo loco seperato, & animal captum occidatur, & comburatur, ut supra dictum est. Si sumendo sanguinem, particula remanserit in Calice, digito ad labium Calicis adducat, & sumat ante purificationem, uel infundat uinum, & sumat.

¶ Si Hostia ante consecrationem inueniatur fracta, nisi populo euidenter appareat, talis Hostia consecretur. Si autem scandalũ populo esse posit alia accipiatur, & offeratur: quod si illius Hostiæ iam erat facta oblatio, eã post ablutionem sumat, Quod si ante oblationem Hostia appareat confracta, accipiatur altera integra, si citra scandalum, aut longam moram fieri poterit.

¶ Si propter frigus, uel negligentiam Hostia consecrata dilabatur in Calicem propterea nihil est reiterandum, sed sacerdos missam prosequatur.

¶ Si in hyeme sanguis congeletur in Calice, inuoluatur calix pannis calefactis: si id nõ proficeret, ponatur in feruenti aqua, dummodo in Calicem non intret, donec liquescat.

¶ Si per negligentiam aliquid de sanguine Christi ceciderit, si quidem super tabulam, lingua lambat, & pars illa tabulæ radatur quantum satis est. Item si non fuerit tabula locus ipse radatur, & cõburatur: cinis vero iuxta altare recondatur. Si vero super lapidem altaris ceciderit sorbeat sacerdos stillam, & locus bene abluatur, & ablutio in sacrarium proijciatur: Si super linteum altaris, & ad aliud linteum stilla peruenerit, & si vsque ad tertium: linteamina ter abluantur vbi stilla ceciderit, Calice suppo sito, & aqua ablutionis in sacrarium proijciatur: & pars illa lintei siue pallæ, post ablutionẽ abscindatur, & comburatur, & cinis in sacrario condatur. Quod si in ipso solum corporali aut si in uestibus ipsis sacerdotalibus ceciderit: satis erit ablui, & ablutio in sacrarium proijcia tur. Si in substrato pedibus panno, vel tapeto: & ablui oportebit, & partem abscindi, & com buri, & cineres similiter in sacrarium immitti. At si contingat totum sanguinem post consecrationem effundi, si quidem aliquid, uel parũ remansit illud sumatur, & de effuso reliquo sanguine fiat, ut dictum est. Si uero nihil omnino remanslt, ponat iterum uinum, & aquam, & cõsecret ab eo loco. similiter postquam cenauit: facta prius tamen Calicis oblatione.

¶ Si sacerdos euomat Eucharistiam si species integræ appareant reuerenter sumantur, nisi nausea fiat: tunc enim species consecratæ cautæ seperentur, & in aliquo loco sacro reponantur. Quod si species non appareant, comburãt vomitus & cineres in sacrarium proijciantur.

¶ Si Hostia consecrata, uel aliqua eius particula dilabatur in terram: reuerenter accipiatur, & locus ubi cecidit mundetur, & aliquantulum abradatur, & puluis seu abrasio huiusmodi in sacrarium proiiciatur. Si ceciderit extra corporale

porale in mappam, seu alio quouis modo in aliquod linteum, mappa vel linteum huiusmodi diligenter lauetur, & lotio ipsa in sacrarium effundatur.

¶ Possunt etiam defectus in ministerio ipso occurrere, si sacerdos ignoret ritus & cerimonias ipsas in eo seruandas, de quibus omnibus in superioribus rubricis copiosè dictum est.

PRÆPARATIO AD Missam pro opportunitate Sacerdotis facienda.

Ad Ecclesiæ ingressum ante altare genuflexus orans dicit.

INtroibo in domum tuam in holocaustis: reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea. Antiphona.

NE reminiscaris domine, delicta nostra, vel parentum nostrorum: neque vindictam sumas de peccatis nostris. Quæ Antiphona in duplicibus tantùm duplicatur. Deinde dicuntur sequentes Psalmi.

Psalmus 83.

QVam dilecta tabernacula tua dñe virtutum: concupiscit & deficit anima mea in atria domini.

Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.

Etenim passer inuenit sibi domum: & turtur nidum vbi reponat pullos suos.

Altaria tua domine virtutum: rex meus, & Deus meus.

Beati qui ambulant in domo tua domine: in sæcula sæculorum laudabunt te.

Beatus vir cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo dispposuit ī valle lachrymarum in loco quem posuit.

Etenim benedictionem dabit legislator, ibūt de virtute in virtutem: videbitur Deus Deorū in Sion.

Domine Deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe Deus Iacob.

Protector noster aspice Deus: & respice in faciem Christi tui.

Quia melior est dies vna in atrijs tuis: super millia.

Elegi abiectus esse in domo Dei mei: magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam & veritatē diligit Deus, gratiam & gloriam dabit dominus.

Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia: Domine virtutum, beatus homo qui sperat in te.

Gloria patri, & filio. Psalmus 84.

BEnedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob.

Remisisti iniquitatem plebis tuæ: operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam: auertisti ab ira indignationis tuæ.

Conuerte nos Deus salutaris noster: & auerte iram tuam à nobis.

Nunquid in æternum irascēris nobis: aut extēdes iram tuam à generatione nē?

Deus tu conuersus viuificabis nos: & plebs tua lætabitur in te.

Ostende nobis domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam:

Et super sanctos suos: & in eos qui conuertuntur ad cor.

Veruntamen prope timentes eum salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra.

Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax osculatæ sunt.

Veritas de terra orta est: & iustitia de cœlo prospexit.

Etenim dominus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum.

Iustitia ante eum ambulabit: & ponet in via gressus suos.

Gloria patri & filio. Psalmus 85.

INclina Domine aurem tuā, & exaudi me: quoniam inops & pauper sum ego.

Custodi animam meam, quoniā sanctus sum: saluum fac seruum tuum Deus meus sperantem in te.

Miserere mei domine, quoniam ad te clamaui tota die: lætifica animam serui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuaui.

Quoniam tu domine suauis & mitis: & multæ misericordiæ omnibus inuocantibus te.

Auribus percipe orationem meam: & intende voci orationis meæ.

In die tribulationis meæ clamaui ad te: quia

exau-

exaudisti me.

Non est similis tui in dijs domine: & nō est secundum opera tua.

Omnes gentes quascunque fecisti, venient, & adorabunt coram te domine: & glorificabunt nomen tuum.

Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus.

Deduc me domine in via tua, & ingrediar in ueritate tua: lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum.

Cōfitebor tibi domine Deus meus in toto corde meo: & glorificabo nomen tuū in æternū.

Quia misericordia tua magna est super me: & eruisti animam meam ex inferno inferiori.

Deus, iniqui insurrexerunt super me: & synagoga potentium quæsierunt animam meam, & non proposuerunt te in conspectu suo.

Et tu domine Deus miserator, & misericors patiens, & multæ misericordiæ, & verax.

Respice in me, & miserere mei da imperium tuum puero tuo: & saluum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum, vt videant qui oderunt me, & confundantur: quoniam tu domine adiuuisti me, & cōsolatus es me.

Gloria patri. Psalmus 115.

CRedidi, propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo: omnis homo mēdax.

Quid retribuam domino, pro omnibus quæ retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam: & nomē domini inuocabo.

Vota mea domino reddam coram omni populo eius: pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius.

Odne quia ego seruus tuus: ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ.

Dirupisti uincula mea, tibi sacrificabo Hostiā laudis: & nomen domini inuocabo.

Vota mea domino reddam in conspectu omnis populi eius: in atriis domus domini, in medio tui Ierusalem. Gloria patri. Psalmus 129.

DE profundis clamaui ad te domine: dne exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in uocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obseruaueris domine: dne quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te domine.

Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in domino.

A custodia matutina vsque ad noctem: speret Israel in domino.

Quia apud dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus eius.

Gloria patri. Deinde repetitur. Antiphona.

Ne reminiscaris domine delicta nostra, vel parentum nostrorum: neque vindictam sumas de peccatis nostris. Deinde sacerdos dicit. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Vers. Et ne nos inducas in tētationem. Respō. Sed libera nos a malo. Vers. Ego dixi, domine, miserere mei. Respon. Sana animam meam quia peccaui tibi. Vers. Conuertere domine aliquantulum. Resp. Et deprecare super seruos tuos. Vers. Fiat misericordia tua domine super nos. Resp. Quemadmodum speramus in te. Vers. Sacerdotes tui induantur iustitiam. Resp. Et sancti tui exultent. Vers. Ab occultis meis munda me domine. Resp. Et ab alienis parce seruo tuo. Vers. Domine exaudi orationem meam. Respons. Et clamor meus. Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo. Oremus.

AVres tuæ pietatis, mitissimè Deus, inclina precibus nostris, & gratia sancti spiritus illumina cor nostrum: ut tuis mysterijs digne ministrare, teque æterna charitate diligere mereamur.

DEus, cui omne cor patet, & omnis uoluntas loquitur, & quem nullum latet secretum: purifica per infusionem sancti Spiritus cogitationes cordis nostri: ut te perfectè diligere & digne laudare mereamur.

VRe igne sancti Spiritus renes nostros, & cor nostrum domine: ut tibi casto corpore seruiamus, & mundo corde placeamus.

MEntes nostras q̄sumus dne, paraclitus, qui a te procedit, illuminet: & inducat in omnem, sicut tuus promisit filius, veritatem.

ADsit nobis, quæsumus, dne, virtus spiritus Sancti, quę & corda nostra clemēter expurget, & ab omnibus tueatur aduersis.

Deus,

DEus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

COnscientias nostras quæsumus domine, visitando purifica: ut ueniēs dominus noster Iesus Christus, filius tuus, paratam sibi in nobis inueniat mansionem. Qui tecum uiuit, & regnat, in vnitate spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sęculorum. Amen.

CAlcea me, domine, caligas iucunditatis, & corrobora genua meæ debilitatis, ut indefessus ualeam per semitam mandatorum tuorum ad te peruenire.

Alia oratio.

CAlcia, domine, pedes meos in præparationem Euangelii pacis: & protege me in velamento alarum tuarum.

Deinde dicit Pontifex.

EXue me, Domine, ueterem hominē, cum moribus, & actibus suis: & indue me nouum hominem, qui secundùm Deum creatus est.

SEQVVNTVR ORATIONES cum & Pontifex, & Sacerdos induitur sacris paramentis.

Cum lauat manus.

DA domine, virtutem manibus meis ad abstergendum omnem maculam: ut sine pollutione mentis, & corporis valeam tibi seruire.

Ad Amictum.

IMpone, domine, capiti meo galeam salutis, ad expugnandos diabolicos incursus.

Ad Album.

DEalba me, domine, & munda cor meum vt in sanguine agni dealbatus, gaudiis perfruar sempiternis.

Ad Cingulum.

PRæcinge me, domine, cingulo puritatis: & extingue in lumbis meis humorem libidinis: vt maneat in me uirtus continentiæ, & castitatis.

Ad Crucem.

MVnire digneris me, domine Iesu Christe ab omnibus insidijs inimicorum oīum, signo sanctissimæ Crucis tuæ: ac concedere dignēris mihi indigno seruo tuo: ut sicut hanc Crucem sanctorum tuorum reliquiis refertā ante pectus meum teneo: sic semper mente retineam, & memoriam passionis, & sanctorum victorias Martyrum.

Ad Manipulum.

MErear, domine portare manipulum fletus, & doloris, vt cum exultatione recipiam mercedem laboris.

Ad Stolam.

REdde mihi domine, stolam immortalitatis, quam perdidi in præuaricatione primi parentis: & quamuis indignus accedo ad tuum sacrum mysterium merear tamen gaudium sempiternum.

Ad Tunicellam.

TVnica iucunditatis, & indumento lætitiæ induat me Dominus.

Ad Dalmaticam.

INdue me domine indumento salutis, & uestimento lætitiæ: & dalmatica iustitiæ circundā me semper.

Ad Chirothecas.

CIrcunda, domine, manus meas munditia noui hominis, qui de cœlo descendit, ut quemadmodum Iacob dilectus tuus, pelliculis hædorum opertis manibus, paternam benedictionem, oblato patri cibo potuq; gratissimo impetrauit: sic & oblata per manus nostras salutari hostia, gratiæ tuæ benedictionē merear.

Ad Planetam seu Caluiam.

DOmine, qui dixisti: Iugum meum suaue est, & onus meum leue: fac, vt istud portare sic valeam, quod cōsequar tuam gratiam. Amen.

Ad Mitram.

MItram domine, & salutis galeam impone capiti meo, vt contra antiqui hostis, omniumq; inimicorum meorum insidias inoffensus euadam.

Ad Annulum cordis.

COrdis, & corporis mei domine digitos virtute decora, & septiformis spiritus sanctificatione circunda.

Ad Manipulum.

MErear, domine, portare manipulum fletus, & doloris: vt cum exultatione inci piam mercedem laboris.

GRA-

GRATIARVM ACTIO poſt Miſſam.

Antiphona. Trium puerorum cantemus hymnum: quem cantabant ſancti in camino ignis benedicentes dominum.

Quæ Antiphona in duplicibus tantum duplicatur.

Canticum trium puerorum.

BEnedicite omnia opera domini domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.

Benedicite Angeli domini domino: benedicite cęli domino.

Benedicite aquæ omnes, quæ ſuper cœlos ſunt domino: benedicite omnes uirtutes domini domino.

Benedicite Sol, & Luna domino: benedicite ſtellę cęli Domino.

Benedicite imber, & ros domino: benedicite omnes ſpiritus Dei domino.

Benedicite ignis, & æſtus domino: benedicite frigus & æſtas domino.

Benedicite rores, & pruina domino: benedicite gelu & frigus domino.

Benedicite glacies, & niues domino: benedicite noctes, & dies domino.

Benedicite lux, & tenebræ domino: benedicite fulgura, & nubes domino.

Benedicat terra dominum: laudet & ſuperexaltet eum in ſæcula.

Benedicite montes, & colles domino: benedicite vniuerſa germinantia in terra domino.

Benedicite fontes domino: benedicite maria, & flumina domino.

Benedicite cete, & omnia quæ mouentur in aquis, domino: benedicite omnes uolucres cœli domino.

Benedicite omnes beſtiæ, & pecora domino: benedicite filii hominum domino.

Benedicat Iſrael dominũ: laudet & ſuperexaltet eum in ſæcula.

Benedicite ſacerdotes domini domino: benedicite ſerui domini domino.

Benedicite ſpiritus, & animæ iuſtorum domino: benedicite ſancti, & humiles corde domino.

Benedicite Anania, Azaria Miſael domino, laudate, & ſuperexaltate eum in ſæcula.

Benedicamus Patrem, & Filium cum ſancto ſpiritu: laudemus, & ſuperexaltemus eum in ſæcula.

Benedictus es domine in firmamento cœli: & laudabilis & glorioſus, & ſuperexaltatus in ſæcula.

Pſalmus 150.

LAudate dominum in ſanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in ſono tubæ: laudate eũ in pſalterio, & cithara.

Laudate eum in tympano, & choro: laudate eum in chordis & organo.

Laudate eum in cymbalis beneſonantibus laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis ſpiritus laudet dominum.

Gloria pat. Deinde repetitur Antiphona. Trium puerorum cantemus hymnum quem cantabant ſancti in camino ignis benedicentes dominum. Deinde Sacerdos dicit. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Verſ. Et ne nos inducas in tentationem. Reſp. Sed libera nos a malo. Verſ. Confiteãtur tibi domine omnia opera tua. Reſp. Et ſancti tui benedicant tibi. Verſ. Exultabunt ſancti in gloria. Reſp. Lætabuntur in cubilibus ſuis. Verſ. Non nobis domine, nõ nobis. Reſp. Sed nomini tuo da gloriam. Verſ. Domine exaudi orationem meam. Reſponſoriũ. Et clamor meus ad te veniat. Verſ. Dominus uobiſcum. Reſponſor. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium, concede propitius: ut nos famulos tuos non exurat flamma uitiorum.

ACtiones noſtras, quæſumus domine aſpirando præueni, & adiuuando proſequere: vt cuncta noſtra oratio, & operatio a te ſemper incipiat, & per te cœpta finiatur.

DA nobis, quæſumus domine, vitiorum noſtrorum flammas extinguere: qui beato Laurentio martyri tuo, tribuiſti tormentorum ſuorum incendia ſuperare. Per Chriſtum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filiũ tuũ. Qui tecũ uiuit, & regnat in unitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum.

Amen.

ALIAE ORATIONES

Pro opportunitate ſacerdotis ante celebrationem, & communionem dicendæ.

S. Ambroſiij Mediolanenſis epiſcopi præcatio prima præparans ad Miſſam.

SVmme ſacerdos, & vere pōtifex Ieſu Chriſte, qui te obtuliſti Deo patri hoſtiam puram, & immaculatam in ara crucis pro nobis miſeris peccatoribus, quique dediſti nobis carnem tuam ad manducandum: & ſanguinē tuū ad bibendum: & poſuiſti myſterium iſtud in virtute ſpiritus ſancti tui dicens, hæc quotieſcunque feceritis, in mei memoriam facietis. Rogo te per ſanguinem tuum pretioſum magnum ſalutis noſtræ pretium. Rogo per hanc miram & ineffabilem charitatē tuam, qua nos miſeros, & indignos ſic amare dignatus es: vt lauares nos a peccatis noſtris in ſanguine tuo. Doce me ſeruum tuum indignum, quem inter cætera dona tua ad officium ſacerdotale vocare dignatus es nullis meis meritis, ſed ſola dignatione miſericordiæ tuæ. Doce me quæſo per ſpiritum ſanctum tuum tantum myſteriū tractare, ea reuerentia & honore, eaque deuotione & timore: quibus oportet & decet. Fac me domine Ieſu Chriſte, per gratiam tuā ſemper illud de tāto myſterio credere, & intelligere, ſentire, & firmiter retinere, dicere, & cogitare, quod tibi placet & expedit animæ meæ. Intret ſpiritus tuus bonus in cor meum, qui ſonet ibi ſine ſono, & ſine ſtrepitu verborum: & loquatur omnem veritatem tantorum myſteriorum. Profunda quippe ſunt nimis: & ſacro tecta velamine. Propter magnam clementiā tuā Deus concede mihi hodie, & ſemper miſſarū ſolennia, puro corde, & pura mente celebrare. Libera cor meum ab immundis nefandis, vanis & noxijs cogitationibus. Muni me beatorū angelorum pia & fida tutela, atque fortiſsima cuſtodia: vt hoſtes omnium bonorum confuſi diſcedant, per virtutem tanti myſterii: & per manum ſancti angeli tui: Repelle a me domine Ieſu Chriſte, & a cunctis ſeruis tuis duriſsimū ſpiritum ſuperbiæ, & cenodoxiæ: inuidiæ, iracundiæ, fornicationis, & immunditiæ, dubietatis, & blaſphemiæ. Confundantur qui me perſequuntur: pereant illi qui perdere cuncta feſtinant.

Rex virtutum amator caſtitatis, & integritatis omnipotens Deus, cœleſti rore benedictionis tuæ, extingue in me, & in corpore meo totū fomitem ardentis libidinis: vt maneat in me feruor totius caſtitatis animæ, & corporis. Mortifica in membris meis carnis ſtimulos, omnesq; libidinis commotiones, & da mihi perpetuam caſtitatem cum cæteris bonis tuis, quæ tibi placent in veritate: vt ſacrificium laudis caſto corpore, & mundo corde valeam tibi offerre. Quā ta enim domine Ieſu Chriſte cordis contritione, & lachrymarum fonte: quanta reuerentia, & tremore: quāta corporis caſtitate, & animæ puritate: iſtud diuinum, & cœleſte ſacrificium eſt celebrandum, vbi caro tua in veritate ſumitur, vbi ſanguis tuꝰ in veritate bibitur: vbi ſummis ima coniunguntur: vbi adeſt præſentia ſanctorum angelorum: vbi tu es ſacerdos, & ſacrificium mirabiliter, & ineffabiliter conſtitutus. Quis digne hoc celebrare poterit niſi tu Deus omnipotens offerentem feceris dignum? Scio, & vere ſcio, & ipſum pietati tuæ confiteor, qa non ſum dignus accedere ad tantum myſteriū propter nimia peccata mea, & infinitas negligentias meas. Sed ſcio veraciter & credo ex toto corde, & ore confiteor, quia potes me facere dignum, qui ſolus potes facere mundum de immundo conceptus ſemine: & de peccatoribus iuſtos facis, & ſanctos.

Per hanc omnipotentiam tuam te rogo: vt concedas mihi peccatori hoc cœleſte ſacrificium celebrare cum timore, & tremore, cum cordis puritate & lacrymarum fonte, cum lætitia ſpirituali, & cœleſti gaudio. Sentiat mens mea dulcedinem beatiſsimæ præſentiæ tuæ, & excubias ſanctorum angelorum tuorum in circuitu meo. Ego enim domine, memor veneranda paſsionis tuæ accedo ad altare tuū, licet peccator, vt offeram tibi ſacrificium quod tu inſtituiſti, & offerri præcepiſti, in commemoratione tua, pro ſalute noſtra.

Suſcipe ergo iſtud, quæſo ſumme Deus, dulciſsime Ieſu Chriſte, pro eccleſia tua ſancta, & pro cuncto populo tuo quem acquiſiſti ſanguine tuo pretioſo. Et qm̄ me peccatorem inter te

& cun-

& eundem populum medium eſſe voluiſti, licet in me boni operis teſtimonium non agnoſcas, diſpenſationis credite non recuſes, nec per me indignum famulum tuum eorum ſalutis pereat pretium, pro quibus victima factus ſalutaris, dignatus es eſſe redemptio', Profero ergo domine (ſi dignaris propitius intueri) tribulationes plebium, pericula populorum, captiuorum gemitum: miſeriam orphanorum, neceſsitatem peregrinorum, inopiam debilium, deſperationes languentium, defectus ſenum: ſuſpira iuuenum, votam virginum, lamenta viduarum.

¶ Tu enim miſereris omnium domine, & nihil odiſti eorum, quæ feciſti, Memorare quę ſit noſtra ſubſtãtia, quia tu Pater noſter es, ne iraſcaris ſatis, neque multitudinem viſcerum tuorum ſuper nos contineas. Non enim in iuſtificationibus noſtris proſternimus preces noſtras ante faciem tuam, ſed in miſerationib. tuis multis. Aufer a nobis domine iniquitates noſtras, & ignem ſancti ſpiritus in nobis clementer accende. Aufer cor lapideum de carne noſtra, & da nobis cor carneum, quod te timeat, diligat, & honorificet, te delectetur, te ſequatur, & te perfruatur.

¶ Oramus domine clementiam tuam, vt ſereno vultu familiam tuam, ſacri tui nominis officia præſtolãtem, aſpicere digneris, & vt nullius ſit irritum votum, nullius vacua poſtulatio, tu nobis preces ſuggere, quas ipſe audire propitius & exaudire delecteris. Rogamus etiam te ſancte Pater pro ſpiritibus fidelium defunctorum, vt ſit illis ſalus æterna, ac perpetua ſanitas, gaudium, & refrigerium ſempiternum, hoc magnũ pietatis ſacramentum. Domine Deus meus, ſit illis hodie magnum, & plenum gaudium de te pane viuo, & vero, qui de cęlo deſcẽdiſti, & das vitam mundo, de carne ſancta, & benedicta, agni videlicet immaculati, qui tollis peccatum mundi, & potare de fonte pietatis tuæ, qui per lanceam militis de latere emanauit crucifixi domini noſtri, vt conſolati exultẽt in laude, & gloria tua ſancta.

¶ Peto domine clementiam tuam, vt deſcẽdat ſuper hunc panem, & calicem iſtum plenitudo tuæ diuinitatis. Deſcendat etiam domine illa ſancti ſpiritus tui inuiſibilis forma, & incõprehenſibilis maieſtas, ſicut quondam in patrum hoſtias deſcendebat: qui & oblationes noſtras, corpus, & ſanguinem tuum efficiat: & mundi gnum ſacerdotem tuum doceat tantum tractare myſterium, ita vt placide, & benigne ſacrificium ſuſcipias de manibus meis: ad ſalutẽ omnium tam viuorum quàm defunctorum. Rogo te domine per ipſum ſacroſanctum myſteriũ corporis, & ſanguinis tui: quo quotidie in eccleſia tua paſcimur, & potamur, abluimur, & ſanctificamur, atque unius tuę ſummæq; diuinitatis participes efficimur: quatenus des mihi virtutes tuas ſanctas: quibus repletus, bona conſcientia, ad altare tuum accedam: ita vt hæc cœleſtia ſacramenta efficiantur mihi ſalus, & vita. Tu enim dixiſti ore tuo ſancto & benedicto: Panis quem ego dedero, caro mea eſt pro mundi vita. &, Qui manducat me, vita uiuet propter me: ipſe manet in me, & ego in eo. Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.

¶ Panis dulciſsime: ſana palatum cordis mei: vt ſẽtiam ſuauitatem amoris tui: Sana ab omni languore, vt nullam præter te amem pulchritudinem. Panis candidiſsime, habens in te omne delectamentum, & omnis ſaporis ſuauitatẽ: qui nos ſemper reficis, comẽdat te cor meum: & dulcedine ſaporis tui repleantur viſcera animæ meæ. Manducat te Angelus pleno ore, manducet te peregrinus homo pro modulo ſuo, ne deficere poſsit in via, tali recreatus viatico.

¶ Panis ſancte, panis viue, panis pulcher, panis munde, qui deſcendiſti de cœlo, & das vitã mũdo: veni in cor meum, & munda me ab omni inquinamento carnis & ſpiritus. Intra in animã meam: ſana & ſanctifica me interius, & exterius. Eſto tutamen, & perpetua ſalus corporis & animæ meæ. Repelle a me inſidiantes mihi. Hoſtes recedant procul a præſentia tua: ut fortis, & intus per te munitus, recto tramite perueniam ad tuum regnum vbi non myſteriis, ſicut in hoc tempore agitur, ſed facie ad faciem te videbimus. cum tradideris regnum Deo patri, & erit Deus omnia in omnibus, Tunc me de te ſatiabis ſatietate mirifica: ut nec eſuriam, nec ſitiam in æternum. Qui cum eodem Deo patre & Spiritu ſancto viuis & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Alia oratio ſancti Ambroſij.

AD Menſam dulciſsimi conuiuij tui, pie Domine Ieſu Chriſte, ego peccator de propriis meritis nihil præſumens, ſed de tua cõfidens miſericordia, & bonitate, accedere uereor & cõtremiſco. Nam cor & corpus habeo multis criminibus maculatum, mentem & linguam nõ cautè cuſtoditam. Ergo o pia deitas, o tremẽda maieſtas: ego miſer inter anguſtias deprehenſus, ad te fontem miſericordiæ recurro: ad te feſtino ſanandus: ſub tuam protectionem fugio: & quem iudicẽ ſuſtinere nequeo, ſaluatorẽ habere ſuſpiro. Tibi domine plagas meas oſtendo: tibi verecundiam meam detego. Scio peccata mea multa, & magna, pro quibus timeo. Spero miſericordias tuas, quarũ non eſt numerus. Reſpice ergo in me oculis miſericordiæ tuæ Domine Ieſu Chriſte, rex æterne Deꝰ, & homo, crucifixus propter hominem. Exaudi me ſperãtem in te: miſerere mei pleni miſerijs & peccatis, tu qui fontem miſerationis nũquã manare ceſſabis. Saluе ſalutaris victima, ꝓ me & oĩ humano genere in patibulo crucis oblata. Saluе nobilis, & pretioſe ſanguis de vulneribus crucifixi Domini mei Ieſu Chriſti profluens, & peccata totius mundi abluens. Recordare Domine creaturæ tuæ, quam tuo ſanguine redemiſti: pẽnitet me peccaſſe: cupio emendare quod feci. Auſer ergo a me clementiſsime pater omnes iniquitates, & peccata mea: vt purificatus mente & corpore, digne deguſtare merear ſancta ſanctorum: & cõcede, vt ſancta prælibatio corporis, & ſanguinis tui, quam ego indignus ſumere intendo, ſit peccatorum meorum remiſsio, ſit delictorũ perfecta purgatio, ſit turpium cogitationum effugatio, bonorumque ſenſuum regeneratio, operumque tibi placentium ſalubris efficacia, animæ quoque & corporis contra inimicorum meorum inſidias firmiſsima tuitio. Amen.

Oratio ſancti Thomę Aquinatis.

OMnipotens ſempiterne Deus, ecce accedo ad Sacramẽtum vnigeniti filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti, Accedo tanquam infirmus ad medicum vitæ, immundus ad fontẽ miſericordiæ, cęcus ad lumen claritatis æternæ, pauper & egenus ad Dominum cœli & terræ. Rogo ergo immenſæ largitatis tuæ abundantiam, quatenus mẽam curare digneris infirmitatem, lauare fęditatem illuminare cęcitatẽ, ditare paupertatem, veſtire nuditatem: ut panẽ Angelorum Regem Regum. Dominum dominantium, tanta ſuſcipiam reuerentia, & humilitate, tanta contritione, & deuotione, tanta puritate & fide, tali propoſito & intentione, ſicut expedit ſaluti animæ meæ. Da mihi quæſo dominici corporis, & ſanguinis, non ſolum ſuſcipere Sacramentum, ſed etiam rem, & virtutem Sacramenti. O mitiſsime Deus, da mihi corpus vnigeniti filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod traxit de virgine Maria ſic ſuſcipere, vt corpori ſuo myſtico merear incorporari, & in ter eius membra connumerari. O amantiſsime pater concede mihi dilectum filium tuum, quẽ nunc uelatum in via ſuſcipere propono, reuelata tandem facie perpetuo contemplari. Qui tecum viuit, & regnat in vnitate ſpirit.

Aliæ orationes poſt celebrationem, & Cõmunionem dicendæ.

Oratio ſancti Thomæ.

GRatias tibi ago domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui me peccatorem, indignum famulum tuum, nullis meis meritis, ſed ſola dignatione miſericordiæ tuæ ſatiare dignatus es, precioſo corpore, & ſanguine filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et precor, vt hæc ſancta communio non ſit mihi reatus ad pœnam, ſed interceſsio ſalutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei, & ſcutum bonæ voluntatis. Sit vitiorum meorum euacuatio cõ cupiſcentiæ, & libidinis exterminatio: charitatis, & patientiæ, humilitatis & obedientiæ augmentatio: cõtra inſidias inimicorum omnium tam viſibilium quam inuiſibilium, firma defenſio: motuum meorum, tã carnalium quam ſpiritualium, perfecta quietatio: in te vno ac vero Deo firma adhæſio: atque finis mei felix conſummatio. Et precor te, vt ad illud ineffabile conuiuium me peccatorem perducere digneris: ubi tu cum Filio tuo, & Spiritu ſancto, Sanctis tuis es lux vera, ſatietas plena, gaudium ſempiternum, iucunditas conſummata, & felicitas perfecta. Per Chriſtum Dñm noſtrũ. Amen.

Alia oratio S. Bonauenturæ.

TRãsfige dulciſsime Domine Ieſu medullas, & viſcera animæ meæ, ſuauiſsimo ac ſalu-

salúberrimo amoris tui vulnere, vera serenaq́; & Apostolica sanctissima charitate, ut lãgueat & liquefiat anima mea solo semper amore, & desiderio tui, te cõcupiscat, & deficiat: in atria tua cupiat dissolui, & esse tecum. Da, vt anima mea te esuriat panem Angelorum, refectionẽ animarum sanctarum, panem nostrum quotidianum supersubstantialem, habentem omnẽ dulcedinem, & saporem, & omne delectamentum suauitatis: te, in quem desiderant Angeli prospicere, semper esuriat, & comedat cor meum & dulcedine saporis tui repleantur viscera animæ meæ: te semper sitiat fontem uitæ, fontem sapientiæ & scientiæ, fontem æterni luminis, torrentem voluptatis, vbertatẽ domus Dei: te semper ambiat, te quærat, te inueniat: ad te tendat, ad te perueniat: te meditetur, te loquatur: & omnia operetur in laudem, & gloriam nominis tui, cum humilitate & discretione, cũ dilectione & delectatione, cum facilitate & affectu, cum perseuerantia vsque in finem, & tu sis solus semper spes mea, tota fiducia mea, diuitiæ meæ, delectatio mea, iucũditas mea, gaudium meũ, quies, & tranquillitas mea, pax mea, suauitas mea, odor meus, dulcedo mea, cibus meus, refectio mea, refugium meum, auxilium meum, sapientia mea, portio mea, & possessio mea, thesaurus meus in quo fixa, & firma, & immobiliter semper sit radicata mens mea, & cor meum. Amen.

Hymnus sancti Thomæ de Eucharistia.

ADoro te deuote latens Deitas,
Quæ sub his figuris uere latitas,
Tibi se cor meum totum subiicit,
Quia te contemplans totum deficit.
Visus, tactus gustus, in te fallitur,
Sed auditu solo tuto creditur.
Credo quicquid dixit Dei filius,
Nihil hoc uerbo ueritatis uerius,
In cruce latebat sola Deitas.
At hic latet simul, & humanitas.
Ambo tamen credens atq; confitens,
Peto quod petiuit latro pœnitens.
Plagas, sicut Thomas non intueor,
Deum tamen meum te confiteor.
Fac me tibi semper magis credere.
In te spem habere, te diligere.
O memoriale mortis Domini,
Panis viuus vitam præstans homini,
Præsta meæ menti de te uiuere,
Et te illi semper dulce sapere.
Pie pellicane Iesu Domine,
Me immundum munda tuo sanguine:
Cuius vna stilla saluum facere
Totum mundum posset omni scelere.
Iesu, quem velatum nunc aspicio,
Oro fiat illud, quod tam sitio.
Vt te reuelata cernens facie,
Visu sim beatus tuæ gloriæ. Amen.


I·N·R·I·

ORDINARIVM MISSARVM DE TEMPORE.

DOMINICA PRIMA ADVENTVS.

Statio ad ſanctam Mariam maiorem.

Ad Miſſam. Introitus.

ps 122. AD te leuaui animã meã Deus meus, in te confido, non erubeſcam: neq; irrideãt me inimici mei: etenim vniuerſi qui te expectant, nõ ps 24. confundentur. ps. Vias tuas Dñe demõſtra mihi: & ſemitas tuas edoce me. ℣. Gloria patri, & filio: & ſpiritui ſctõ. Sicut erat ĩ principio, & nũc, & ſemper: & in ſecula ſeculorum. Amen. Quo finito, repetitur A d te leuaui. vſq; ad pſalm. Hic modus repetendi Introitum ſeruatur per totũ annũ: Poſt Kyrie eleiſon. Nõ dicitur G loria in excelſis ab hac Dñica vſq; ad Natiuitatẽ Dñi, niſi in feſtis. Ore. Oro.

EXcita quęſumus Dñe, potentiam tuam, & veni: vt ab imminentibus peccatorũ noſtrorum periculis, te mereamur protegente eripi, te liberante ſaluari. Qui viuis & regnas cum Deo patre in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſęcula ſęculorum. ℟. Amen. Ab hac die vſq; ad vigiliã Natiuitatis Domini, poſt orationem diei dr̃ Oro. D eus, qui de beatę Marię & E cclesię tuę. vel D eus oĩum fidelium. vt infra. Si autẽ facienda ſit cõmemoratio alicuius feſti ſimplicis occurrẽtis, poſt oronẽ diei, dr̃ oro de ſancto, tertia de sãcta Maria.

De ſancta Maria. Oremus.

DEus, qui de beatę Marię virginis vtero, verbum tuū, angelo nunciante, carnē ſuſcipere voluiſti: preſta ſupplicibus tuis: vt, qui vere eam genitricē Dei credimus, eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per eundem Dñm.

Cōtra pſecutores Eccle. Oro.

ECcleſiæ tuæ, q̄s Dñe, preces placat⁹ admitte: vt, deſtructis aduerſitatibus, & erroribus vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate. Per Dominum. &c.

Vel pro Papa.

DEus oīum fidelium paſtor, & rector, famulū tuū N. quē paſtorem Eccleſię tuæ præeſſe voluiſti, propitius reſpice: da ei q̄s, verbo & exēplo, quibus præeſt, pficere: vt ad vitā, vnà cū grege ſibi credito, perueniat ſempiternā. Per Dñm.

¶ Infra hebdomadas Aduentus qñ dī Miſſa de feſto ſemiduplici, ſecunda oro erit de Aduētu, tertia de ſancta Maria, q̄ terminat' ſic Per eundē. Si autem dicatur Miſſa de feſto duplici, poſt orationē feſti dicitur oro tm̄ de Aduentu.

¶ In Aduētu, de feſtis ſimpli. nō dī Miſſa conuētualis, ſed eorū fit tantū cōmemoratio.

Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Romanos.

FRatres: Scientes, quia hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Nūc autē propior eſt nr̄a ſalus, quā cū credidimus. Nox p̄ceſſit: dies autē appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarū: & īduamur arma lucis: ſicut ī die honeſte ambulemus. Nō in comeſſationibus, & ebrietatibus: non in cubilibus, & impudicitijs: nō in cōtentione, & æmulatione: ſed induimini Dñm Ieſum Chriſtū. cap. 13.

Grad. Vniuerſi, qui te expectāt, nō cōfundentur Dñe. ℣. Vias tuas Domine notas fac mihi: & ſemitas tuas edoce me. Haleluiah, haleluiah. ℣. Oſtende nobis Domine miſericordiā tuā: & ſalutare tuū da nobis, haleluia. ps 4. ps 87.

¶ In ferijs Aduētus qñ p hebdomadā reſumitur Miſſa de Dñica, nō dī Haleluia. nec verſus ſequēs, ſed tm̄ Gradu.

Sequētia ſancti Euangelij ſecundū Lucā.

IN illo tēpore. Dixit Ies⁹ diſcipulis ſuis. Erunt ſigna in ſole, & luna, & ſtellis: & in terris preſſura gētium, cap. 21.

tium, prę confusione sonitus maris, & fluctuum: arescentibus hominibus, præ timore, & expectatione, quę superueniēt vniuerso orbi. Nam virtutes cœlorū mouebuntur. Et tunc videbunt filiū hominis veniētē in nube, cū potestate magna & maiestate. His autē fieri incipientibus, respicite, & leuate capita vestra: qm̄ appropinquat redēptio vestra. Et dixit illis similitudinē: Videte ficulneā, & oēs arbores: cū producūt iam ex se fructū, scitis qm̄ prope est æstas. Ita & vos, cū videritis hæc fieri, scitote, qm̄ prope est regnum Dei. Amē dico vobis: quia nō p̄teribit generatio hęc, donec oīa fiāt. Cęlū & terra trāsibūt: verba autem mea non transibunt. Credo. Offertorium.

ps 24. Ad te leuaui aīam meā: Deus me⁹ in te cōfido, nō erubescā: neque irrideant me inimici mei: etenim vniuersi, q̄ te expectāt, nō cōfundētur. Secre.

HÆc sacra nos Domine potēti virtute mūdatos, ad suum faciant puriores venire principium. Per Dm̄. De sancta Maria. Oremus.

IN mentibus nr̄is: q̄s Dne, veræ fidei sacramenta confirma: vt, qui cōceptū de virgine Deum verū & hominē cōfitemur: per eius salutiferæ resurrectionis potentiam, ad ęternam mereamur peruenire lætitiam. Per Dominum.

Cōtra persecutores Ecclesiæ.

PRotege nos Dne tuis mysterijs seruientes: vt, diuinis reb⁹ inhærentes, & corpore tibi famulemur & mente. Per Do.

Vel pro Papa.

OBlatis, quæsum⁹ Domine, placare muneribus: & famulum tuum N. quem pastorē ecclesiæ tuæ præesse voluisti, assidua protectione guberna. Per Dominum. Communio.

ps 24. DOminus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum. Postcommunio.

SVscipiamus Domine misericordiam tuā in medio templi tui: vt reparationis nostræ ventura solennia, cōgruis honorib⁹ p̄cedam⁹. Per. De sancta Maria. Oremus.

GRatiam tuam, quæsum⁹ Domine, mentibus nostris infunde: vt, qui Angelo nunciante, Christi filij tui incarnationem cognouimus, per passionem eius & crucē, ad resurrectionis gloriā perducamur. Per eundem Dm̄.

Cõtra persecutores Ecclesiæ.

QVæsumus Dñe Deus noster: vt quos diuina tribuis participatione gaudere: humanis non finas subiacere periculis. Per. Vel pro Papa. Postcommun.

HÆc nos quæsumꝰ Dñe, diuini sacramẽti perceptio protegat: & famulum tuum N. quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, vnà cum commisso sibi grege, saluet semper, & muniat. Per Dominum. Dicitur Benedicamus Dño. ℟. Deo gratias. Et sic seruatur quoties nõ dicitur Gloria in excelsis.

¶Si infra hebdomadam dicẽda sit Missa de feria, semper resumitur Missa de Dominica præcedenti, nisi propria Missa assignetur.

¶Cũ verò in Aduẽtu, Quadragesima, Quatuor temporibus, Vigilijs, & Rogationibus, dicitur Missa de festo duplici, vel semiduplici occurren. semper fit commemoratio de feria: & pro commemoratione feriarum Aduentus, dicitur oratio Dominicæ præcedentis, nisi sint Quatuor tempora: in quibus habetur oratio propria.

DOMINICA II. ADVENTVS.

Statio ad sanctam Crucem in Ierusalem. Introitus.

POpulus Sion, ecce Dñs veniet ad saluandas gẽtes, & auditã faciet Dominus gloriam vocis suæ, ĩ lætitia cordis vestri. ℣. Qui regis Israel intende, qui deducis velut ouem Ioseph. ℣. Gloria patri. Non dicitur Gloria in excelsis. Oratio. Isa. 30. Ps 79.

EXcita Dñe corda nostra ad præparãdas vnigeniti tui vias: vt per eius aduẽtum, purificatis tibi mentibus seruire mereamur. Qui tecum. Secũda oño de sancta Maria. Deus qui de beatę. Tertia cõtra persecutores ecclesiæ. Ecclesiæ tuę. Vel pro Papa. Deꝰ omnium fidelium. vt supra in prima Dominica. fol. 1.

Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos.

FRatres: Quæcunq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiam & cõsolationem scripturarum, spem habeamus. Deus autem patientiæ, & solatij, det vobis idipsum sapere in alterutrum secundum cap. 15.

dum Iesum Christū: vt vnanimes, vno ore honorificetis Deum, & patrem Domini nostri Iesu Christi. Propter quod suscipite inuicem, sicut & Christus suscepit vos in honorem Dei. Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem Dei ad confirmandas promissiones patrū. Gētes autem super misericordia honorare Deū, sicut scriptū est. Propterea confitebor tibi in gentibus Dñe, & nomini tuo cātabo. Et iterū dicit. Lætamini gentes cū plebe eius. Et iterū. Laudate oēs gentes Dominū, & magnificate eū oēs populi. Et rursum Isaias ait. Erit radix Iesse, & q exurget regere gentes, in eum gentes sperabunt. Deus autē spei repleat vos omni gaudio, & pace in credendo: vt abundetis in spe, & virtute spūs sctī.

ps 49. Gradu. E x Sion species decoris eius: Deꝰ manifeste veniet. ℣. Cōgregate illi sanctos eius, qui ordinauerunt testamentum eius super sacrificia.

ps 121. Haleluiah, haleluiah. ℣. Lętatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus. Haleluiah.

M.R.N.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tēpore: Cū audisset Iohannes in vinculis opera Christi, mittens duos ex discipulis suis, ait illi. Tu es, qui venturus es, an aliū expectamus? Et respondens Iesus, ait illis: Euntes renunciate Iohanni, quæ audistis, & vidistis. Cęci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur. Et beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autē abeuntibus, cœpit Iesus dicere ad turbas de Iohanne. Quid existis in desertū videre? Arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? Hominē mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetā? Etiā dico vobis, & plus quā Prophetam. Hic est enim de quo scriptum est. Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam ante te. Credo. Offertorium. cap. 11.

Deus tu conuertens viuifica- ps 84.

bis nos, & plebs tua lætabitur in te: ostende nobis Dñe misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Secreta.

PLacare quęsumus Domine humilitatis nostrę precibus, ac hostijs: & vbi nulla suppetunt suffragia meritorum, tuis nobis succurre prę-sidijs. Per Dominum nostrũ.

In mentibus nostris. vt ĩ prima Dominica. Communio.

Bar. 5. IEruſalem ſurge, & ſta in excelſo, & vide iucunditatẽ, q̃ veniet tibi à Deo tuo. Poſtcõ.

REpleti cibo ſpiritualis alimoniæ ſupplices te Dñe deprecamur, vt huius participatione myſterij, doceas nos terrena deſpicere, & amare cœleſtia. Per Dominũ.

GRatiam tuã quæſumus Domine. vt in j. Dominica. f. 2.

DOMINICA III.

ADVENTVS.

Statio ad ſanctũ Petrũ. Intro.

Phil. 4.

GAudete in Dño ſemper: iterum dico gaudete: modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus: Dominus enim prope eſt: nihil ſoliciti ſitis, ſed in omni oratione petitiones veſtrę innoteſcãt apud Deũ. ℣. Benedixiſti Domine terram tuam: auertiſti captiuitatem Iacob. ℣. Gloria pri. Nõ dr̃ Gloria ĩ excelſis. Oro.

Ps 84.

AVrem tuam, q̃s Domine precibus noſtris accõmoda: & mentis noſtræ tenebras gratia tuæ viſitationis il luſtra. Qui viuis, & reg. &c. Alias orationes require ſup. in prima Dominica. fol. 1.

Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Philippen.

cap. 4.

FRatres. Gaudete in Dño ſemper, iterum dico gaudete. Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus: Dominus enim prope eſt. Nihil ſoliciti ſitis: ſed in omni oratione, & obſecratione, cum gratiarũ actione, petitiones veſtræ innoteſcãt apud Deũ. Et pax Dei, quæ exuperat omnẽ ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, & intelligentias veſtras: in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

Gradu. Qui ſedes Dñe ſuper Cherubim, excita potentiam tuã, & veni. ℣. Qui regis Iſrael intende, qui deducis velut ouem Ioſeph. Haleluiah, haleluiah. ℣. Excita Dñe potentiam tuam, & veni: vt ſaluos facias nos, Haleluiah.

Ps 97.

Sequen-

Sequentia sancti Euangelij secundum Iohannem.

cap. 1.

IN illo tempore. Miserunt Iudęi ab Ierosolymis sacerdotes & leuitas ad Iohannẽ, vt interrogarẽt eũ: Tu quis es? Et confessus est, & non negauit. Et confessus est: quia nõ sum ego Christus. Et interrogauerunt eum. Quid ergo? Elias es tu? Et dixit. Non sum. Propheta es tu? Et respondit. Non. Dixerunt ergo ei. Quis es, vt responsum demus his, qui miserunt nos? Quid dicis de te ipso? Ait. Ego vox clamantis in deserto: dirigite viã dñi, sicut dixit Isaias propheta. Et qui missi fuerant, erant ex Pharisęis. Et interrogauerunt eum & dixerunt ei. Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neq; Elias, neque propheta? Respõdit ei Iohannes, dicens. Ego baptizo in aqua: medius autẽ vestrũ stetit, quẽ vos nescitis. Ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est: cuius ego non sum dignus vt soluã eius corrigiam calciamenti. Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem, vbi erat Iohannes baptizãs. Credo. Offertorium.

Benedixisti Domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob: remisisti iniquitatem plebis tuæ. ps. 84. Secreta.

DEuotionis nostræ tibi, q̃s Dñe, hostia iugiter immoletur: quæ & sacri peragat instituta mysterij, & salutare tuum in nobis mirabiliter operetur. Per Dñm.

Alias secretas require supra in j. Dominica fol. 2. Cõmu.

Dicite pusillanimis: confortamini, & nolite timere: ecce Deus noster veniet, & saluabit nos. Postcommunio.

IMploramus, Dñe, clementiã tuã, vt hęc diuina subsidia, à vitijs expiatos: ad festa ventura nos præparent. Per.

Alias Postcommuniones require supra in prima Dominica. folio 2.

FERIA IIII.

Quatuor Tẽporũ Aduentus. Statio ad sanctam Mariã maiorem. Introitus.

RORate cœli desuper, & nubes pluant iustum: aperiatur terra, & germinet Saluatorem. ps. is. 45.

ps 18. Cœli enarrant gloriam Dei: & opera manuũ eius annunciat firmamẽtum. ℣. Gloria. Post Kyrie eleiſon. immediate dicitur O remus Flectamus genua. Leuate. Oratio.

PRæſta, quæſumus omnipotens Deus: vt redemptionis noſtrę ventura ſolennitas: & præſentis nobis vitę ſubſidia conferat, & æternæ beatitudinis præmia largiatur. Per Dominum noſtrum.

Lectio Iſaiæ prophetæ.

cap. 2. IN diebus illis. Dixit Iſaias propheta: Erit in nouiſſimis diebus pręparatus mons domus Dñi in vertice montium, & eleuabitur ſuper colles: & fluent ad eum omnes gentes: & ibunt populi multi, & dicent. Venite, aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob: & docebit nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis eius: quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Ieruſalem. Et iudicabit gentes: & arguet populos multos. Et cõflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces. Non eleuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltra ad prælium. Domus Iacob venite, & ambulemus in lumine Dei noſtri. Graduale.

I ollite portas principes veſtras: & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ. ps 23. ℣. Quis aſcendet in montem Domini? aut quis ſtabit in loco ſancto eius? innocens manibus, & mundo corde. Hic dī Dominus vobiſcum. ſine Flectamus genua. Oro.

FEſtina quæſumus Domine, ne tardaueris: & auxilium nobis ſupernæ virtutis impende: vt aduẽtus tui cõſolationib⁹ ſubleuẽtur, q ĩ tua pietate confidunt. Qui viuis. Alias orationes require ĩ prima Dominica Aduẽtus. f. 1.

Lectio Iſaiæ prophetæ.

IN diebus illis: Locutus eſt cap. 7. Dominus ad Achaz dicẽs: Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo ĩ profundũ inferni; ſiue in excelſum ſupra. Et dixit Achaz. Non petam, & nõ tentabo Dominum. Et dixit. Audite ergo domus Dauid. Nunquid parũ vobis eſt moleſtos eſſe hominibus, quia moleſti eſtis & Deo meo? Propter hoc dabit dominus ipſe vobis ſignum. Ecce virgo cõcipiet, & pariet filium: & vocabitur nomẽ eius Emmanuel.

manuel. Butyrum, & mel comedet: vt sciat reprobare malum, & eligere bonũ. Gradu. Prope ẽ Dñs oĩb⁹ inuocãtib⁹ eũ, oĩb⁹ q̃ inuocãt eũ ĩ veritate. ℣. Laudẽ Domini loquetur os meum: & benedicat omnis caro nomẽ sanctum eius. Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

cap. 1.

IN illo tpe. Missus est angel⁹ Gabriel à Deo, in ciuitatem Galilęæ, cui nomen Nazaret, ad virginẽ despõsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid: & nomẽ virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eã dixit: Aue gr̃a plena, Dñs tecũ: benedicta tu in mulieribus. Quæ cũ audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei. Ne timeas Maria: inuenisti enim gr̃am apud Deum: Ecce cõcipies in vtero, & paries filium: & vocabis nomẽ eius Iesum. Hic erit magnus: & filius Altissimi vocabitur. Et dabit illi dñs De⁹ sedẽ Dauid pr̃is eius: & regnabit in domo Iacob in ęternum: & regni eius nõ erit finis. Dixit autẽ Maria ad angelum. Qũo fiet istud: qm̃ virum nõ cognosco? Et r̃ndens Angelus, dixit ei. Spũs sanct⁹ supueniet ĩ te: & virtus Altissimi obũbrabit tibi. Ideoq́ue, & quod nascet ex te sãctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa cõcepit filiũ in senectute sua. Et hic mẽsis est sextus illi q̃ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deũ omne verbũ. Dixit autẽ Maria. Ecce ancilla Dñi: fiat mihi secundum verbum tuum. Offerto. Confortamini, & iam nolite timere: ecce enim Deus noster retribuet iudiciũ: ipse veniet, & saluos nos faciet. Secr.

ACcepta tibi sint, q̃s Domine, nr̃a ieiunia: q̃ & expiando nos tua gratia dignos efficiant, & ad promissa sempiterna perducant. Per. Alias orationes, vt in prima Dominica Aduentus. fol. 1. Cõmu. Ecce Virgo cõcipiet, & pariet filium, & vocabitur nomẽ eius Emmanuel. Postc.

SAlutaris tui Domine munere satiati, supplices deprecamur: vt cuius lætamur gustu renouemur effectu. Per.

Deinde

Deinde de sancta Maria, & p Papa, vel contra persecutores Ecclesiæ, vt ī j. Dominica. f. 2.

FERIA VI.

Statio ad sanctos duodecim Apostolos. Introitus.

ps 118. PRope es tu Dñe: & omnes vię tuę veritas, initio cognoui de testimonijs tuis, quia in ęternum tu es. ℣. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini. ℣. Gloria patri. Oratio.

EXcita quæsumus Domine potentiam tuam: & veni: vt hi, qui in tua pietate confidunt, ab omni citius aduersitate liberentur. Qui viuis, & regnas cum Deo. &c.

Orationes de sancta Maria, & contra persecutores Ecclesiæ, vel p̄o Papa, habentur supra in j. Dominica. fol. 1.

Lectio Isaiæ prophetæ.

cap. 11. HÆc dicit dominus Deꝰ. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eiꝰ ascendet. Et requiescet super eum spiritus Domini: spiritus sapientiæ, & intellectus: spiritus consilij, & fortitudinis: spiritus scientiæ, & pietatis: & replebit eum spiritus timoris Domini. Non secundū visionē oculorū iudicabit, neq; secundum auditum aurium arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mānsuetis terræ. Et percutiet terram virga oris sui: & spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit iustitia cingulū lumborum eius: & fides cinctorium renum eius. Graduale.

ps 84. OStende nobis Domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis. ℣. Benedixisti Domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

cap. 1. IN illo tempore. Exurgens Maria abijt in montana cū festinatione, in ciuitatem Iuda, & intrauit in domum Zacharię, & salutauit Elisabeth. Et factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit infans in vtero eius. Et repleta est spiritu sancto Elisabeth: & exclamauit voce magna, & dixit. Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis exultauit

uit in gaudio infans in vtero meo. Et beata quæ credidisti: quoniam perficientur ea quæ dicta sunt tibi à Domino. Et ait Maria. Magnificat anima mea Dominum. Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Offertorium.

ps 84. Deus tu conuertens viuificabis nos: & plebs tua lætabitur in te: ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis.

Secreta.

MVnerib⁹ nostris, quæsumus Domine, precibusque susceptis: & cœlestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi. Per Dominum nostrum. &c.

Alias secretas vt in prima Dominica Aduentus. folio 2.

Communio.

Zac. 14. Ecce Dominus veniet, & omnes sancti eius cum eo: & erit in die illa lux magna.

Postcommunio.

TVi nos Domine sacramenti libatio sancta restauret, & vetustate purgatos: in mysterij salutaris faciat transire consortium. Per Dominum nostrum. &c.

Alias Postcommuniones vt in prima Dominica. fol. 2.

SABBATHO.

Statio ad sãctũ Petrũ. Introit⁹.

VEni, & ostẽde nobis faciem tuam Dñe, q̃ sedes sup Cherubim: & salui erimus. ps. Qui regis Israel ps 79. intende, q̃ deducis velut ouẽ Ioseph. ℣. Gloria pri. Kyrie eleison. dr̃ Oremus Flectamus genua. ℟ Leuate. Oro.

DEus qui conspicis, quia ex nostra prauitate affligimur: concede propitius, vt ex tua visitatione cõsolemur. Qui viuis, & regnas. &c.

Lectio Isaiæ prophetæ.

IN diebus illis. Clamabunt ad Dñm à facie tribulãtis: & mittet eis Saluatorem, & ꝓppugnatorẽ: qui liberet eos. Et cognoscetur Dñs ab Ægypto: & cognoscent Ægyptij Dñm in die illa: & colent eũ in hostijs, & muneribus: & vota vouebũt Dño, & soluẽt. Et percutiet Dñs Ægyptum plaga, & sanabit eam: & reuertẽtur ad Dñm, & placabitur eis: & sanabit eos Dominus Deus noster. Graduale.

A summo cęlo egressio eius: ps 18. & occursus eius vsq; ad summum eius. ℣. Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum

nuum eius annunciat firmamentum. O remus. Flectam⁹ genua. ℟. Leuate. Oratio.

COncede quæsumus omnipotens Deus: vt, q̃ sub peccati iugo, ex vetusta seruitute deprimimur: expectata vnigeniti filij tui noua natiuitate liberemur. Qui teçũ.

Lectio Isaiæ prophetæ.

cap. 35. HÆc dicit Dñs. Lætabitur deserta, & inuia: & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. Germinans germinabit, & exultabit lætabũda, & laudans. Gloria Libani data est ei, decor Carmeli, & Saron. Ipsi videbunt gloriam Dñi, & decorem Dei nostri. Cõfortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. Dicite pusillanimis: Confortamini, & nolite timere. Ecce Deus vester vltionem adducet, & retributionis: Deus ipse veniet, & saluabit nos. Tũc aperientur oculi cęcorum: & aures surdorum patebunt. Tũc saliet, sicut ceruus, claudus: & aperta erit lingua mutorum: quia scissæ sunt in deserto aquæ, & torrentes in solitudine. Et q̃ erat arida, erit in stagnũ, & sitiens in fontes aquarum. Ait Dominus ops.

Grad. In sole posuit Domin⁹ tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. ℣. A summo cœlo egressio eius: & occursus eius vsque ad summũ eius. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio. ps. 1.

INdignos nos, q̃s Domine, famulos tuos, quos actionis propriæ culpa constringat, vnigeniti filij tui aduẽtu lætifica. Per eundẽ Dominũ.

Lectio Isaiæ prophetæ.

cap. 11. HÆc dicit Dominus, Super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion. Exalta in fortitudine vocem tuam, qui euãgelizas Ierusalem. Exalta, noli timere. Dic ciuitatibus Iudæ: Ecce Deus vester: ecce Dñs Deus in fortitudine veniet: & brachiũ eius dominabitur. Ecce merces eius cum eo: & opus illius corã ipso. Sicut pastor, gregẽ suũ pascet: & i brachio suo cõgregabit agnos: & in sinu suo leuabit eos Dñs Deus noster. Grad. Dñe Deus virtutũ cõuerte nos: & ostẽde faciẽ tuã, & salui erim⁹. ℣. Excita Dñe potẽtiã tuã, & veni, vt saluos facias nos. O rem⁹. Flectam⁹ genua. ℟. Leuate. Oro. ps. 79.

P raſta

PRæsta, quæsumus, omnipotés Deus: vt filij tui vẽtura solennitas, & præsentis nobis vitæ remedia conferat, & præmia æterna concedat. Per eundem Dominum.

Lectio Isaiæ Prophetæ.

cap. 45. HÆc dicit Dñs Christo meo Cyro: cuius apprehendi dexteram, vt subijciã ante faciem eius gentes, & dorsa regum vertam, & aperiam coram eo ianuas, & portę non claudentur. Ego ante te ibo: & glorioſos terræ humiliabo. Portas æreas cõterá, & vectes ferreos confringam. Et dabo tibi thesauros abscõditos, & arcana secretorũ: vt scias, qa ego Dñs, q voco nomẽ tuũ, Deus Israel, propter Iacob seruũ meũ, & Israel electũ meũ. Et vocaui te nomine tuo: assimilaui te, & non cognouisti me. Ego Dñs, & non est amplius: extra me non est Deus. Accinxi te, & non cognouisti me: vt sciãt hi, qui ab ortu solis, & qui ab occidente, quoniã absque me nõ est Deus. Ego Dñs, & non est alter, formãs lucem, & creãs tenebras: faciens pacem, & creans malũ. Ego Dñs faciẽs oĩa hæc. Rorate cęli desuper, & nubes pluant iustũ: aperiatur terra, & germinet saluatorẽ, & iustitia oriatur simul. Ego Dñs creaui eum. Gradu. Excita Dñe potẽtiam tuam, & veni: vt saluos facias nos. ℣. Qui regis Israel, intende: qui deducis, velut ouem, Ioseph: qui sedes super Cherubim, appare coram Effraim, Beniamin, & Manasse. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

ps 79.

PReces populi tui, quæsumus Dñe, clemẽter exaudi: vt, qui iuste pro peccatis nostris affligimur, pietatis tuæ visitatione consolemur. Qui viuis, & regnas cũ Deo.

Lectio Danielis prophetę.

cap. 3. IN diebus illis. Angelus Domini descendit cum Azaria & socijs eius in fornacem: & excussit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quasi ventum roris flãtem. Flamma autem diffusa est super fornacem cubitis quadraginta nouem: & incẽdit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis ministros regis, qui eam incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis, neq; contristauit, nec quicquã molestiæ intu-

lit.

lit. Tunc hi tres, quasi ex vno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebãt Deũ in fornace, dicentes. Hymn⁹.

Benedictus es Dñe Deus patrũ nostrorũ. Et laudabilis & glorioſus in ſæcula.

Et benedictum nomẽ gloriæ tuæ: quod eſt ſanctũ. Et laudabile & glorioſum ĩ ſæcula.

Benedictus es in templo ſancto gloriæ tuæ. Et laudabilis & glorioſus in ſæcula.

Benedictus es ſuper thronũ ſanctum regni tui. Et laudabilis & glorioſus in ſæcula.

Benedictus es ſuper ſceptrũ diuinitatis tuæ. Et laudabilis & glorioſus in ſæcula.

Benedictus es, q̃ ſedes ſuper Cherubim intuẽs abyſſos. Et laudabilis & glorioſus in ſec.

Benedictus es, qui ambulas ſuper pennas ventorum, & ſuper vndas maris. Et laudabilis & glorioſus in ſæcula.

Benedicãt te omnes Angeli, & ſancti tui. Et laudent te, & glorificent in ſæcula.

Benedicant te cęli, terra, mare, & oĩa q̃ in eis ſunt. Et laudẽt te, & glorificẽt in ſæcula.

Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto. Et laudabili & glorioſo in ſæcula.

Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſęcula ſęculorum. Amen. Et laudabili & glorioſo in ſæcula.

Benedictus es Domine Deus patrum noſtrorum. Et laudabilis & glorioſus in ſæcula.

℣. Dominus vobiſcum. ſine Flectamus genua. Oratio.

Deus, qui tribus pueris mitigaſti flãmas igniũ, concede propitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per Dominum.

Alias orationes, vt in prima Dominica Aduentus. fol. 1.

Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Theſſalonicen. ij. ca. a.

Fratres: Rogamus vos p aduẽtum Dñi noſtri Ieſu Chriſti, & noſtræ congregationis in ipſum: vt non cito moueamini à vrõ ſenſu, neq; terreamini, neq; per ſpiritũ, neq; per ſermonem, neq; per epiſtolã tanquã per nos miſsã, quaſi inſtet dies Domini. Ne quis vos ſeducat vllo modo: qm̃ niſi venerit diſceſſio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduerſatur, & extollitur ſupra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur: ita vt in templo Dei ſedeat, oſten-

oſtendēs ſe tanquā ſit Deus. Nō retinetis, quod cū adhuc eſſem apud vos, hæc dicebam vobis? Et nunc quid detineat ſcitis: vt reueletur in ſuo tempore. Nā myſteriū iam operatur iniquitatis: tantum vt qui tenet, nunc teneat, donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dñs Ieſus īterficiet ſpiritu oris ſui: & deſtruet illuſtratione aduentus ſui. Tractus. Qui regis Iſrael ītēde, q deducis velut oué Ioſeph. ℣. Qui ſedes ſup Cherubim: appare corā Effraī, Beniamin, & Manaſſe. ℣. Excita Dñe potētiam tuā, & veni: vt ſaluos facias nos. Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

ps. 79.

cap. 3.

ANno q̄n todecimo Imperij Tyberij Cæſaris procurante Pontio Pilato Iudeā: tetrarcha autē Galileæ Herode: Philippo autē fratre eius tetrarcha Itureæ, & Tyraconitidis regionis, & Lyſania Abilinæ retrarcha, ſub principibus ſacerdotum Anna & Caipha: factum eſt verbum Domini ſuper Iohānem Zachariæ filium, in deſerto. Et venit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionē peccatorum, ſicut ſcriptum eſt in libro ſermonum Iſaiæ prophetę. Vox clamantis in deſerto. Parate viā Domini, rectas facite ſemitas eius. Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. Et erunt praua in directa, & aſpera in vias planas. Et videbit omnis caro ſalutare Dei. Credo. Offert. Exulta ſatis filia Sion: prædica filia Ieruſalem: ecce rex tuus venit tibi ſanctus, & Saluator. Secreta.

Zac. 9.

SAcrificijs præſentibus, quæſumus Domine, placatus intēde, vt & deuotioni noſtræ proficiant, & ſaluti. Per Dominum noſtrum. &c. Alias ſecretas vt in j. Dominica Aduentus. f. 1. Cōmunio.

ps. 18.

Exultauit vt gigas ad currendam viā, à ſummo cęlo egreſſio eius, & occurſus eius, vſq; ad ſummum eius. Poſtcōm.

QVęſumus Dñe Deꝰ nr̄: vt ſacroſancta Myſteria, q̄ ꝑ reparationis nr̄æ munimine cōtuliſti, & præ-

& præsens nobis remediū eē facias, & futurum. Per dñm. Alias p̄ceōiones, vt in prima Dominica Aduētus. f. 2.

DOMINICA IIII. ADVENTVS.

Statio ad Sanctos duodecim Apostolos. Introitus.

Isa. 45.

ROrate cœli desuper & nubes pluāt iustum: aperiatur terra, & germinet saluatorē.

ps 18. ℣. Cęli enarrāt gloriā Dei: & opera manuū eius annunciat firmamentū. ℣. Gloria. Oro.

EXcita dñe potētiā tuam, & veni: & magna nobis virtute succurre: vt per auxilium gratiæ tuæ, quod nostra peccata præpediunt, indulgentia tuæ propitiationis acceleret. Qui viuis & reg. &c. Orationes de sancta Maria, & cōtra p̄secutores Ecclesię, vel p̄ Papa, vt supra in j. Dñica.

Lectio Epistolæ Beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

cap. 4. FRatres. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispēsatores mysteriorū Dei. Hic iam q̄ritur inter dispensatores: vt fidelis quis inueniatur. Mihi aūt pro minimo est, vt a vobis iudicer, aut ab humano die: sed neq; me ipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum: sed nō in hoc iustificatus sum. Qui aūt iudicat me, dñs est. Itaque nolite ante tēpus iudicare: quoadusque veniat dñs, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Et tūc laus erit vnicuique a Deo. Graduale.

Prope est Dñs omnibus inuocātibus eū, omnibus qui inuocāt eum in veritate. ps 144. ℣. Laudem dñi loquatur os meum, & benedicat omnis caro nomen sanctū eius. Haleluiah, haleluiah. ℣. Veni domine, & noli tardare, relaxa facinora plebis tuę Israel. Haleluiah.

Sequentia Sancti Euangelij secundum Lucam.

ANno quintodecimo Imperij Tyberij Cęsaris, p̄curante Pontio Pilato Iudææ: tetrarcha aūt Galileę Herode: Philippo aūt fratre eius tetrarcha Itureæ, & Traconitidis regionis, & Lysania Abilinæ tetrarcha, sub principibus sacerdotū Anna & Caipha: factum est verbū dñi super Iohannē Zachariæ filiū, in deserto. Et venit in omnē regionem cap. 3.

nem

nem Iordanis, prædicans baptiſmum pęnitentiæ in remiſſionem peccatorum, ſicut ſcriptum eſt in libro ſermonum
Iſa. 40. Iſaiæ prophetæ. Vox clamantis in deſerto. Parate viam Domini, rectas facite ſemitas eius. Omnis vallis implebitur, & omnis mōs, & collis humiliabitur. Et erunt praua in directa, & aſpera in vias planas. Et videbit oīs caro ſalutare Dei. Credo in vnum. Offertorium.
Luc. 1. Aue Maria gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Secreta.

SAcrificijs præſentib⁹, quæſumus Domine, placatus intende, vt & deuotioni noſtrę proficiant & ſaluti. Per Dn̄m. Alias ſecretas vt ſupra in j. Dominica. fol. 2. Communio.
Iſa. 7. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Poſtcommu.

SVmptis munerib⁹, q̄s dn̄e, vt cū frequētatiōe myſterij, creſcat nr̄ę ſalutis effectus. Per. Alias Poſtcommuniones, vt ſupra in prima Dominica. fol. 2.

¶Si vigilia Natiuitatis Domini venerit in Dn̄ica, totum officium Miſſæ fit de vigilia, cum commemoratione Dominicę.

M.R.N.

IN VIGILIA NATIVITATIS DOMINI. die 24.

Statio ad ſanctam Mariā Maiorem. Introitus.

HOdie ſcietis, quia veniet Dn̄s, & ſaluabit nos, & mane videbitis gloriā eius. Exo. 16
p̄s. Domini eſt terra, & plenitudo eius: orbis terrarū, & vniuerſi q̄ habitāt ī eo. ℣. Gloria. Oro. ps 23.

DEus, q̄ nos redemptionis nr̄æ annua expectatione lętificas: p̄ſta, vt vnigenitū tuū: quē redēptorē læti ſuſcipim⁹, venientē quoque iudicē ſecuri videamus Dn̄m noſtrū Ieſum Chr̄m filium tuū. Qui tec. &c.

Et dicitur hæc Oratio tantum, niſi vigilia venerit in Dn̄ica.

Lectio Epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Romanos.

FRatres, Paulus ſeruus Ieſu Chriſti, vocatus Apoſtol⁹, ſegregatus in Euāgelium Dei, quod ante promiſerat per Prophetas ſuos ī ſcripturis ſanctis, de filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnē: qui prædeſtinatus eſt filius Dei in virtute ſecundum ſpiritum ſanctificationis, ex reſurrectione mortuorū Ieſu Chriſti Dn̄i noſtri. Per quem accepimus gratiam & Apoſtolatū, cap. 1.

ad obediẽdum fidei in omnibus gẽtibus pro nomine eius: in quibus eſtis & vos vocati Ieſu Chriſti Domini noſtri. Gra.

Exo. 16. HOdie ſcietis, quia veniet Dominus, & ſaluabit nos, & mane videbitis gloriam eius. ℣.

Ps 79. Qui regis Iſrael intende: qui deducis velut ouem Ioſeph: qui ſedes ſuper Cherubim, appare coram Ephraim, Beniamin, & Manaſſe. Non dicitur Haleluiah, cum ſequenti verſu, niſi venerit hæc vigilia in Dominica. Haleluïah, halelu. ℣. Craſtina die delebitur iniquitas terræ, & regnabit ſuper nos Saluator mũdi, haleluiah.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthæum.

cap. 1.

IN illo tẽpore: Cum eſſet deſpõſata mater Ieſu Maria, Ioſeph: antequam cõuenirent, inuenta eſt in vtero habens de ſpiritu ſancto. Ioſeph autem vir eius, cum eſſet iuſtus, & nollet eam traducere: voluit occulte dimittere eam. Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini in ſomnis apparuit ei, dicens, Ioſeph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuã. Quod enim in ea natum eſt, de ſpiritu ſancto eſt. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.

Offertorium.

Ps 23. TOllite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ.

Secreta.

DA nobis, quæſumus omnipotens Deus: vt ſicut adorãda filij tui natalitia præuenimus: ſic eius munera capiamus ſempiterna gaudẽtes. Qui tecum viuit, & regnat.

Communio.

RUelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro ſalutare Dei noſtri.

Poſtcommunio.

DA nobis, quæſumus Domine, vnigeniti filij tui recenſita natiuitate reſpirare, cuius cœleſti myſterio paſcimur, & potamur. Per eundem Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum: Qui tecum viuit, & regnat in vnitate. &c.

¶Sacerdos quoniã in die Natalis Domini celebrat tres Miſſas, in prima, & ſecunda Miſſa non ſumat purificationem, ſed in tertia Miſſa.

IN

IN DIE NATIVITATIS DOMINI.

IN PRIMA MISSA.

Statio ad ſanctam Mariã Maiorem ad Præſepe. Introitus.

DOminus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. ℣. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania. ℣. Gloria patri, & filio, &c. Oratio.

DEus, qui hác ſacratiſſimã noctẽ veri luminis feciſti illuſtratione clareſcere: da q̃s: vt cuius lucis myſteria in terra cognouimus: eius quoq; gaudijs in cęlo ꝓfruamur. Qui tec. Lcto ẽpi. b. Pauli Apoſt. ad Tit. cap. 2.

CAriſſime: Apparuit gratia Dei Saluatoris noſtri oĩb⁹ hoĩbus, erudiẽs nos: vt abnegãtes ĩpietatẽ, & ſęcularia deſideria, ſobrie, & iuſte, & pie viuamus in hoc ſeculo: expectantes beatã ſpẽ, & aduẽtũ glorię magni Dei, & Saluatoris nr̃i Ieſu Chr̃i: q̃ dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab oĩ iniquitate: & mũdaret ſibi populũ acceptabilẽ, ſectatorẽ bonorum operũ. Hæc loquere, & exhortare, ĩ Chr̃o Ieſu dn̄o nr̃o.

Grad. TEcũ principiũ ĩ die virtutis tuæ: in ſplẽdoribus ſct̃orũ ex vtero ante luciferũ genui te. ps 109. ℣. Dixit Dn̄s Dn̄o meo: Sede à dextris meis: donec ponã inimicos tuos ſcabellũ pedũ tuorũ. Halelu. hale. ℣. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te, haleluiah.

Sequẽ. ſcti euãg. ſecundũ Lucã.

IN illo tꝑe. Exijt edictũ à Cæſare Auguſto, vt deſcriberet vniuerſus orbis. Hæc deſcriptio prima, facta eſt à præſide Syriæ Cyrino. Et ibant oẽs, vt profiterẽtur, ſinguli in ſuã ciuitatem. Aſcẽdit autẽ & Ioſeph à Galilæa de ciuitate Nazaret, in Iudæã, in ciuitatẽ Dauid, q̃ vocatur Bethlehem: eo quod eſſet de domo, & familia Dauid, vt ꝓfiteretur cũ Maria deſpõſata ſibi vxore, prægnante. Factũ eſt autẽ cũ eſſent ibi: ĩpleti ſũt dies cap. 2.

vt pareret. Et peperit filiũ ſuũ primogenitũ, & pannis eũ inuoluit: & reclinauit eum in p̃ſepio: quia nõ erat ei locus ĩ diuerſorio. Et paſtores erãt in regione eadẽ vigilãtes, & cuſtodiẽtes vigilias noctis ſup gregẽ ſuum. Et ecce Angelus Dñi ſtetit iuxta illos: & claritas Dei circũfulſit illos: & timuerunt timore magno. Et dixit illis Angelus. Nolite timere. Ecce enim euãgelizo vobis gaudium magnũ, quod erit omni populo: quia natus eſt vobis hodie Saluator, qui eſt Chr̃s Dñs ĩ ciuitate Dauid. Et hoc vobis ſignũ. Inuenietis infantẽ pãnis inuolutum, & poſitum in Pręſepio. Et ſubito facta eſt cum Angelo multitudo militię cęleſtis, laudãtium Deum, & dicẽtiũ. Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hoĩbus bonæ voluntatis. ps 95. Credo. Offert. Lætentur cęli, & exultet terra ante faciem Domini: quoniam venit. Secreta.

ACcepta tibi ſit Dñe, q̃s, hodiernę feſtiuitatis oblatio: vt tua gr̃a largiente, p hæc ſacroſancta myſteria, in illius ĩueniamur forma, in quo tecum eſt nr̃a ſubſtãtia. Qui tec. Præfa. Æterne De⁹. Quia per incarnati. Et dr̃ quotidie vſq; ad Epiphaniã. Infra actionem. Cõicãtes, & noctẽ ſacratiſſimã celebrãtes. Et dr̃ quotidie vſq; ad Octa. Natiuit. tm̃ incluſiue. Sed in hac Miſſa tm̃ dr̃ noctẽ, deinceps vero diẽ. Cõmu. In ps 109. ſplẽdoribus ſctõrum ex vtero ante luciferum genui te. Poſtc.

DA nobis, q̃s Dñe De⁹ nr̃: vt qui Natiuitatẽ Dñi nr̃i Ieſu Chriſti myſterijs nos frequentare gaudemus, dignis conuerſationibus ad eius mereamur peruenire cõſortium. Qui tecum viuit, & regnat. &c.

¶ Debet Sacerdos ante quãlibet Miſſam cõfeſſionẽ dicere, & in fine cuiuſlibet populo benedicere, & euangeliũ ſancti Iohannis. In principio erat verbum. legere. Poſt tertiã vero Miſſam loco prędicti Euangelij dicitur Euangeliũ. Cum natus eſſet Ieſus. quod in die Epiphaniæ legitur. fol. 20.

IN SECVNDA MISSA.

Statio ad ſanctã Anaſtaſiã. Int.

LVx fulgebit hodie ſuper nos: quia natus eſt nobis Dominus: & vocabitur admirabilis Deus, princeps pacis, pater futuri ſæculi: cuius regni nõ erit finis. ps. Dñs regnauit, decorẽ indutus eſt, indutus

ifa 9. ps 92.

dutus est Dñs fortitudinem, & p̃cinxit se. ℣. Gloria p̃ri. Oro.

DA nobis, q̃s, op̃s Deus, vt qui noua incarnati verbi tui luce perfundimur: hoc in nostro resplẽdeat opere, quod per fidẽ fulget ĩ mẽte. Per eũd. Deinde fit commemoratio de sancta Anastasia. Oremus.

DA, q̃s, op̃s De⁹: vt q̃ beatæ Anastasiæ martyris tuæ solẽnia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per Do. Lc̃tõ epi. b. Pauli Apost. ad Tit. cap. 3.

CArissime. Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nr̃i Dei. Nõ ex operib⁹ iustitiæ, q̃ fecim⁹ nos: sed secũdũ suã mĩam saluos nos fecit. Per lauacrũ regenerationis, & renouationis sp̃ũs sc̃ti, quẽ effudit ĩ nos abũde p̃ Iesũ Chr̃m saluatorẽ nr̃m: vt iustificati gr̃a ipsius, hr̃des simus scd̃m spẽ vitę æternę, in Chr̃o Iesu dño nr̃o. ℣s 117. Gra. B ñdictus q̃ venit in noĩe Dñi: De⁹ Dñs, & illuxit nobis. ℣. A Dño factũ est istud: & est mirabile ĩ oculis nr̃is. H al. hal. ℣s 92. ℣. Dñs regnauit decorẽ ĩduit, induit Dñs fortitudinem, & præcinxit se virtute. haleluiah. Sequẽ. sc̃ti Euang. secũdũ Lucã. cap. 2. IN illo tp̃e. Pastores loq̃bãtur adinuicẽ: Trãseam⁹ vsq; Bethlehẽ: & videam⁹ hoc verbũ, q̃d fc̃m est, q̃d fecit dñs, & ostẽdit nobis. Et venerũt festinãtes: & ĩuenerũt Mariã, & Ioseph, & ĩfantẽ positũ ĩ p̃sepio. Vidẽtes autẽ, cognouerũt de verbo, q̃d dictũ erat illis de puero hoc. Et oẽs q̃ audierũt, mirati sunt: & de his, q̃ dicta erãt à pastorib⁹ ad ipsos. Maria aũt cõseruabat oĩa verba hæc, cõferẽs in corde suo. Et reuersi sũt pastores, glorificãtes & laudãtes Deũ, ĩ oĩb⁹ q̃ audierãt & viderãt: sicut dc̃m est ad illos. C redo. Off. Deus firmauit orbẽ terrę, q̃ nõ commouebit̃: parata sedes tua De⁹ ex tunc, à sæculo tu es. ℣s 92. Secreta.

MVnera nr̃a, q̃s Dñe, Natiuitatis hodiernæ mysterijs apta, pueniãt, & pacẽ nobis semper infundant: vt sicut hõ genitus idẽ refulsit De⁹, sic nobis hæc terrena substãtia cõferat quod diuinũ est. Per eund. Pro sancta Anastasia. Orem⁹.

ACcipe, q̃s dñe, munera dignanter oblata, & beatæ Anastasię suffragãtib⁹ meritis, ad nr̃æ salutis auxilium puenire cõcede. Per dom. Præfa. & Cõicantes. vt sup. in j. Missa. Cõmu. Exulta filia Siõ, lauda filia Ierusalẽ: ecce rex tu⁹ venit sãct⁹ & saluator mundi. Post. ℣s 9.

HVius nos Dñe ſacramenti ſemper nouitas natalis inſtauret: cuius natiuitas ſingularis humanam repulit vetuſtatem. Per eundē Dominū. Pro ſancta Anaſtaſia. Poſtcōm.

SAtiaſti Dñe familiam tuam muneribus ſacris: eius, q̄s, interuētione nos refoue, cuius ſolēnia celebramus. Per Dñm.

AD TERTIAM MISSAM.

Statio ad ſanctam Mariā Maiorem. Introitus.

Ps. 9. RVer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis: cuius imperium ſuper humerū eius: & vocabitur nomē eius magni
Ps 97. conſilij Angelus. ℣. Cantate Domino cāticū nouum, quia mirabilia fecit. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

COncede, q̄s, ōps Deus: vt nos vnigeniti tui noua p̄ carnem natiuitas liberet: quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenet. Per eundem Dñm.

Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Hebr̄eos.

FRatres. Multifariam multiſq̄; modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio: quem conſtituit hæredem vniuerſorum: per quem fecit & ſæcula. Qui, cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portāſq̄; omnia verbo virtutis ſuæ: purgationem peccatorum faciēs, ſedet ad dexteram maieſtatis ī excelſis: tanto melior Angelis effectus, quāto differentius p̄ illis nomen hæreditauit. Cui
Ps 2. enim dixit aliquando angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rurſum, Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium? Et cum iterum introducit primogenitū in orbem terræ, dicit. Et adorent eū
Ps 96. oēs angeli Dei. Et ad angelos quidē dicit. Qui facit angelos ſuos ſpiritus: & miniſtros ſuos flammā ignis. Ad filium autē. Thronus tuus Deus in ſæculū
Ps 44 ſęculi: virga æquitatis, virga regni

cap. 1.

gni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis, præ participibus tuis. Et, tu ī principio Dñe terrā fundasti: & opera manuum tuarū sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autē permanebis: & omnes vt vestimentum veterascēt. Et velut amictū mutabis eos, & mutabuntur: tu aūt idē ipse es, & anni tui nō deficient. Grad. Viderūt oēs fines terræ salutare Dei nostri: iubilate Deo oīs terra. ℣. Notum fecit Dñs salutare suū: ante conspectū gentiū reuelauit iustitiā suam. Haleluiah, halelu. ℣. Dies sanctificatus illuxit nobis: venite gentes, & adorate Dominum, quia hodie descendit lux magna super terram. Haleluiah.

ps 97.

Initium sancti Euangelij secundum Iohannem.

cap. 1. IN principio erat verbum: & verbum erat apud Deum: & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deū. Oīa per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil, quod factū est. In ipso vita erat: & vita erat lux hominū: & lux ī tenebris lucet: & tenebræ eā nō cōprehenderunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Iohannes. Hic venit in testimoniū: vt testimonium perhiberet de lumine, vt oēs crederent per illū. Nō erat ille lux: sed vt testimoniū perhiberet de lumine. Erat lux vera, q̄ illuminat oēm hoīem veniētē in hunc mundū. In mundo erat: & mundus per ipsum factus est: & mundus eū non cognouit. In propria venit: & sui eū non receperunt. Quotquot autē receperūt eū: dedit eis potestatē filios Dei fieri, his qui credūt in nomine eius: qui nō ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sūt. Et verbum caro factū est: & habitauit in nobis (& vidimus gloriā eius, gloriam quasi vnigeniti à patre) plenum gratiæ, & veritatis. Credo. Offertorium. Tui sunt cœli, & tua est terra: orbē terrarū, & plenitudinē eius tu fundasti: iustitia & iudiciū præparatio sedis tuæ. Secreta. OBlata Dñe munera, noua vnigeniti tui Natiuitate sanctifica: nosq; à peccatorum nostrorū maculis emunda. Per eundē. Præfatio. & Cōicātes. vt in Canone. Communio. Viderūt oēs fines terræ salutare Dei nostri. Postcōmu. PRæsta q̄s, ops Deus: vt nat⁹

ps 88.

ps 97.

hodie saluator mundi, sicut diuinæ nobis generationis est author: ita & immortalitatis sit ipse largitor. Qui tecum viuit.

IN S. STEPHANI Prothomartyris.

Statio ad sanctum Stephanum in Cœlio monte. Introitus.

Ps 118. SEderunt principes, & aduersum me loquebãtur: & iniqui persecuti sunt me: adiuua me domine Deus meus, quia seruus tuus exercebatur in tuis iustificationibus. Psal. Ps 118. Beati imaculati in via, q̃ ambulãt in lege Dñi. ℣. Gloria. Oro.

DA nobis, quæsumus, Domine, imitari quod colimus: vt discamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorare dominum nostrum Iesum Christũ filium tuum. Qui tecum viuit. Et fit commemoratio de Natiuitate. Oro. Cõcede. fol. 11.

Lectio Actuum Apostolorum.

IN diebus illis. Stephanus plenus gratia & fortitudine faciebat prodigia & signa magna in populo. Surrexerunt autem quidam de synagoga, quæ appellabatur Libertinorum, & Cyrenesium, & Alexandrinorum, & eorum, qui erant à Cilicia, & Asia, disputantes cum Stephano: & non poterant resistere sapiẽtiæ, & spiritui, qui loquebatur. Audientes autem hæc, dissecabãtur cordib⁹ suis, & stridebant dentibus in eum. Cum autẽ esset Stephanus plenus spiritu sancto, intendens in cœlum, vidit gloriam Dei, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei, & ait. Ecce video cœlos apertos: & filium hominis stantem à dextris virtutis Dei. Exclamãtes autẽ voce magna, cõtinuerunt aures suas: & impetum fecerunt vnanimiter in eum. Et eijcientes eum extra ciuitatem, lapidabant. Et testes deposuerunt vestimenta sua, secus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus. Et lapidabant Stephanum inuocãtem, & di- cap. 6.

& dicentem: Domine Ieſu, ſuſcipe ſpiritum meum. Poſitis autẽ genibus, clamauit voce magna, dicẽs. Dñe, ne ſtatuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixiſſet, obdormiuit in Dño.

Ps 118. Gradu. Sederunt principes, & aduerſum me loquebantur, & iniqui perſecuti ſunt me. ℣. Adiuua me dñe Deus meus: ſaluum me fac propter miſericordiam tuam. H aleluiah, haleluia. ℣. Videó cœlos apertos & Ieſum ſtantem à dextris virtutis Dei, Haleluia.

Act. 7.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthæum.

cap. 23. IN illo tempore. Dicebat Ieſus turbis Iudęorum, & Principibus ſacerdotum. Ecce, ego mitto ad vos prophetas, & ſapiẽtes, & ſcribas: & ex illis occidetis, & crucifigetis: & ex eis flagellabitis ĩ ſinagogis veſtris, & perſequemini de ciuitate in ciuitatem: vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terram: à ſanguine Abel iuſti, vſq; ad ſanguinẽ Zachariæ filij Barachiæ, quem occidiſtis inter templum, & altare. Amen dico vobis: venient hæc omnia ſuper generationẽ iſtã. Ieruſalẽ Ieruſalẽ, quę occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt: quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina cõgregat pullos ſub alas: & noluiſti? Ecce, relinquetur vobis domꝰ veſtra deſerta. Dico eñ vobis: non me videbitis amodo, donec dicatis, Benedictus qui venit in nõie Domini. C redo.

Offer. Elegerunt Apoſtoli Stephanum leuitam, plenum fide & ſpiritu ſancto: quem lapidauerunt Iudæi orantẽ, & dicẽtẽ: Domine Ieſu ſuſcipe ſpiritum meum, haleluiah. Secreta.

SVſcipe Domine munera, ꝑ tuorum commemoratione ſanctorum: vt ſicut illos paſſio glorioſos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos. Per Dom.

Pro Natiuit. Domini. Secreta. O blata Domine munera. f. 12.

Communio. VIdeo cœlos apertos, & Ieſum ſtantem à dextris virtutis Dei: Domine Ieſu, ſuſcipe ſpiritum meum, & ne ſtatuas illis hoc peccatũ.

Act. 7.

Poſtcommunio.

AVxilientur nobis Domine ſumpta myſteria: & intercedẽte beato Stephano ꝑthomartyre tuo: ſempiterna nos protectione cõfirmẽt. Per.

Pro Natiuit. Poſtcommunio. P ræſta quæſumus. folio 12.

¶ In

die 27. ¶ In ſancti Iohannis Apoſtoli & Euangeliſtæ.

Statio ad ſanctã Mariam maiorem. Introitus.

Eccl. 15.

IN medio Eccleſiæ aperuit os eius: & impleuit eum Dñs ſpiritu ſapientiæ, & intellectus: ſtolam

ps 91. gloriæ induit eum. ℣. Bonum eſt cõfiteri Dño:& pſallere noĩ tuo altiſſime. ℣. Gloria. Oro.

ECcleſiã tuã Dñe benignus illuſtra: vt beati Iohannis Apoſtoli tui & Euangeliſtæ illuminata doctrinis : ad dona perueniat ſempiterna. Per Do. Deinde fit cõme. de Nat. & de ſancto Stephano.vt ſup. fo. 12.

Lectio libri Sapientiæ.

Eccle. cap. 15.

QVi timet Deum , faciet bona : & qui continens eſt iuſtitię, apprehendet illam: & obuiabit illi quaſi mater honorificata. Cibabit illum pane vitæ,& intellectus:& aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illũ. Et firmabitur in illo,& nõ flectetur:& continebit illũ, & nõ cõfundetur : & exaltabit illum apud proximos ſuos. In medio Eccleſiæ aperuit os eiꝰ: & implebit eum Dñs ſpiritu ſapientiæ & intellectus: & ſtolam gloriæ induet eum : Iucũditatẽ & exultationẽ theſaurizabit ſuper eum , & nomine æterno hæreditabit illum Dominus Deus noſter. Gradua. Exijt ſermo inter fratres,quòd discipulus ille non moritur: & non dixit Ieſus nõ moritur. ℣. Sed ſic eũ volo manere donec veniam,tu me ſequere. Halleluiah, halelu. ℣. Hic eſt diſcipulus ille, q̃ teſtimoniũ perhibet de his : & ſcimus, quia verum eſt teſtimonium eius,hal.

Ioã. 21.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Iohannem.

cap. 21.

IN illo tempore. Dixit Ieſus Petro: Sequere me.Cõuerſus Petrus , vidit illũ diſcipulum , quẽ diligebat Ieſus , ſequentẽ : qui & recubuit in cœna ſuper pectus eius,& dixit : Dñe,quis eſt, qui tradet te? Hunc ergo cum vidiſſet Petrus, dixit Ieſu . Dñe, hic autem quid ? Dicit ei Ieſus. Sic eum volo manere , donec veniam.Quid ad te? Tu me ſequere. Exijt ergo ſermo iſte inter fratres,quòd diſcipulus ille nõ moritur. Et nõ dixit ei Ieſus,quia non moritur: ſed ſic eum volo manere donec veniã , quid ad te? Hic eſt diſcipulus ille , qui teſtimonium perhibet de his: & ſcripſit hęc.

Et

Et scim⁹, quia verum est testimonium eius. Credo. Offert. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus, quæ in Libano est, multiplicabitur. Secreta.

SVscipe Dñe munera, quæ in eius tibi solennitate deferimus: cuius nos cõfidimus patrocinio liberari. Per Domi. Deinde fit cõme. de Nati. & de sancto Stephano. vt sup. fo. 12.

r. Cõm. Exijt sermo inter fratres, quòd discipulus ille nõ moritur: & nõ dixit Iesus, nõ moritur, sed sic eum volo manere donec veniam. Postcommu.

REfecti cibo potuq́; cęlesti Deus noster, te supplices deprecamur: vt in cuius cõmemoratione pcepimus, eius muniamur & precibus. Per Dom. Deinde de Natiuitate, & de sancto Stephano. vt sup. fo. 12.

¶In festo Sãctorũ Innocentiũ. Statio ad sanctũ Paulũ. Introit.

EX ore infantiũ De⁹ & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos. ps. Domine Dñs noster, quã admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. ℣. Gloria pri. Non dr̃ Gloria in excelsis. nec Halelu-

s 8. iah. nec Ite missa est. nisi hoc festum venerit in Dominica: sed in Octa. semper dñr. Oro.

DEus, cuius hodierna die pconium innocẽtes martyres non loquẽdo, sed moriẽdo confessi sunt: oĩa in nobis vitiorum mala mortifica: vt fidem tuã, quam lingua nostra loquitur: etiam moribus vita fateatur. Per Dominum nr̃m. Deinde pro Natiuitate, pro sancto Stephano protomarty. & pro sancto Iohãne. vt supra. Lcto libri Apoca. btĩ Io. Apost.

IN dieb⁹ illis. Vidi supra montem Sion agnum stantem, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habẽtes nomẽ eius, & nomẽ patris eius scriptum in frontibus suis. Et audiui vocẽ de cœlo, tanquã vocẽ aquarum multarum: & tãquã vocẽ tonitrui magni. Et vocem quã audiui, sicut citharędorũ citharizãtium in citharis suis. Et cantabãt quasi canticũ nouum ante sedem Dei, & ante quatuor animalia, & seniores. Et nemo poterat dicer̃ cãticũ, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, q̃ empti sunt de terra. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati. Virgines enim sunt. Hi sequũtur agnum, quocumq; ierit. Hi empti sunt ex hominibus primi-

cap. 14.

tiæ

mitiæ Deo & agno: & in ore ipsorum non est inuentum mendaciũ. Sine macula enim sunt ante thronum Dei. ¶ Graduale.

ps 123. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venãtium. ℣. Laqueus cõtritus est, & nos liberati sumus. Adiutorium nostrum in noĩe Dñi, qui fecit cœlum & terram. Haleluia, hale.

ps 112. ℣. Laudate pueri Dominum, laudate nomen Domini, hale.

Tractus subscriptus semper dr̃ ꝑtermisso Haleluiah, nisi hoc festum venerit in Dominica. In Octaua vero nũquã dicitur

ps 78. Tractus. Effuderunt sanguinẽ sanctorũ, velut aquã in circuitu Ierusalem. ℣. Et non erat qui sepeliret. ℣. Vindica Dñe sanguinẽ sanctorum tuorum, qui effusus est super terram.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

cap. 2. IN illo tẽpore. Angelus Dñi apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge, & accipe puerũ, & matrẽ eius, & fuge in Ægyptum: & esto ibi, vsq; dum dicam tibi. Futurum est enim, vt Herodes quęrat puerũ ad perdendum eum. Qui cõsurgens, accepit puerum, & matrẽ eius nocte: & secessit in Ægyptum. Et erat ibi vsq; ad obitũ Herodis: vt adimpleretur quod dictum est à Dño per Prophetã dicentẽ: Ex Ægypto vocaui filium meum. Tunc Herodes, videns, qm̃ illusus esset à Magis: iratus est valde. Et mittens, occidit oẽs pueros, qui erant in Bethlehem, & in oĩbus finibus eius, à bimatu, & infra, secundũ tẽpus, quod exquisiuerat à Magis. Tunc adimpletum est quod dictũ est per Hieremiam prophetã, dicẽtẽ. Vox in rama audita est, ploratus & vlulatus multus, Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. Credo. Offertoriũ.

Osc. 11.

cap. 31.

Anima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venantiũ: laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Secreta.

ps 123.

SAnctorum tuorum Dñe nobis pia nõ desit oratio, quæ & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiã semper obtineat. Per Dominum. Deide pro Nat. ꝑ S. Stephano, & pro S. Iohãne, vt sup. Cõmu.

Hier. 31. Vox in rama audita est ploratus & vlulatus multus, Rachel plorans filios suos: & noluit cõsolari, quia non sunt. Postcõ.

VOtiua Dñe dona percepimus: quæ sanctorum nobis precibus & præsentis q̃s

vitæ

vitæ pariter & æternæ, tribue conferre subsidium. Per Dñm.

Deinde pro Nat. pro S. Stephano, & pro S. Iohanne. vt supra.

¶ Si festũ S. Thomæ venerit in Dñica trãsfertur ĩ sequẽté diẽ.

In festo sancti Thomæ episcopi, & martyris. Introitus.

GAudeam⁹ oẽs ĩ dño diem festũ celebrantes sub honore beati Thomæ martyris: de cuius passione gaudẽt Angeli, & collaudãt filiũ Dei. ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

ps 32.

DEus, ꝓ cuius ecclesia gloriosus pontifex Thomas gladijs impiorũ occubuit: ꝑsta ꝙs: vt oẽs, qui eius implorant auxiliũ, petitionis suæ salutarẽ consequantur effectum. Per. Pro Natiuitate Dñi. Oremus.

COncede, ꝙs oꝑs Deus: vt, nos vnigeniti tui noua ꝑ carnem natiuitas liberet, quos sub peccati iugo vetusta seruit⁹ tenet. Pro sancto Stephano.

DA nobis, ꝙs Dñe, ĩmitari quod colim⁹: vt discam⁹ & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorare dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Pro sancto Iohanne.

ECclesiam tuã Domine benignus illustra: vt beati Iohannis Apostoli tui & Euãgelistæ illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna.

Pro Innocentibus.

DEus, cuius hodierna die præconium Innocentes martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt: oĩa in nobis vitiorum mala mortifica: vt fidem tuam, quã lingua nostra loquitur, etiam morib⁹ vita fateatur. Per Dominum.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebrços.

FRatres. Omnis pontifex ex hominibus assumptus, ꝓ hominibus cõstituitur in his, quæ sunt ad Deum: vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Qui condolere possit his, qui ignorant, & errant: qm̃ & ipse circundatus est infirmitate. Et propterea debet, quẽadmodũ pro populo, ita etiã pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorẽ: sed qui vocatur à Deo, tanquã Aaron. Sic & Christus non semetipsũ clarificauit, vt põtifex fieret: cap. 5.

fieret: sed qui locutus est ad eũ, Filius meus es tu: ego hodie genui te. Quemadmodum & in alio loco dicit: Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinẽ Melchisedech. Graduale.

Eccl. 44 Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. ℣. Nõ est inuentus similis illi, qui cõseruaret legẽ excelsi. Haleluia, haleluia. ℣ Ego sum pastor bonus: & cognosco oues meas, & cognoscunt me meę. Haleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Iohannem.

cap. 10. IN illo tempore: Dixit Iesus Pharisæis. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autem & qui non est pastor, cuius non sunt oues ꝓpriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit, & dispergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est: & non pertinet ad eũ de ouibus. Ego sum pastor bonꝰ: & cognosco oues meas: & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem, & animã meã pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere: & vocem meam audient: & fiet vnũ ouile, & vnus pastor. Credo. Offertorium.

Posuisti Dñe in capite eius co ꝓs 20. ronã de lapide ꝓtioso: vitã petijt à te, & tribuisti ei, hale. Sec.

MVnera tibi Dñe dicata sanctifica, & intercedẽte beato Thoma martyre tuo, atq; pontifice: per eadem nos placatus intende. Per Dominũ.

Pro Natiuitate. Oremus.

OBlata Dñe munera, noua vnigeniti tui Natiuitate sanctifica: nosque à peccatorũ nostrorum maculis emunda.

Pro sancto Stephano. Secreta.

SVscipe Domine munera ꝓ tuorum commemoratione sanctorum: vt sicut illos passio glorioſos effecit: ita nos deuotio reddat innocuos.

Pro sancto Iohanne.

SVscipe Domine munera, quæ in eius tibi solennitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari.

Pro Innocentibus.

SAnctorum tuorum nobis Dñe pia non desit oratio: quæ & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per Do.

Cõmu. Ego sum pastor bonꝰ, Ioã. 10. & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Postcõmu.

Hæc

HÆc nos communio Dñe purget à crimine: & ĩtercedẽte beato Thoma martyre tuo, atq; pontifice, cœlestis remedij faciat esse consortes. Per.

Pro Natiuitate. Oremus.

PRæsta q̃s, op̃s Deus: vt nat⁹ hodie Saluator mũdi: sicut diuinæ nobis generationis est auctor, ita & immortalitatis sit ipse largitor. Pro S. Stephano.

AVxilientur nobis Domine sumpta mysteria: & intercedente beato Stephano protomartyre tuo, sempiterna nos protectione confirment.

Pro sancto Iohanne.

REfecti cibo potuq́; cœlesti De⁹ nr̃: te supplices deprecamur: vt in cuius hæc cõmemoratione pcepim⁹, ei⁹ muniamur & p̃cibus. Pro Innocẽtib⁹.

VOtiua Dñe dona percepimus, q̃ sanctorũ nobis precibus, & præsentis q̃s vitæ pariter & æternæ tribue conferre subsidium. Per Dominũ.

¶Si festum Natiuit. Dñi, sancti Stephani, sancti Iohannis Euãgelistæ, & sanctorum Innocentium, venerit ĩ Dñica, ipsa die nihil fit de Dñica: sed die proximo post festũ sancti Thomæ martyris dr̃ Missa de Dñica. Si aut̃ festũ sc̃ti Thomæ venerit in Dñica, dr̃ Missa de Dñica cũ cõme. de alijs octauis, & festũ sancti Thomæ transfertur in secundam feriam. Si vero post festum Sancti Thomæ fuerit Sabbathum, ipsa die Sabbathi dr̃ Missa de octaua Natiuit. cũ cõmem. de alijs octauis. Et in die sancti Siluestri fit officium de festo cum cõmemoratione de Dominica, & de Octauis.

¶Missa de Dñica infra Octauã Natiuitatis Domini. Introitus.

DVm medium silentiũ tenerent oĩa, & nox in suo cursu medium iter haberet: omnipotens sermo tuus Dñe de cęlis à regalibus sedibus venit. ℘s. Dñs regnauit decorem indutus est: indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se. ℣. Gloria patri. Oratio. Sap. 18. ℘s 92.

Omnipo-

OMps sempiterne Deus, dirige actus nostros in beneplácito tuo: vt in nomine dilecti filij tui, mereamur bonis operibus abundare. Per eund. Et fit cõmemoratio de octauis, quas habes in die Sancti Thomæ epiſcopi & mar. ſup. f. 14.

Lectio Epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Galatas.

cap. 4. FRatres. Quanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo, cum ſit Dominus omnium: ſed ſub tutoribus, & actoribus eſt, vſque ad præfinitum tempus à patre. Ita & nos, cũ eſſemus paruuli ſub elementis mũdi huius eramus ſeruientes. At vbi venit plenitudo tẽporis, miſit Deus filiũ ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant, redimeret: vt adoptionem filiorum reciperem⁹. Qm̃ autem eſtis filij Dei, miſit Deus ſpiritum filij ſui, in corda veſtra clamantem, Abba pater. Itaque iam non eſt ſeruus, ſed filius. Quod ſi filius, & hæres per Deum.

Graduale.

ps 44. SPecioſus forma præ filijs hominum: diffuſa eſt gratia in labijs tuis. ℣. Eructauit cor meũ verbum bonũ, dico ego opera mea regi: lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis.

Halleluiah, halleluia. ℣. Dominus regnauit, decorem induit: induit Dominus fortitudinẽ, & præcinxit ſe virtute, halelu. ps 92.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.

cap. 2. IN illo tempore. Erãt Ioſeph & Maria mater Ieſu, mirantes ſuper his, quæ dicebãtur de illo. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariã matrẽ eius, Ecce poſitus eſt hic in ruinam: & in reſurrectionem multorũ in Iſrael, & in ſignum cui contradicetur: & tuã ipſius animã pertranſibit gladius, vt reuelẽtur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna prophetiſſa, filia Phanuel, de tribu Aſer: hæc proceſſerat in diebus multis, & vixerat cum viro ſuo annis ſeptem à virginitate ſua. Et hæc vidua erat vſque ad annos octogintaquatuor, quæ nõ diſcedebat de templo, ieiunijs, & obſecrationibus ſeruiẽs nocte, ac die. Et hæc ipſa hora ſuperueniens, confitebatur dño, & loquebatur de illo omnib⁹, qui expectabant redemptionẽ Iſrael. Et vt perfecerunt oĩa ſecundum legẽ Dñi, reuerſi ſunt in Galilæam, in ciuitatem ſuã Nazareth. Puer autẽ creſcebat,

& con-

& confortabatur plenus sapiẽ tia: & gratia Dei erat in illo.

ps 92. Credo Offer. Dẽ firmauit orbem terræ, qui nõ cõmouebit: parata sedes tua Deus: ex tunc à sæculo tu es. Secreta.

COncede quæsumus oĩpotẽs Deus: vt oculis tuę maiestatis munus oblatum, & gratiam nobis pię deuotionis obtineat, & effectum beatæ perennitatis acquirat. Per Dominũ.

Cõmemorationes secretas de octauis habes in die Sãcti Thomæ epiſcopi, & martyris. vt supra. folio 15. Commu. Tolle

Mat. 2. puerum & matrem eius, & vade in terram Israel: defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri. Postcommunio.

PEr huiꝰ domine operationẽ mysterij, & vitia nostra purgentur, & iusta desideria compleantur. Per Dominum.

Postcommuniones pro cõmemora. octauarũ habes in Missa S. Thomæ epi & martyr. fo. 15.

MISSA DE OCTAVA Natiuitatis Dñi. Introit.

Isa. 9. PVer natus est nobis, & filius datus est nobis, cuius imperium super humerum eius: & vocabitur nomen eius magni consilii an

gelus ps. Cantate domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. ℣. Gloria patri. Oratio.

COncede, qs, ops Deus: vt nos vnigeniti tui noua p carnem Natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. Per. Commemorat. pro alijs octauis require supra in Missa S. Thomæ. folio. 15.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Titum.

CArissime. Apparuit benigcap. 3. nitas & humanitas Saluatoris nostri Dei: non ex operibus iustitię q fecimꝰ nos, sed secundum suam misericordiã saluos nos fecit: per lauacrum regenerationis, & renouationis spiritus sancti: quẽ effudit in nos abunde, per Iesum Chm Saluatorem nostrum: vt iustificati gratia ipsius, hæredes simꝰ secundum spẽ, vitæ æternæ. In Chro Iesu Dño nostro. Grad. Viderunt omnes fines terræ ps 97. salutare Dei nostri: iubilate Deo omnis terra. ℣. Notũ fecit Dñs salutare suum: ante cõspectum gentium reuelauit iustitiam suam. Halelu. halelu. ℣. Dies sanctificatus illuxit nobis: venite gẽtes, & adorate Dominũ: quia hodie descẽdit lux magna super terram, Halelu.

Euangeliũ. Pastores loquebantur ad inuicẽ. vt sup. in secũda missa Nati. f. 10. & dr̃ Credo.

ps 88. Offer. Tui sunt cœli, & tua est terra: orbẽ terrarũ, & plenitudinẽ eius tu fundasti: iustitia & iudiciũ ꝑparatio sedis tuę. Sec.

OBlata Domine munera, noua vnigeniti tui natiuitate sanctifica: nosque à peccatorum nostrorum maculis emũda. Per eundem Dominũ.

Commemorationes pro alijs octauis require supra. fol. 15.

ps 97. Cõmu. Viderũt oẽs fines terræ salutare Dei nostri. Postcõmu.

PRæsta, q̃s, omnipotẽs De⁹, vt nat⁹ hodie saluator mũdi, sicut diuinæ nobis generationis est auctor, ita & ĩmortalitatis sit ipse largitor. Qui tec.

Commemorationes pro alijs Octauis require vt sup. fol. 15.

¶ Si festum sancti Siluestri in Dñica venerit, dr̃ Missa de eo, & cõm. de Dñica, & de Octau.

¶ In die sancti Siluestri Papæ, & Confessoris. Introitus.

ps 13.

SAcerdotes tui Domine induãt iustitiã, & sancti tui exultent, ꝓpter Dauid seruum tuum nõ auertas faciẽ Christi tui. ℣. Memento Dñe Dauid, & omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria pri. Oratio.

DA quæsumus, omnipotẽs De⁹: vt beati Siluestri cõfessoris tui, atq; pontificis veneranda solẽnitas, & deuotionẽ nobis augeat, & salutẽ. Per. Et fit cõmemoratio de Natiuitate, & alijs octa. vt sup. f. 15.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Timot.

CAriſſime. Testificor corã Deo, & Christo Iesu', qui iudicaturus est viuos, & mortuos, per aduentum ipsius, & regnum eius. Prædica verbũ: insta opportune, importune: argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina. Erit enim tempus, cum sanam doctrinam nõ sustinebunt: sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus: & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac euangelistæ, ministerium tuum imple, sobrius esto. Ego enim iam delibor, & tempus meæ resolutionis instat. Bonum certamen certaui: cursum consummaui: fidem seruaui. In reliquo, re-

2. cap. 4

posita

posita est mihi corona iustitiæ: quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. Non solum autem mihi: sed & his, qui diligunt aduentum eius.

Ecc. 44. Graduale. E cce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, ℣. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. H aleluiah, haleps 88. luiah. ℣. Inueni Dauid seruũ meum, oleo sancto meo vnxi eum, haleluiah.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

cap. 12. IN illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Et vos similes hominibus expectantibus Dñm suum, quando reuertatur à nuptijs: vt cũ venerit, & pulsauerit, confestim aperiãt ei. Beati serui illi, quos cũ venerit Dñs, inuenerit vigilantes. Amẽ dico vobis, quòd p̃cinget se, & faciet illos discũbere, & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit: beati sunt serui illi. Hoc autẽ scitote: qm̃ si sciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & nõ sineret pfodi domũ suã. Et vos estote parati, quia qua hora nõ putatis, filius hominis veniet. C redo. Offertorium.

I nueni Dauid seruum meum, ps 88. oleo sancto meo vnxi eũ: manꝰ eṁ mea auxiliabitur ei, & brachiũ meũ cõfortabit eũ. Secre.

SAncti tui nos dñe, q̃s, vbiq; lætificent: vt dum eorũ merita recolimus patrocinia sentiamus. Per Dominum nost. Pro Natiuit. & alijs octa. regre supra. fol. 15. Communio.

Beatus seruus, quem cum venerit Dñs, inuenerit vigilantẽ: amẽ dico vobis, super oĩa bona sua cõstituet eum. Matt. 24. Postcõmu.

PRæsta, q̃s, ops Deus: vt de pceptis munerib⁹ gr̃as exhibẽtes, intercedẽte btõ Siluestro cõfessore tuo, atq; põtifice beneficia potiora sumamus. Per. Pro Natiuit. & alijs Octauis require postcõmuniones supra.

IN DIE CIRCVNCISIONIS & in oct. Natiuit. Domini.

Statio ad sanctam Mariã trans Tiberim. Introitus.

Isa. 9. PVer natus est nobis, & filius datus est nobis, cuius imperium super humerũ eius: & vocabit nomen eius magni
ps. 97. consilij angelus. Psal. Cantate Dño canticum nouum, qa mirabilia fecit. ℣. Gloria. Oratio.

DEus, qui salutis ęternæ, btę Mariæ virginitate fęcũda, humano generi ꝑmia ꝑstitisti: tribue qs: vt ipsã ꝑ nobis itercedere sẽtiam⁹, p q meruimus authorẽ vitę susc̃ipere, Dñm nostrum Iesum Christũ.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Titum.

cap. 2. CAriss̃ime. Apparuit gr̃a Dei saluatoris nr̃i oĩb⁹ hominib⁹, erudiẽs nos: vt abnegãtes impietatẽ, & sæcularia desideria: sobrie, & iuste, & pie viuamus in hoc sęculo: expectantes beatã spẽ, & aduẽtũ gloriæ magni Dei, & saluatoris nr̃i Iesu Chr̃i: qui dedit semetipsum ꝓ nobis: vt nos redimeret ab oĩ iniqtate: & mũdaret sibi populũ acceptabilẽ, sectatorẽ bonorũ operum. Hęc loquere, & exhortare: ĩ Chr̃o Iesu Dño nr̃o.

Grad. Viderunt oẽs fines terrę ps. 79. salutare Dei nr̃i iubilate Deo omnis terra. ℣. Notũ fecit dñs salutare suũ: ante conspectum gentium reuelauit iustitiã suã. Halelu. halelu. ℣. Multifarie Heb. 1. olim Deus loquens p̃ribus in ꝓphetis, nouissime dieb⁹ istis locutus est nobis in filio, hale.

Seq. sc̃ti Euang. secũdũ Lucam.

IN illo tpe. Postq̃ cõsummati cap. 2. sunt dies octo vt circũcidere tur puer: vocatũ est nomẽ eius Iesus. Qđ vocatũ est ab angelo, priusquam in vtero cõciperet. Credo. Offer. Tui sunt cęli, & ps. 88. tua est terra: orbem terrarum, & plenitudinem eius tu fundasti, iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ. Secreta.

MVnerib⁹ nostris, q̃s Domine, precibusq; susceptis: & cęlestib⁹ nos mũda mysterijs, & clemẽter exaudi. Per.

Commu.

ps 97. Cõmu. Viderunt oẽs fines terræ ſalutare Dei noſtri. Poſtcõ.

HÆc nos cõio Dñe purget à crimine: & intercedẽte btã virgine Dei genitrice Maria, cœleſtis remedij faciat eſſe cõſortes. Per. Si aliqua ex his octa. in Dñica venerit, fit offm de oct. de Dñica vero nihil fit.

¶ In octaua S. Stephani totum officium Miſſæ dr ſicut in die præter orationem, quæ ſequitur. Et dicitur Credo. Oratio.

OMnipotẽs ſẽpiterne Deꝰ, qui primitias martyrum ĩ beati leuitæ Stephani ſanguine dedicaſti: tribue, qs: vt pro nobis interceſſor exiſtat, qui ꝓ ſuis etiam perſecutoribus exorauit Dñm nrm Ieſum Chrm. Et fit cõ. de S. Iohã. & de Innoc.

¶ In octaua S. Iohãnis officium Miſſæ dicitur ſicut in feſto eiꝰ. Et dicitur Credo. Prima oro de die, ſecunda de Innocẽtibꝰ.

¶ In oct. SS. Inno. offm Miſſę dr ſicut in die, addito Gloria in excel. Halelu. & Ite Miſſa eſt. dicũtur, & nõ dicitur Credo.

¶ In vigilia Epiphaniæ. Introi.

DVm medium ſilẽtium tenérẽt oĩa, & nox in ſuo curſu mediũ iter pageret, omnipotẽs ſermo tuus, Domine, de cęlis à regalibꝰ ſedibus venit. ps. Dñs regnauit decorem induit: induit Dominus fortitudinem, & pręcinxit ſe virtute. ℣. Gloria pri. Oro.

ps 92.

OMnipotẽs ſẽpiterne Deꝰ, dirige actus noſtros ĩ beneplacito tuo: vt ĩ noe dilecti filij tui mereamur bonis operibus abundare. Per eundem. Secunda oro dr de ſancta Maria. Deus qui ſal. Tertia cõtra pſecutores Eccleſiæ. E vel ꝓ Papa. Deꝰ om. vt ĩf. f. 22.

Lectio Epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Galatas.

FRatres. Quanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo, cũ ſit Dominus omnium, ſed ſub tutoribus & actoribus eſt, vſque ad pfinitũ tẽpus à patre. Ita & nos cũ eſſemus paruuli ſub elemẽtis mũdi huius eramus ſeruientes. At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factũ ex muliere, factum ſub lege: vt eos qui ſub lege erant, redimeret: vt adoptionem filiorum reciperemus. Quoniã autẽ eſtis filij Dei, miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra clamantem, Abba, pater. Itaque iam non eſt ſeruus, ſed filius. Quod ſi filius, & hæres per Deum.

ap. 4.

ps 44. Gradua. Speciosus forma præ filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis. ℣. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi: lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. Haleluiah, halelu.

ps 92. ℣. Dominus regnauit, decorē induit: induit Dominus fortitudinem, & præcinxit se virtute, Haleluiah.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

mp 2. IN illo tēpore. Defuncto Herode, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph in Ægypto, dicens. Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Israel. Defuncti sunt enim, qui quærebant animā pueri. Qui consurgens, accepit puerum & matrē eius: & venit in terrā Israel. Audiens autē, quòd Archelaus regnaret in Iudæa ꝓ Herode patre suo, timuit illo ire. Et admonitus in somnis, secessit in partes Galileæ. Et veniēs habitauit in ciuitate, quæ vocatur Nazareth: vt adimpleretur quod dictum est per Prophetas: quoniā Nazareus vocabitur. Offertoriū.

ps 92. DEus firmauit orbem terræ, qui non commouebitur: parata sedes tua Deus ex tunc, à sæculo tu es. Secreta.

COncede quæsumus oīpotens Deus: vt oculis tuæ maiestatis munus oblatum, & gratiam nobis piæ deuotionis obtineat, & effectum beatæ perennitatis acquirat. Per Do. Secunda secreta de sctā Maria. Muneribus. Tertia cōtra persecutores Ecclesię. Protege. vel ꝓ Papa. Oblatis. vt infra. f. 21. Cōmu. Tolle puerum, & matrem eius, & vade in terram Israel: defuncti sunt enim qui q̄rebant animam pueri. Mal. 2 Postcō.

PEr huius Dñe operationē mysterij, & vitia nostra purgentur, & iusta desideria compleantur. Per Dominum nost. Secunda Postcōmunio de sancta Maria. Hæc nos. Tertia contra persecutores Ecclesiæ. Quæsumus. vel ꝓ Papa. Hæc nos quęsumus. vt infra. fo. 22.

IN

IN EPIPHANIA DOMINI.

Statio ad ſanctũ Petrũ. Introit.

Mal. 3. ECce aduenit dñator Dñs, & regnũ in manu eius, &
ps 71. poteſtas, & imperium. ℣. Deꝰ iudiciũ tuũ Regi da, & iuſtitiã tuã filio Regis. ℣. Gloria. Oro.

DEus, q̃ hodierna die vnigenitum tuum gentibns ſtella duce reuelaſti: concede propitius: vt, qui iam te ex fide cognouimus, vſque ad contemplandam ſpeciem tuæ celſitudinis perducamur. Per eũd.

Lectio Iſaiæ Prophetæ.

SVrge, illuminare Ieruſalé: quia venit lumẽ tuũ, & gloria Dñi ſuper te orta eſt. Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos. Super te autem orietur Dñs: & gloria eius in te videbitur. Et ambulabũt gentes in lumine tuo: & reges in ſplendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes iſti congregati ſunt, venerũt tibi. Filij tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere ſurgent. Tunc videbis & affluues: & mirabiť, & dilatabitur cor tuum: quando conuerſa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi. Inundatio camelorum operiet te, Dromedarij, Madian, & Epha. Omnes de Saba veniẽt, aurum & thus deferentes, & laudem Domino annunciantes. Grad. Iſa. 60.
OMnes de Saba venient, aurũ & thus deferentes: & laudem Dño annunciantes. ℣. Surge, & illuminare Ieruſalem, quia gloria Domini ſup te orta eſt.
HAlelu. hale. ℣. Vidimus ſtellã eius in oriẽte: & venimus cũ muneribus adorare dñm, hale. Mat. 2.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthæum.

CVm natus eſſet Ieſus ĩ Bethlehem Iudæ ĩ dieb⁹ Herodis Regis: Ecce Magi ab oriẽte venerunt Ieroſolymam, dicẽtes. Vbi eſt, qui natus eſt rex Iudæorũ? Vidimus enim ſtellam eius in oriẽte, & venimus adorare eum. Audiens autem cap. 2.

Herodes rex turbat⁹ est, & omnis Ierosolyma cū illo. Et congregans oēs principes sacerdotum & scribas populi: sciscitabatur ab eis, vbi Christ⁹ nascereretur. At illi dixerunt ei. In Bethlehem Iudę. Sic enim scriptū est per prophetam. Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda. Ex te enim exiet dux: qui regat populum meū Israel. Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligēter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis. Et mittens illos in Bethlehem, dixit. Ite, & interrogate diligenter de puero: & cum inueneritis, renunciate mihi: vt & ego veniēs, adorem eum. Qui cum audissent regem, abierunt. Et ecce stella, quam viderant in oriente, antecedebat eos, vsque dum veniens, staret supra, vbi erat puer. Videntes aūt stellā gauisi sunt gaudio magno valde. Et ītrantes domū, inuenerūt puerum cum Maria matre eius: *Et procidentes adorauerunt eum*. Et aptis thesauris suis, obtulerunt ei munera: aurum, thus, & myrrham. Et responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem: per aliam viam reuersi sunt in regionem suā. Credo.

hic genuflectitur.

Offer. Reges Tharsis & insulę munera offerent: reges Arabū, & Saba dona adducent: & adorabūt eum omnes reges terræ, oēs gentes seruiēt ei. ps. 71.

Secreta. Ecclesiæ tuæ, q̄sumus dn̄e, dona propitius intuere, quibus nō iam aurū, thus, & myrrha profert: sed quod eisdē muneribus declaratur, immolatur, & sumitur. Per domi.

Prefatio. Æternę Deus. Quia cum vnigenitus. Infra actionem. Cōmunicantes, & diē sanctissimū celebrātes, quo vnigenitus tuus. vt in p̄fationib⁹. Et dn̄r per octauā. Cōm. Vidimus stellā eius in oriente: & venimus cum muneribus adorare dominum. Mat. 2.

Postcommunio. Pręsta quęsumus omnipotens Deus, vt quæ solenni celebramus officio, purificatæ mentis intelligentia cōsequamur. Per do. Infra octauā Epiphaniæ fit idem officiū, quod ī die: & post orationem dici dn̄r orationes. Deꝰ qui salutis ęternæ. & Ecclesiæ tuæ. vel pro Papa. vt infra. fol. 1. De festis duplicibus, & semiduplicibus q̄ infra octauā veniunt, nihil tūc agitur, nisi in propria ecclesia, sed peracta octaua celebrātur: de simplicibus aūt fit tm̄ commemora-

memoratio. De Dominica infra octauam Epiphaniæ Missa dicitur vt infra. Quod si festũ Epiph. ĩ Dominica venerit, ipsa Missa Dominicæ dicitur in Sabbatho infra octa. & in octa. Epipha. nihil fit de Dominica.

DOMINICA infrà octauam Epiphaniæ.

Introitus.

IN excelso throno vidi sedere virũ, quẽ adorat multitudo angelorũ psallẽtes ĩ vnũ: ecce cuius ĩperij nomẽ est ĩ æternũ. ℣. Iubilate Deo oĩs terra: seruite dño in lætitia. ℣. Gloria patri, & filio.

ps 99.

Oratio.

VOta, quæsumus dñe, supplicãtis populi cælesti pietate prosequere: vt, & quę agẽda sunt videant, & ad implenda quæ viderint, conualescant. Per dominum no.

Pro comme. Epiphaniæ. Oratio. Deus, qui hodierna. vt supra. folio 20.

Lectio epistolæ B. Pauli Apostoli ad Romanos.

cap. 12.

FRatres. Obsecro vos per mĩam dei: vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctã, Deo placentẽ, rõnabile obsequiũ vestrum. Et nolite cõformari huic sæculo: sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt ꝓbetis, q̃ sit volũtas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Dico enim per gratiã Dei, quæ data est mihi: omnib⁹ qui sunt inter vos. Non plus sapere, quàm oportet sapere: sed sapere ad sobrietatẽ. Et vnicuique, sicut Deus diuisit mensuram fidei. Sicut enim in vno corpore multa mẽbra hẽmus, oĩa autem membra non eundem actum habent: ita multi vnũ corpus sumus in Christo, singuli aũt alter alterius membra, in Christo Iesu domino nostro.

Graduale. Benedictus dominus Deus Israel, qui facit mirabilia magna solus à sæculo.

ps 7.

℣. Suscipiant montes pacem populo tuo: & colles iustitiam.

ps 99.

Halelu. haleluiah. ℣. Iubilate Deo omnis terra: seruite domino in lætitia, Halelu.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

cap. 2.

CVm factus esset Iesus annorum duodecim, ascendentibus illis Ierosolymam secundũ consuetudinẽ diei festi, cõsumatisq; diebus cum rediret remãsit puer Iesus in Ierusalem,

ſalem, & noncognouerunt parentes eius. Exiſtimantes autẽ illũ eſſe in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eũ inter cognatos, & notos. Et nõ inuenientes, regreſſi ſunt in Ieruſalem, requirentes eum. Et factum eſt: poſt triduum inuenerunt illum in tẽplo ſedentẽ in medio Doctorum, audientem illos, & interrogantẽ. Stupebãt autẽ oẽs, qui eum audiebant, ſuper prudẽtia, & reſpõſis eiº. Et videntes admirati ſunt. Et dixit mater eius ad illum. Fili, quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamº te. Et ait ad illos. Quid eſt, quòd me quærebatis? Neſciebatis, quia ĩ his quæ patris mei ſunt, oportet me eſſe? Et ipſi nõ intellexerunt verbum, quod locutº eſt ad illos. Et deſcendit cum eis, & venit Nazareth: & erat ſubditº illis. Et mater eius conſeruabat oĩa verba hæc conferens in corde ſuo. Et Ieſus proficiebat ſapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines. C redo. Offertoriũ.

ps 99. I ubilate Deo omnis terra: ſeruite Domino in lætitia: intrate in conſpectu eius in exultatione, quia Dominus ipſe eſt Deus. Secreta.

O Blatum tibi Domine ſacrificiũ viuificet nos ſemper, & muniat. Per Dominum.

Pro Epiphania. Secreta.

E cclesiæ tuæ, vt ſupra. fol. 20.

Cõmu. F ili, quid feciſti nobis ſic? ego & pater tuus dolentes quærebamus te. Et quid eſt, qꝛ me quærebatis? Neſciebatis, qa in his, quæ patris mei ſunt, oportet me eſſe? Poſtcommu. Luc. 2.

S Vpplices te rogamus oĩpotens Deus: vt quos tuis reficis ſacramentis: tibi etiã placitis moribus dignanter deſeruire concedas. Per Dominum.

Pro Epiphania. Poſtcommu.

P ræſta, quæſumº, vt ſup. f. 20.

¶ In Octaua Epipha. Introitus.

E Cce aduenit dominator Dominus, & regnum in manu eius, & poteſtas, & imperiũ. ps. Deus iudicium tuum regi da, & iuſtitiam tuam filio regis. ℣. Gloria patri, & fil. Oratio. Mal 3. ps 71.

D Eus, cuius vnigenitus in ſubſtantia noſtræ carnis apparuit: præſta quæſumus: vt per eum, quem ſimilem nobis foris agnouimus: intus reformari mereamur. Qui teeũ.

Lectio Iſaiæ Prophetæ.

S urge,

S urge, illuminare Ierusalem. vt sup. in die Epiphaniæ. f. 20.

Isa. 60. Gradualę. O mnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudē Domino annunciātes. ℣. Surge, & illuminare Ierusalem, quia gloria Domini super te orta est. H alelu. halel.

Mat. 2. ℣. Vidimus stellā eius in oriēte: & venimus cum munerib⁹ adorare Dominum, haleluiah.

Sequentia sancti Euangelij secundum Iohannem.

cap. 1. IN illo tēpore. Vidit Iohānes Iesum venientē ad se, & ait. Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi. Hic est de quo dixi. Post me venit vir, q̄ ante me fact⁹ est: qa prior me erat, & ego nesciebam eum. Sed vt manifestetur ī Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. Et testimonium perhibuit Iohannes, dicens. Quia vidi spiritum descendentem quasi columbā de cœlo, & mansit super eum. Et ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit. Super quē videris spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est, qui baptizat in spiritu sancto. Et ego vidi: & testimoniū perhibui: quia hic est filius Dei.

ps 71. Credo. Offertorium. R eges Tharsis, & Insulæ munera offerrent: reges Arabum & Saba dona adducent: & adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruiunt ei. Secreta.

HOstias tibi Domine pro nati filij tui apparitione deferimus, suppliciter exorantes: vt sicut ipse nostrorum author est munerum: ita sit ipse misericors & susceptor, Iesus Chrs Dns noster. Qui tecum.

Cōmu. V idimus stellā eius in oriēte: & venimus cū muneribus adorare Dominū. Mat. 2. Postcō.

CÆlesti lumine, quæsum⁹ Domine, semper & vbiq; nos præueni: vt mysterium, cuius nos participes esse voluisti, & puro cernam⁹ intuitu, & digno pcipiam⁹ affectu. Per.

¶ Ab Octaua Epiphaniæ vsq; ad purificationē, nisi fuerit duplex, Secunda oratio dicitur de S. Maria, tertia cōtra persecutores Ecclesiæ, vel p̄ Papa, vt if.

De sancta Maria. Oratio.

DEus, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fęcunda, humano generi p̄mia p̄stitisti: tribue, q̄s: vt ipsam pro nobis intercedere sentiam⁹, p̄ quā meruimus authorē vitæ suscipere, Dn̄m n̄m Iesū Chr̄m filiū tuū.

Contra

Cõtra persecutores Eccle. Oro.

ECclesiæ tuæ, q̃sumus dñe, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per dominũ.

Vel pro Papa. Oratio.

DEus omnium fidelium pastor & rector, famulum tuum N. quem pastorem Ecclesię tuę pręesse voluisti, propitius respice: da ei, quæsum⁹, verbo & exemplo quibus prę-est, proficere: vt ad vitam, vna cum grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per domi.

Secrẽta de sancta Maria.

MVneribus nostris, q̃s domine, præcibusq́; susceptis: & cęlestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi.

PRotege nos dñe tuis mysterijs seruiẽtes: vt diuinis rebus inhęrentes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per do.

OBlatis, quæsumus domine, placare muneribus, & famulum tuũ N. quẽ pastorẽ Ecclesiæ tuæ p̃esse voluisti, assidua protectione guberna. Per.

Postcommu. de Sancta Maria.

HÆc nos cõmunio domine purget à crimine, & intercedente beata Dei genitrice Maria, cælestis remedij faciat esse consortes. Postcommunio.

QVæsumus domine Deus noster: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non finas subiacere periculis. Per. Postcõ.

HÆc nos quęsumus domine diuini sacramẽti perceptio protegat: & famulum tuum N. quem pastorẽ Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, vnà cũ cõmissio sibi grege saluet sem per & muniat. Per dominum.

¶ Si tẽpus breue fuerit ab octaua Epiphaniæ vsque ad Septuagesimam, ita quòd Dominicalia officia non possint expleri suis diebus, officia residuarũ Dñicarum, post secundã Dñicam post Epiphaniã, eo anno omittunt̃, & resumuntur (quo ad orationẽ, epistolam, & Euãgelium duntaxat) post vigesimã tertiam Dñicam post Pentecosten, vt ibi dicit̃ in rubrica.

¶ Si Dominica Septuagesimæ venerit sequẽti Dominica post octauam Epiphaniæ, in præcedenti Sabbatho, si non est impeditũ festo duplici, vel semiduplici, dicitur Missa de Dominica secunda post Epiphaniam, cum commemoratione festi simplicis in eo occurrẽtis.

Si

Si vero Sabbathū fuerit impeditum festo duplici vel semiduplici, tūc prima die post octauā Epiphaniæ dicitur Missa de secunda Dominica, & festum duplex vel semiduplex, transfertur in primam diem simili festo non impeditam.

DOMINICA SECVNDA post Epiphaniam. Introit.

Omnis terra adoret te Deus, & psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo altissime. ℘s. Iubilate Deo oīs terra, psalmum dicite noī eius: date gloriā laudi eius. ℣. Gloria p. dī G loria in excelsis. in Dominicis vsque ad Septuagesimam exclusiue, in festialibus vero diebus qñ. resumitur Missa de Dñica præterita non dicitur. Quod seruatur etiam post Pentecostē. Oratio.

ps 65

OMps sēpiterne Deus, qui cęlestia simul, & terrena moderaris: supplicationes populi tui clemēter exaudi, & pacē tuā nris cōcede tpibus. Per. O remus. D eus qui sal. 18. vel E celesiæ tuæ. vel D eus omnium. vt supra. folio 22.

Lcō epist. b. Pauli apost ad Ro.

FRatres. Habētes donationes, secundū grām q̄ data est nobis, differētes: siue ꝓphetiā secundū rōnē fidei: siue ministeriū ī ministrādo: siue qui docet ī doctrina: q̄ exhortatur in exhortādo, qui tribuit ī simplicitate: q̄ pēst ī solicitudine: q̄ miseret in hilaritate. Dilectio sine simulatione. Odientes malū: adhærentes bono. Charitatē fraternitatis inuicem diligentes: honore inuicem præuenientes. Solicitudine non pigri: spiritu feruentes: Dño seruientes: spe gaudentes: in tribulatione patientes: oroni instātes: necessitatibus sanctorū cōicātes: hospitalitatē sectātes. Bñdicite psequētib⁹ vos: bñdicite, & nolite maledicere. Gaudere cū gaudētib⁹: flete cū flētib⁹. Id ipsū inuicē sentientes. Nō alta sapientes: sed humilib⁹ cōsentientes. Grad. Misit dñs verbū suū, & sanauit eos: & eripuit eos ḋ interitu eorū. ℣. Cōfiteant dño mīę ei⁹, & mirabilia eius filiis hominū. Halelu hale. ℣. Laudate Dñm omnes angeli eius: laudate eū omnes virtutes eius. haleluiah. ¶ Sic dī Hale. cū versi. post graduale ab oct. Epiph. vsq; ad Septuag. & ab oct. Pentecostes vsq; ad

cap. 12.

ps 104.

ps 148.

ad Aduentum, etiã infra hebdomadam, quando resumitur Missa de Dominica.

Sequentia sancti Euangelij secundum Iohannem.

cap. 2. IN illo tempore. Nuptiæ factæ sunt in Cana Galileæ: & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autẽ Iesus, & discipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum, Vinum non habent. Et dicit ei Iesus: Quid mihi & tibi est mulier? Nõdum venit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quodcũque dixerit vobis, facite. Erant autẽ ibi lapideæ hydriæ sex positæ secũdum purificationem Iudæorum: capientes singulæ metretas binas, vel ternas. Dicit eis Iesus. Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsq; ad summum. Et dicit eis Iesus. Haurite nunc, & ferte Architriclino. Et tulerunt. Vt autem gustauit architriclinus, aquam vinum factam, & non sciebat vnde esset: ministri autem sciebant, qui hauserant aquã. Vocat sponsum architriclinus, & dicit ei. Omnis homo, primũ, bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id, quod deterius est. Tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc. Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galileæ: & manifestauit gloriam suam. Et credidertũt in eum discipuli eius.

C redo. Offertorium.

Iubilate Deo vniuersa terra: ps 65. psalmum dicite nomini eius: venite, & audite: & narrabo vobis, omnes qui timetis Deum, quanta fecit Dominus animæ meæ, Haleluia. Secreta.

OBlata Domine munera sanctifica, nosque à peccatorum nostrorum maculis emunda. Per Dominum nost. O remus. M uneribus nostris. vel P rotege, vel O blatis, vt supra. fol. 23. Communio.

DIcit Dominus, Implete hydrias aqua, & ferte architriclino: dum gustasset architriclinus aquam vinum factam, dicit sponso, Seruasti bonum vinum vsq; adhuc: hoc signum fecit Iesus primum, coram discipulis suis. Ioã. 2.

Postcommunio.

AVgeatur in nobis, quęsumus Domine, tuæ virtutis operatio: vt, diuinis vegetati sacramentis, ad eorum promissa capienda, tuo munere præparemur. Per Dominum. O remus. H æc nos cõio. vel Quæsum⁹. vel H æc nos. f. 22.

DOMI-

DOMINICA III. post Epiphaniam. Introitus.

ps 96.

Adorate Deū omnes angeli eius: audiuit, & lętata est Sion: & exultauerunt filię Iudæ. ps. Dominus regnauit, exultet terra: lætentur insulæ multæ. ℣. Gloria patri, & filio, &c. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus infirmitatē nostrā propitius respice: atque ad protegendum nos dexteram tuæ maiestatis extende. Per Dom. Alias orationes. Deus qui salutis. vt supra. folio 18.

Lectio epistolæ B. Pauli Apostoli ad Romanos.

cap. 12. FRatres. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos: Nulli malum pro malo reddētes: Prouidentes bona, non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus: Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus, pacem habentes. Non vosmetipsos defendentes, carissimi: sed date locum iræ. Scriptum est enim, Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit dominus. Deut. 32. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum. Si sitit, potū da illi. Hoc enim faciēs carbones ignis cōgeres sup caput eius. Noli vinci à malo: sed vince ī bono malum. Gradua. Timebunt gentes nomen tuum domine, & omnes reges terrę gloriam tuā. ps 101. ℣. Quoniam ędificauit Dominus Sion, & videbitur in maiestate sua. Haleluiah, halel. ℣. Dñs regnauit, exultet terra: lætentur insulæ multæ, halelu. ps 96.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore. Cum descēdisset Iesus de monte, secutę sunt eum turbę multæ. Et ecce leprosus veniens adorabat eū, dicens. Domine, si vis, potes me mundare. Et extendens manum Iesus, tētigit eum, dicēs. Volo. Mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi Iesus. Vide, nemini dixeris: sed vade, ostende te sacerdoti: & offer munus, quod præcepit Moyses in testimoniū illis. Cum autem introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogās eum, & dicens. Dñe, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Iesus: Ego veniam, & curabo eum. Et respondens Centurio cap. 8.

turio ait. Domine, non sum dignus, vt ītres sub tectum meū: sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Nā & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic, vade, & vadit: & alio veni, & venit: & seruo meo fac hoc, & facit. Audiens autē Iesus, miratus est, & sequētib⁹ se dixit. Amē dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, q̄ multi ab oriente, & occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cęlorū: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus, & stridor dentium. Et dixit Iesus Cēturioni. Vade, & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanat⁹ est puer in illa hora. Credo.

ps 117. Offer. Dextera Dñi fecit virtutem, dextera Dñi exaltauit me: non moriar, sed viuā: & narrabo opera Domini. Secreta.

HÆc hostia, q̄s Domine, emundet nostra delicta: & ad sacrificium celebrādum, subditorum tibi corpora, mentesq́ue sanctificet. Per dominū. Alias secretas. Muneribus nostris. &c. vt sup. f. 22. Comu.

Luc. 4. Mirabātur oēs de his, q̄ procedebant de ore Dei. Postcomu.

QVos tātis Dñe largiris vti mysterijs: quæsumus, vt effectibus nos eorum veraciter aptare digneris. Per. Alias Postcommun. Hæc nos communio. &c. vt supra. f. 22.

DOMINICA IIII. post Epiphaniam.

Introitus.

ps 96. ADorate Deū omnes Angeli eius: audiuit, & lætata est Siō: & exultauerunt filiæ Iudæ. ps. Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. ℣. Gloria pri. Oratio.

DEus, qui nos in tantis periculis constitutos, p̄ humana scis fragilitate non posse subsistere: da nobis salutē mentis & corporis: vt ea, quæ pro peccatis nr̄is patimur, te adiuuante vincamus. Per Dominū.

Orationes

Orationes alias quære supra. fol. 23. Si vero hæc Dominica venerit post festum, Purificat. dicitur secunda Oratio. A cunctis & tertia ad libitū sacerdo.

Lectio epistolæ B. Pauli Apostoli ad Roma. cap. 13.

FRatres. Nemini quicquā debeatis. Qui enim diligit proximū, legem impleuit. Nā, Non adulterabis: non occides: non furaberis: non falsum testimoniū dices: nō cōcupisces: & si qđ est aliud mādatū, in hoc verbo īstaurat: Diliges ꝓximū tuū sicut teipsum. Dilectio ꝓximi, malū nō operatur. Plenitudo ergo legis ē dilectio. Gra. ps 101. TImebunt gentes nomen tuū Domine, & omnes reges terræ gloriam tuam. ℣. Quoniā ædificauit Dñs Sion: & videbitur in maiestate sua. Hale. halel. ps 96. ℣. Dñs regnauit, exultet terra: lætentur insulæ multæ. Halel.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum. ca. 8.

INillo tpe. Ascendente Iesu in nauiculam, secuti sunt eū discipuli eius. Et ecce, motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus. Ipse vero dormiebat. Et accesserunt discipuli eius, & suscitauerunt eum dicentes: Domine salua nos, perimus: Et dicit eis. Quid timidi estis modicæ fidei? Tunc surgens imperauit ventis, & mari: & facta est tranqllitas magna. Porro hoīes mirati sunt, dicētes. Qualis est hic, qa vēti & mare obediunt ei? Credo. Offer. D extera Dñi ps 117. fecit virtutē, dextera dñi exaltauit me, dextera dñi fecit virtutē non moriar, sed viuam: & narrabo opera Domini. Secreta.

COncede, q̄s op̄s Deus: vt huiꝰ sacrificij munꝰ oblatum, fragilitatem nostram ab omni malo purget semper & muniat. Per Dominum nostr.

De sancta Maria cū alijs quære sup. f. 23. Commu. MIrabā Luc. 3. tur omnes de his, quę procedebant de ore Dei. Postcommu.

MVnera tua nos Deꝰ à delectationibꝰ terrenis expediant: & cœlestibus semper instaurent alimētis. Per Domi.

De sancta Maria cum alijs quære supra. folio 23.

DOMINICA QVINTA post Epiphaniam. Introit.

ADorate Deū oēs Angeli eius: audiuit, & lętata est Siō: & exultauerūt filiæ Iudæ. ps. Dñs re- ps 96 gnauit, exultet terra, lætent insulæ multæ. ℣. Gloria. Oratio.

FAmiliam tuam, q̃s Dñe, continua pietate custodi: vt quæ ī sola spe gratiæ cælestis ĩnititur, tua semper protectione muniatur. Per Do. Secunda Oratio. A cunctis. vt infra. Et tertia ad libitum sacerdotis.

Lectio epistolæ B. Pauli Apostoli ad Colossenses. cap. 3.

FRatres. Induite vos, sicut electi Dei sancti, & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiã, patientiã, supportantes inuicẽ, & donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem hẽt q̃relã. Sicut & Dñs donauit vobis: ita & vos. Super oĩa autem hęc charitatem habentes, quod est vinculum perfectionis. Et pax Christi exultet in cordibus vestris: ĩ qua & vocati estis ĩ vno corpore: & grati estote. Verbũ Christi habitet in vobis abũdãter, in oĩ sapientia. Docẽtes & commonentes vosmetipsos, in psalmis, hymnis, & cãticis spiritualibus, in gr̃a cãtãtes in cordibus vestris Dño. Oẽ quodcũque facitis in verbo aut in ope: oĩa in noĩe Dñi nr̃i Iesu Chr̃i facite, gr̃as agentes Deo & patri, per Iesum Chr̃m Dñm nostrum. Grad. Timebunt gẽtes nomen tuum Dñe, & omnes reges terrę gloriã tuam. ℣. Qm̃ ædificauit Dñs Sion: & videbitur ĩ maiestate sua. Hal. hal. ℣. Dñs regnauit, exultet terra: lætentur insulæ multæ, Halelu. ps 101. ps 96.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum. cap. 13.

IN illo tpe. Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile factum est regnũ cœlorum, hoĩ, qui seminauit bonũ semen in agro suo. Cum autẽ dormirent homines, venit inimicus eius, & superseminauit zizania ĩ medio tritici, & abijt. Cũ aũt creuisset herba, & fructũ fecisset: tũc apparuerũt & zizania. Accedẽtes aũt serui pr̃isfamilias, dixerunt ei. Dñe, nõne bonũ semen seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui aũt dixerunt ei. Vis imus, & colligimus ea? Et ait. Non: ne forte colligẽtes zizania, eradicetis cũ eis simul & triticũ. Sinite útraq; crescere vsque ad messem: & in tpe messis dicam messoribus. Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad cõburendũ: triticũ aũt congregate in horreũ meũ. C redo. Offer. Dextera Dñi fecit virtutem, dextera Dñi exaltauit me, dextera Dñi ps 117

fecit

fecit virtutē: nō moriar, sed viuā: & narrrabo opa Dñi. Secre. HOstias tibi Dñe placationis offerim⁹: vt, & delicta nr̄a miseratus absoluas, & nutātia corda tu dirigas. Per. Scda se
Luc 4. cre. Exaudi. f. 27. Cōm. Mirabantur omnes de his, q̄ procedebant de ore Dei. Postcōmu. QVæsumus ops Deus, vt illi⁹ salutaris capiam⁹ effectū: cui⁹ p hęc mysteria pignus accepimus. Per Do. Alia postcōmu. Munder. f. 28.

DOMINICA SEXTA post Epiphaniam. Introit.

s 96. Dorate Deū omnes angeli ei⁹: audiuit, & lętata est Sion: & exultauerūt filię Iudæ. ps. Dñs regnauit, exultet terra: lętentur insulæ multæ. ℣. Gloria. Oro. PRæsta quæsumus omnipotens Deus: vt semper rōnabilia meditantes, quę tibi sunt placita, & dictis exequamur, & factis: Per. Scda oro. Acūctis. f. 31. Tertia ad libitū sacerdot.
1.ca.1. Lect. Epi. b. Pauli Apo. ad Thes. FRatres. Gras agimus Deo semper p̄ oībus vobis: memoriā vestri faciētes in or̄onibus nr̄is sine ītermissione, memores operis fidei vestræ, & laboris, & Charitatis, & sustinētiæ spei dñi nr̄i Iesu Chr̄i, ante Deū, & patrē nostrū. Sciētes fratres dilecti, à Deo electionē vestrā: qa euāgeliū nostrum non fuit ad vos in sermone tātum, sed & in virtute, & ī spū sancto, & ī plenitudine multa: sicut scitis quales fuerimus ī vobis pp vos. Et vos imitatores nr̄i facti estis, & Dñi: excipiētes verbū ī tribulatione multa cū gaudio spūs sc̄ti: ita vt facti sitis forma oīb⁹ credētib⁹ ī Macedonia & ī Achaia. A vobis em̄ diffamat⁹ ē sermo dñi, nō solū ī Macedonia & ī Achaia, sed & ī oī loco fides vr̄a, q̄ est ad Deū p̄fecta ē, ita vt nō sit nobis necesse qc-q̄ loq. Ipsi em̄ de nobis annunciāt qualē introitū habuerim⁹ ad vos: & quo mō cōuersi estis ad Deum à simulacris, seruire Deo viuo & vero: & expectare filium eius de cœlis (quem suscitauit ex mortuis) Iesū, q̄ eripuit nos ab ira ventura. Grad. Timebūt gētes nomē tuū Dñe ps 101 & oēs reges terræ gloriā tuam. ℣. Quoniam ædificauit Dominus Sion, & videbitur in maiestate sua. Haleluiah, halelu.

ps. 96. ℣. Dñs regnauit exultet terra: lętentur insulæ multæ. Halel.

Seq.sc̃ti Euang. secũdũ Matth.

cap. 12. IN illo tpe: Dixit Iesus turbis parabolã hãc. Simile ẽ regnũ cęlorũ grano sinapis, qđ accipiẽs hõ seminauit ĩ agro suo: qđ minimũ quidẽ est oĩbus seminib⁹. Cũ aũt creuerit, maius est oĩbus oleribus: & fit arbor, ita vt volucres cœli veniant, & habitent in ramis eius. Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum cœlorũ fermẽto, qđ acceptum mulier abscõdit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totũ. Hæc oĩa locutus est Iesus in parabolis ad turbas, & sine parabolis nõ loquebat eis: vt impleretur qđ dictum est per prophetam, di-

ps 117. centem. Aperiam in parabolis os meum: eructabo abscondita à cõstitutione mundi. C redo. Offert. Dextera Dũi fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me: dextera Dñi fecit virtutem non moriar, sed viuam: & narrabo opera Domini. Secreta.

HÆc nos oblatio Deus mũdet, quæsumus, & renouet, gubernet, & protegat. Per.

Luc. 4 Communio. Mirabantur omnes de his, quæ procedebãt de ore Dei. Postcommunio.

CÆlestibus Domine pasti deliciis, q̃s: vt semper eadem, per quæ veraciter viuim⁹ appetamus. Per Dominum no.

DOMINICA in Septuagesima.

Statio ad sanctum Laurẽtium extra muros. Introit.

Ircũdederũt me gemit⁹ mortis: dolores ĩferni circũdederũt me: & ĩ tribulatione mea inuocaui Dñm: & exaudiuit de tẽplo sãcto suo vocem meam. ps. Diligã te Dñe fortitudo mea, Dñs firmamentum meu, & refugiũ meum, & liberator meus. Gloria pa. Non dr̃ Gloria in excel. à Dominica Septuagesimæ vsque ad Pascha, exceptis feria quinta ĩ cœna Domini, & Sabbatho sancto, & quando dicit missa de aliquo festo. Orano.

ps 17.

PReces populi tui, q̃s Dñe, clementer exaudi: vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur, pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per.

¶ Si Dñica Septuag. venerit ante festũ Purific. vel in ipsa die, secũda, & tertia oro dicant vt su-

Si

Si autem venerit post, dicatur secúda oratio ad poscēda suffragia sanctorum. Oratio.

A Cunctis nos, qs Dñe, mētis & corporis defende pericúlis: & intercedénte beata & gloriosa semperque virgine Dei genitrice Maria, cum beatis Apostolis tuis Petro, & Paulo, atq; beato N. & oībus sanctis, salutē nobis tribue benignus & pacem: vt destructis aduersitatib⁹ & erroribus vniuersis Ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Tertia oratio dicitur ad libitum sacerdotis, & simili modo fiat in Sexagesima, & Quinquagesima.

Lcō Epi. B. Pauli Apo. ad Cor. 1. ca. 9.

FRatres. Nescitis quod hi, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt: sed vnus accipit brauium? Sic currite, vt comprehendatis. Omnis autē qui in agone contendit: ab omnibus se abstinet. Et illi quidē, vt corruptibilem coronam accipiant: nos autem incorruptā. Ego igitur sic curro, non quasi in incertū: sic pugno, nō quasi aerem verberās: sed castigo corpus meum, & in seruitutē redigo: ne forte cū alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. No lo eī vos ignorare fratres, qī patres nostri omnes sub nubē fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt ī nube & in mari. Et omnes eandem escam spiritualem māducauerunt: & omnes eundem potum spirituālē biberunt. Bibebant autem de spirituali, consequente eos petra: Petra autem erat Christus. Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo. ca. 10.

Gradual. Adiutor in opportunitatibus, in tribulatione: speret ī te, qui nouerunt te: quoniam nō derelinquis quærentes te Domine. ℣. Qnoniā non in finē oblivio erit pauperis: patiētia pauperū nō peribit in ęternū: exurge Dñe, nō præualeat homo. Ps 9.

Tract. De profundis clamaui ad te Dñe, Domine exaudi vocem meam. ℣. Fiant aures tuæ intendentes in orationem serui tui. ℣. Si iniqnitates obseruaueris, Domine: Domine qs sustinebit? ℣. Quia apud te propitiatio est, & propter legē tuam sustinui te Domine. Ps 92.

¶ A Septuagesima vsq; ad feriam quartam Cinerum, Tractus dicitur tantū in Dñicis & festis: in ferijs autem quando repetitur Missa de Dñica non dicitur, sed tantum Graduale.

Sequẽtia sancti Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam. Cõuentione autem facta cũ operarijs ex denario diurno, misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro ociosos, & dixit illis. Ite & vos in vineam meam: & quod iustum fuerit, dabo vobis. Illi autem abierũt. Iterum autem exijt circa sextã & nonam horam: & fecit similiter. Circa vndecimã vero exijt, & inuenit alios stantes, & dicit illis. Quid hic statis tota die ocioſi? Dicunt ei. Quia nemo nos conduxit. Dicit illis. Ite & vos in vineam meam. Cum sero autem factũ esset, dicit Dominus vineæ procuratori suo. Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à nouissimis vsque ad primos. Cum venissent ergo qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios. Veniẽtes aũt & primi, arbitrati sunt, quod plus essent accepturi: acceperunt autem & ipsi singulos denarios. Et accipientes, murmurabãt aduersus patrẽfamilias, dicentes. Hi nouissimi vna hora fecerunt: & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei, & æstus? At ille respondens, vni eorum dixit. Amice, non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario conuenisti mecum? tolle quod tuum est, & vade. Volo autem & huic nouissimo dare, sicut & tibi. Aut non licet mihi, quod volo, facere? An oculus tuus neq̃ est, quia ego bonus sum? Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Multi enim sunt vocati: pauci vero electi. C redo.

Offertorium. B onum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo altissime. Ps 91.

Secreta.

MVneribus nostris, quęsumus Domine, precibusque suscepris: & cęlestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi. Per domi.

Alia secreta.

EXaudi nos Deus saluaris noster: vt per huius sacramenti virtutem, à cunctis nos mentis & corporis hostibus tuearis gratiam tribuẽs in præsenti, & gloriam in futuro.

Tertia ad libitum. Commun.

ILlumina faciem tuam super seruum tuum: & saluũ me fac Ps 118.

in

in tua misericordia: Domine non confundar, quoniam inuocaui te. Postcommunio.

FIdeles tui Deus per tua dona firmentur: vt eádem & pcipiẽdo reqrãt, & q̃rẽdo sine fine pcipiant. Per. Alia Postcõ.

MVndet & muniat nos, q̃s Dñe, diuini sacramẽti munus oblatum: & intercedente beata Virgine Dei genitrice Maria, cũ beatis Apostolis tuis Petro & Paulo, atq; beato N. & omnibus sanctis: à cũctis nos: reddat & puersitatib⁹ expiatos: & aduersitatibus expeditos. Tertia ad libitum. Dñ Bñdicam⁹ Dño. ℟. Deo gr̃as.

DOMINICA in Sexagesima.

Statio ad Sanctum Paulũ. Intr. ps 43.

EXurge, quare obdormis Domine? exurge, & ne repellas in finem: quare faciem tuá auertis? obliuiscéris tribulationem nostram? adhæsit in terra venter nostér: exurge Domine, adiua nos, & libera nos. ps 43. ps. Deus, auribus nostris audiuimus: patres nostri annunciauerunt nobis. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui cõspicis quia ex nulla nostra actione cõfidimus, concede propitius: vt cõtra aduersa omnia, doctoris gentium protectione muniamur. Per Dominum nostrum. Secunda oratio. A cunctis. vt su. i Dominica Septuagesimę. Tertia ad libitum Sacerdotis.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Corinthios. 2. Cor. 11. & 12.

FRatres. Libenter sustinetis insipientes, cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim, si quis vos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos cędit. Secundũ ignobilitatem dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet (in insipientia dico) audeo & ego. Hebræi sunt: & ego. Israelitę sũt: & ego. Semẽ Abrahę sunt: & ego. Ministri Christi sunt, & ego: vt minus sapiens dico, plus ego. In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum: in mortibus frequenter. A Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi. Ter virgis cęsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragiũ feci, nocte, & die in profundũ maris fui. In itineribus sæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere,

periculis ex gentibus: periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus. In labore & ærumna, in vigilijs multis: in fame & siti: in ieiunijs multis: in frigore & nuditate. Præter illa, quæ extrinsecus sunt: instãtia mea quotidiana, solicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vxor? Si gloriari oportet: quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor. Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, q̃ est benedictus in sæcula, scit quòd non mentior. Damasci, præpositus gentis Aretæ regis, custodiebat ciuitatem Damascenorum, vt me conprehenderet: & per fenestram in sporta demissus sum per murum: & sic effugi manus eius? Si gloriari oportet, non expedit quidem. Veniam autem ad visiones & reuelationes Domini. Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit: raptum huiusmodi vsque ad tertium cęlum. Et scio huiusmodi hominem, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit: quoniã raptus est in paradisum: & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor: pro me autem nihil gloriabor, nisi in infirmitatibus meis. Nam & si voluero gloriari, non ero insipiens. Veritatem enim dicam. Parco autem: nequis me existimet supra id quod videt in me, aut audit aliquid ex me. Et ne magnitudo reuelationũ extollat me, dat⁹ est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ, qui me colaphizet. Propter quod, ter Dominum rogaui, vt discederet à me, & dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Libẽter igitur gloriabor in infirmitatibus meis: vt inhabitet in me virtus Christi. Graduale.

S ciant gentes, quoniam nomen tibi Deus: tu solus altissimus super omnem terram. ps 81.

Versus. Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti.

Tractus.

C ommouisti Domine terrã, & conturbasti eam. ps 59.

Versus. Sana contritiones eius, quia mota est.

Versus. Vt fugiant à facie arcus: vt liberentur dilecti tui.

Sequen-

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

cap. 8. IN illo tempore. Cum turba plurima conuenirent, & de ciuitatibus properarent ad Iesum, dixit per similitudinem. Exijt qui seminat seminare semen suum. Et dum seminat, aliud cecidit secus viam, & cõculcatum est: & volucres cœli comederũt illud. Et aliud cecidit supra petram: & natũ aruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas: & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonã: & ortum fecit fructum centuplũ. Hæc dicẽs, clamabat. Qui habet aures audiendi, audiat. Interrogabant autem eum discipuli eius, quę esset hæc parabola. Quibus ipse dixit. Vobis datum est nosse mysterium regni Dei: cæteris autem in parabolis, vt vidẽtes non videant, & audientes non intelligant. Est autem hęc parabola. Semen, est verbum Dei. Quod autem secus viã, hi sunt qui audiunt, deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiãt. Nam quod supra petram, hi sunt qui cum audierint, cũ gaudio suscipiunt verbum. Et hi radices non habent: qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Quod autem inter spinas cecidit: hi sunt, qui audierunt, & à solicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitę, euntes, suffocantur, & non referunt fructum. Quod autem in terram bonã: hi sunt qui in corde bono, & optimo, audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia.

Offertorium.

Perfice gressus meos ĩ semitis tuis, vt non moueãtur vestigia mea: inclina aurem tuam, & exaudi verba mea: mirifica misericordias tuas, q̃ saluos facies sperantes in te Domine. ps 16.

Secre.

OBlatum tibi Domine sacrificiũ viuificet nos semper & muniat. Per Dominum.

Alia secreta, vt in Dominica Septuagesimæ. fol. 27.

Com.

Introibo ad altare Dei, ad Deũ, qui lætificat iuuentutem meã. ps 142.

Postcommunio.

SVpplices te rogamus ómnipotens Deus: vt quos tuis reficis sacramentis, tibi etiam placitis moribus dignãter deseruire concedas. Per Dominũ nostrum Iesum Christum, &c.

Alio postcommunio. vt in Dominica Septuagesimæ. fol. 27.

DOMI-

DOMINICA Quinquagesimæ.

Statio ad Sanctum Petrũ. Intr.

Esto mihi in Deũ protectorem, & in locũ refugi, vt saluũ me facias: qm̃ firmamẽtũ meũ, & refugiũ meũ es tu: & pp nomen tuum dux mihi eris, & enutries me. ps. In te Domine speraui, non confundar in ẽternum: in iustitia tua libera me. ℣. Gloria patri, & fil. Oratio.

ps 30.

PReces nostras, quæsumus Domine, clementer exaudi: atq; à peccatorum nostrorum vinculis absolutos, ab oĩ nos aduersitate custodi. Per d. Ad poscẽda suffragia Sanctorum. Oratio. Acunctis nos. vt in Dñica septuagesimæ. f. 27. Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Corinth.

j. 13.

FRatres. Si linguis hominũ loquar, & Angelorum: charitatem autem non habeam: factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiã, & nouerim mysteria omnia, & omnẽ sciẽtiam: & si habuero omnem fidem: ita vt montes trãsferam, charitatem autem non habuero: nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas: &, si tradidero corpus meum ita vt ardeã: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Charitas patiens est: benigna est. Charitas non æmulatur, nõ agit perperam: non inflatur, nõ est ambitiosa: non quærit quæ sua sunt: non irritatur: non cogitat malum: non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquam éxcidit: siue prophetiæ euacuabuntur: siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit, quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Cum essem paruulus, loquebar vt paruulus: sapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Quando autem factus sum vir: euacuaui quæ erant paruuli. Videmus nũc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Nunc autem

autem manent, fides, spes, charitas, tria hæc: maior autem horum est charitas. Gradual. Tu es Deus, qui facis mirabilia solus: notam fecisti in gentibus virtutem tuam. ℣. Liberasti in brachio tuo populum tuum, filios Israel, & Ioseph. Tract. Iubilate Deo omnis terra: seruite Domino in lætitia. ℣. Intrate in conspectu eius in exultatione: scitote quod Dominus ipse est Deus. ℣. Ipse fecit nos, & non ipsi nos: Nos autem populus eius, & oues pascuæ eius. Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore. Assumpsit Iesus duodecim discipulos suos secreto, & ait illis. Ecce ascendimus Ierosolymam, & consummabuntur oia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim Gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuet. Et postquam flagellauerint, occident eum: & die tertia resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Erat autem verbum istud abscondi tum ab eis: & non intelligebat quæ dicebantur. Factum est autem, cum appropinquaret Iericho, cecus quidā sedebat secus viā, mendicās. Et cum audiret turbā pertranseuntē, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autē ei, quod Iesus Nazarenus transiret. Et clamauit dicens. Iesu fili Dauid, miserere mei. Et qui præibant, increpabant eū, vt taceret. Ipse vero multo magis clamabat. Fili Dauid, miserere mei. Stans aūt Iesus, iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogauit illum dicēs. Quid tibi vis faciā? At ille dixit. Dñe, vt videam. Et dixit illi Iesus. Respice. Fides tua te saluum fecit. Et cōfestim vidit, & sequebat illū magnificans Deum. Et oīs plebs vt uidit, dedit laudem Deo. Credo.

Offertor. Benedictus es Dñe, doce me iustificationes tuas: in labijs meis pronūciaui omnia iudicia oris tui. Secreta.

Hæc hostia, qs Dñe, emūdet nostra delicta: & ad sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora, mentesque sanctificet. Per dominum nostrum Iesum Christū. Alia secreta. Exaudi nos Deus. vt su. in Dominica Septuagesimæ. fol. 27. Commun. Manducauerunt, & saturati sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis Dominus: non sunt fraudati à desiderio suo. Postcomm.

Quæ-

Ps 76.

Ps 99.

Luca 18.

Ps 118.

Ps 77.

QVæsumus omnipotens Deus, vt qui cęlestia alimenta percepimus: per hæc contra omnia aduersa muniamur. Per dominum no. Alia postcõm. M undet. vt su. in Dñica Septuagesimę. fo. 27.

FERIA QVARTA Cinerum.

Ante Missam benedicũtur Cineres facti de ramis oliuę benedictis ꝓteriti anni, hoc mõ. Primo cantatur Antiphona.

EXaudi nos Domine: qm̃ benigna est misericordia tua: & secũdum multitudinem miserationum tuarum respice nos Domine.

ꝑs 68. ℣. Saluum me fac Deus: quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. ℣. Gloria. Exaudi nos Dñe. Deinde dicit̃ Dominus vobiscum. ℟. Et cũ spũ tuo. O remus. Oratio.

OMps sempiterne Deus: parce pęnitentibus, propitiare supplicantibus: & mittere digneris sanctum angelũ tuum de cęlis, qui bene ✠ dicat, & sancti ✠ ficet hos cineres: vt sint remedium salubre omnibus nomen sanctum tuũ humiliter implorantibus, ac semetipsos pro cõscientia delictorũ suorum accusantibus: atque ante cõspectum diuinæ clemẽtiæ tuæ facinora sua deplorantibus: vel sereniſſimam pietatem tuã suppliciter obnixeq; flagitantibus: & præsta per inuocationem sanctiſſimi nominis tui: vt, quicunq; eos super se asperserint, pro redẽptione pctõrum suorũ, corporis sanitatem, & aĩæ tutelã percipiant. Per Chm̃ Dñm nm̃. ℟. Amen. O remus. Oratio.

DEus, qui nõ mortem, sed pœnitentiam desideras peccatorum: fragilitatem cõditionis humanæ benigniſſime respice: & hos cineres, quos causa proferendæ humilitatis, atque promerendæ veniæ, capitibus nostris ĩponi decernim⁹, bene ✠ dicere pro tua pietate dignare: vt, qui nos cinerẽ esse, & ob prauitatis nostrę meritum in puluerem reuersuros cognoscimus: peccatorum omnium veniam, & præmia pęnitentibus repromissa, misericorditer consequi mereamur. Per Christum dominum nm̃. ℟. Amen. O remus. Oratio.

DEus, qui humiliatione flecteris, & satisfactione placaris: aurem tuæ pietatis inclina precibus nostris: & capitib⁹ seruo-

ſeruorum tuorum horũ cinerũ aſperſione attactis, effunde ppitius gr̃am tuæ bene ✠dictionis:vt eos,& ſpiritu cõpũctionis repleas,& quæ iuſte poſtulauerit,efficaciter tribuas:& cõceſſa ppetua ſtabilitate intactos manere decernas. Per Chriſtũ Dñm noſtrum. Oremus. Oro.

OMnipotens ſempiterne Deꝰ, qui Niniuitis,ĩ cinere,& cilicio pęnitẽtibus, ĩdulgentiæ tuæ remedia præſtitiſti: cõcede propitius:vt ſic eos imitemur habitu, quatenus veniæ proſequamur obtentu.Per do. Cõpleta benedictione, primo ĩponit cinis ſacerdoti celebraturo Miſſam ab alio ſacerdote, ſi adeſt: alioquin ſacerdos ipſe genibus flexis coram altari ſibi ipſi cineres imponit: & cãtatur ſtatim à choro.Antiphona.

IMmutemur habitu, ĩ cinere & cilicio: ieiunemus,& ploremus ante Dñm : quia multũ miſericors eſt dimittere pcta nra Deus noſter. Alia aña. Inter veſtibulum & altare plorabunt ſacerdotes miniſtri Dñi & dicent:parce Dñe,parce populo tuo: & ne claudes ora canentium te Dñe. Sequitur ℟. cum ℣. Gloria patri. ℟. Emendemus in melius, quæ ignoranter peccauimus:ne ſubito præoccupati die mortis, quæramꝰ ſpatium pęnitẽtiæ, & inuenire non poſſimus. Attende Dñe & miſerere:qa peccauimꝰ tibi. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter:& propter gloriam nominis tui Domine libera nos. Attende Dñe. ℣. Gloria. Attende. Sacerdos vero dum cantantur añæ,& ℟. primo, miniſtris ſtantibus genibus flexis coram altari, imponit cineré dicens. Meméto homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Poſtea veniunt alij, & genibus flexis ante altare recipiunt cineres à ſacerdote, vt dictum eſt de miniſtris. Completa cinerum datione, dicitur Dominus vobiſcum. Oremus. Oratio.

COncede nobis Dñe pſidia militiæ Chr̃ianæ ſanctis ĩchoare ieiunijs: vt cõtra ſpũales neqtias pugnaturi, cõtinentiæ muniamur auxilijs.p Chri. ℟. Amen. Deinde dicit Miſſa.

FERIA QVARTA Cinerum.

Statio ad S.Sabinam. Introitus.

MIſereris oĩum Domine,& nihil ódiſti eorũ, quæ feciſti, diſſimulãs pec cata hominum propter pœnitentiam: Sap.11.

tentiam: & parcens illis: quia tu es Dominus Deus noſter.

ps 56. ℣. Miſerere mei Deus, miſerere mei, quoniam in te confidit anima mea. ℣. Gloria. Oro.

PRæſta Domine fidelibus tuis: vt ieiuniorum veneranda ſolennia, & cõgrua pietate ſuſcipiant, & ſecura deuotione percurrant. Per Dominũ.

¶ Ab hac die vſq; ad Dñicam de Paſſione, poſt orationẽ dici dicuntur duæ ſequẽtes oõnes.

¶ Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Oratio.

ACunctis nos, quæſumus Domine, mentis & corporis defende periculis, & intercedente beata, & glorioſa ſemperq; virgine Dei genitrice Maria, cum beatis Apoſtolis tuis Petro, & Paulo, atq; beato N. & oĩbus ſanctis, ſalutem nobis tribue benignꝰ, & pacẽ: vt deſtructis aduerſitatibꝰ & erroribus vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate.

Pro viuis & defunctis generalis Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui viuorum dominaris, ſimul & mortuorum, omniumque miſereris, quos tuos fide & opere futuros eſſe prænoſcis: te ſupplices exoramus: vt pro quibus effundere preces decreuimus, quoſque, vel præſens ſæculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore ſuſcepit: intercedentibus oĩbus ſanctis tuis: pietatis tuæ clementia omniũ delictorum ſuorum veniam cõſequantur. Per Dominum no.

Lectio Ioelis prophetæ. cap. 2

HÆc dicit Dominus. Conuertimini ad me in toto corde veſtro: in ieiunio, & fletu, & planctu: & ſcindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra. Et conuertimini ad Dominum Deum veſtrum, quia benignus & miſericors eſt: patiẽs & multæ miſericordiæ: & pręſtabilis ſup malitia. Quis ſcit, ſi cõuertatur, & ignoſcat Deꝰ: & relinquat poſt ſe benedictionem, ſacrificium & libamen Domino Deo noſtro? Canite tuba in Sion: ſanctificate ieiunium: vocate cœtum: congregate populum: ſanctificate Eccleſiam: coadunate ſenes: congregate paruulos, & ſugentes vbera. Egrediatur ſponſus de cubili ſuo: & ſpõſa de thalamo ſuo. Inter veſtibulum & altare plorabunt ſacerdotes miniſtri Domini, & dicẽt. Parce Domine, parce populo tuo: & ne des hæreditа-

reditatem tuam in opprobriũ, vt dñentur eis nationes. Quare dicunt in populis: vbi est Deus eorum? Zelatus est Dñs terrã suam: & pepercit populo suo. Et respondit Dominus, & dixit populo suo. Ecce ego mittam vobis frumẽtum, & vinum, & oleum: & replebimini in eis; & non dabo vos vltra opprobriũ in gentibus: dicit Dominus omnipotens. Graduale.

ps 56. Miserere mei Deus miserere mei: quoniam in te confidit aĩa mea. ℣. Misit de cælo, & liberauit me: dedit ĩ opprobriũ conculcantes me. Tractus.

ps 102. Dñe non secũdum peccata nostra, quæ fecimus nos: neque secũdum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domine, ne memineris iniquitatũ nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordiæ tuæ, qa pauperes facti sumus nimis. Cũ dr̃ seq. ℣. genuflectitur. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Supradictus tractus ab hac die dicitur ij. iiij. & vj. feria vsq; ad feriam quartã maioris hebdomadæ, nisi proprius assignet.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum. cap. 6

IN illo tempore. Dixit Iesus Discipulis suis. Cum ieiunatis, nolite fieri, sicut hypocritæ, tristes. Exterminant enim facies suas: vt appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis: receperunt mercedem suam. Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciẽ tuã laua, ne videaris hominibus ieiunans: sed patri tuo, qui est in abscondito. Et pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: vbi ærugo & tinea demolitur: & vbi fures effodiunt & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cœlo: vbi neque ærugo, neque tinea demolitur: & vbi fures non effodiunt, nec furãtur. Vbi est enim thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Offertor.

ps 62. Exaltabo te Dñe, qm̃ suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me: Dñe clamaui ad te, & sanasti me. Secreta.

FAc nos, quæsumus Domine, his muneribus offerendis conuenienter aptari, quibus ipsius venerabilis sacramẽti celebramus exordium. Per Dominum nostrũ Iesum, &c.

Aliæ

Aliæ ſecretæ vſque ad Dominicam Paſſionis.

EXaudi nos Deus ſalutaris noſter: vt per huius ſacramenti virtutem, à cunctis nos mẽtis & corporis hoſtib⁹ tuearis, gratiam tribuens in præſenti, & gloriam in futuro. Secre.

DEus, cui ſoli cognitus eſt numerus electorũ in ſupna fœlicitate locandus: tribue q̃s: vt intercedẽtibus omnibus ſanctis tuis, vniuerſorum, quos in oratione commendatos ſuſcepimus, & nomina omniũ fidelium beatæ prædeſtinationis liber aſcripta retineat. Per. Præfat. Q ui corporali ieiunio.

Et dicitur quotidie vſq; ad Dominicam paſſionis: etiam in miſſa de feſto quando propriã non habuerit. Commun. Q ui meditabitur ī lege Domini die ac nocte, dabit fructum ſuum in tempore ſuo. Poſtcommun. Pſ 1.

PErcepta nobis Domine p̃beant ſacramenta ſubſidiũ vt ti bigrata ſint noſtra ieiunia, & nobis proficiant ad medelam. Per Dominum noſtrum.

Alię poſtcommuniones vſque ad Dominicam paſſionis.

MVndet & muniat nos: q̃s Domine, diuini ſacramenti munus oblatum: & intercedẽte beata virgine Dei genitrice Maria, cum beatis Apoſtolis tuis Petro & Paulo, atq; beato N. & omnibus ſanctis, à cunctis nos reddat & peruerſitatibus expiatos, & aduerſitatibus expeditos.

PVrificent nos, quæſumus omnipotens, & miſericors Deus, ſacramenta quæ ſumpſimus: & intercedentibus omnibus ſanctis tuis, præſta: vt hoc tuum ſacramentum non ſit nobis reatus ad pœnam, ſed interceſſio ſalutaris ad veniam: ſit ablutio ſcelerum, ſit fortitudo fragilium, ſit contra omnia mundi pericula: firmamẽtum, ſit viuorum, atque mortuorũ fidelium, remiſſio omnium delictorum. Per Dñm. Deinde ſacerdos abſolute dicit, O remus. Poſtea diaconus (ſi in officio diaconatus ſeruiat) dicit Humiliate capita veſtra Deo. Alioquin ipſe ſacerdos. Sequitur ſuper populum oratio.

INclinantes ſe Domine maieſtati tuæ, propitiatus intende: vt qui diuino munere ſunt refecti, cæleſtibus ſemper nutriantur auxilijs. Per Dominũ.

Et hic modus ſeruatur tm̃ modo in Miſſa de fer. vſq; ad quartam feriam maioris hebdomadæ.

FERIA

FERIA QVINTA.

Statio ad sanctum Georgium.

Introitus.

DVm clamarem ad dñm, exaudiuit vocem meã, ab his q̃ appropinquãt mihi: & humiliauit eos, qui est ante sæcula, & manet in æternũ: iacta cogitatũ tuum in Dño, & ipse te enutriet. ℣s. Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationẽ meã: intende mihi, & exaudi me. ps 54.

℣ Gloria patri, &c. Oratio.

DEus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris, preces populi tui supplicantis ꝓpitius respice: & flagella tuæ iracundię, quę pro peccatis nostris meremur auerte. Per dom.

Aliq̃ oñones vt su. i fe. iiij. Ci. 31.

Lectio Isaiæ prophetæ.

IN diebus illis. Ægrotauit Ezechias vsq; ad mortem: & ītroiuit ad eũ Isaias filiꝰ Amos propheta, & dixit ei. Hæc dicit Dominus. Dispone domui tuæ: quia morieris tu, & non viues. Et conuertit Ezechias faciem suam ad parietem, & orauit ad Dominũ, & dixit. Obsecro Domine, memẽto, quæso, quomodo ambulauerim coram̃ te in veritate, & ī corde perfecto: & quod bonum est ī oculis tuis fecerim. Et fleuit Ezechias fletu magno. Et factum est verbum Domini ad Isaiam, dicens. Vade, & dic Ezechiæ. Hæc dicit dominus Deus Dauid patris tui. Audiui orationẽ tuã: & vidi lachrimas tuas. Ecce ego adiiciã super dies tuos, quindecim annos: & de manu regis Assyriorum eruam te, & ciuitatem istam: & protegã eã. Ait Dñs omnipotens. Gradu. cap. 38.

Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet. ℣. Dũ clamarem ad Dominum, exaudiuit vocem meam ab his, qui appropinquant mihi. ps 54.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Matthæum. cap. 8.

IN illo tempore. Cum introisset Iesus Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum & dicens. Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Iesus. Ego veniam, & curabo eum. Et respondens Centurio, ait. Dñe, non sum dignus, vt ītres sub tectum meum: sed tm̃ dic verbo, & sanabit puer meꝰ. Nam & ego homo sum sub potestate cõstitutus, habẽs sub me milites: & dico huic, Vade, & vadit. Et alio, Veni, & venit. Et

seruo meo. Fac hoc, & facit. Audiens autem Iesus, miratus est: & sequentibus se dixit. Amen dico vobis: non inueni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quod multi ab oriente & occidente venient, & recúbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cęlorum: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores: ibi erit fletꝰ & stridor dẽtiũ. Et dixit Iesus Cẽturioni. Vade: & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatꝰ est puer ī illa hora.

Offerto. Ad te Domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam: neque irrideant me inimici mei: etenim vniuersi, q̃ te expectãt, non confundentur. Secreta.

SAcrificijs prẽsentibus Dñe, q̃s, intẽde placatus: vt & deuotioni nostræ proficiant, & saluti. Per Dominum nostrum.

Aliæ secretæ, vt sup. in feria iiij. Cin. f. 31. Communio. Ps 50.

ACceptabis sacrificium iustiæ, oblationes, & holocausta, super altare tuum Domine. Postcõm.

CÆlestis doni benedictione percepta, supplices te Deus omnipotẽs deprecamur: ut hoc idem nobis, & sacramẽti causa sit, & saluris. Per Dominum nostrum Iesum Christũ.

Aliæ postcommu. vt sup. in feria iiij. Cinerum. fol. 31. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

PArce Dñe, parce populo tuo: vt dignis flagellationibus castigatus, ī tua miseratione respiret. Per Dominum no.

FERIA SEXTA

Statio ad sanctos Iohannem, & Paulum. Introitus.

AVdiuit Dñs, & misertus est mei: Dñs factus est adiutor meus. ℣. Exaltabo te Domine, qm̃ suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. ℣. Gloria p. Ps 29.

Oratio.

INchoata ieiunia, quæsum⁹ Domine, benigno fauore p̃sequere: vt obseruantiam, quã corporaliter exhibemus: mentibus etiam sinceris exercere valeamus. Per dominum nostr.

Aliæ orationes, vt in feria quarta Cinerum. folio 31.

Lectio Isaiæ prophetæ. cap. 58.

HÆc dicit dominus Deus. Clama, ne cesses: quasi tuba, exalta vocem tuam, & annũcia populo meo scelera eorũ, & domui Iacob peccata eorũ. Me etenim de die in diẽ q̃runt. & scire vias meas volunt: quasi gens q̃ iustitiã fecerit, &

quæ

quæ iudiciũ Dei ſui non dereli
querit. Rogant me iudicia iuſti
tiæ: & appropinquare Deo vo-
lunt. Quare ieiunauim⁹, & nõ
aſpexiſti: humiliauimus aïas
nr̃as, & neſciſti? Ecce in die ieiu
nij veſtri inuenitur volũtas ve-
ſtra: & omnes debitores veſtros
repętitis. Ecce, ad lites & cõten
tiones ieiunatis: & percutitis
pugno impie. Nolite ieiunare
ſicut vſque ad hãc diem, vt au-
diatur ī excelſo clamor veſter.
Nunquid tale eſt ieiunium qđ
elegi, per diem affligere hoïem
animam ſuam? Nunquid con-
torquere quaſi circulũ caput
ſuum, & ſaccũ & cinerem ſter-
nere? Nunquid iſtud vocaui ie
iunium, & diem acceptabilẽ
Domino? Nõne hoc eſt magis
ieiunium, quod elegi? Diſſol-
ue colligationes impietatis: ſol
ue faſciculos deprimentes. Di-
mitte eos, qui confracti ſunt, li
beros: & oẽ onus diſrũpe. Fran
ge eſuriẽti panẽ tuũ: & egenos
vagosq; induc in domum tuã.
Cũ videris nudum, operi eũ: &
carnem tuã, ne deſpexeris. Tũc
erũpet quaſi mane lumen tuũ:
& ſanitas tua citius orietur: &
anteibit faciẽ tuã iuſtitia tua:
& gloria Dñi colliget te. Tunc
inuocabis, & dñs exaudiet: cla-
mabis, & dicet: Ecce adſum.
Quia miſericors ſum dñs De⁹
tuus. Grad. V nam petij à Do- ps 26.
mino, hãc requiram: vt inhabi
tem ī domo Domini, ℣. Vt vi
deam voluntatẽ domini, & pro-
tegar à tẽplo ſancto ei⁹. Tract.
Domine non ſecundũ pecca- ps 102.
ta noſtra quæ fecimus nos: ne-
que ſecundũ iniquitates no-
ſtras retribuas nobis. ℣. Domi ps 78.
ne, ne memineris iniquitatum
nr̃arum antiquarũ: cito antici
pent nos miſericordiæ tuæ, qa
pauperes facti ſum⁹ nimis. ℣.
Adiuua nos De⁹ ſalutaris nr̃: &
pp gloriam noïs tui Domine li
bera nos: & propitius eſto pec
catis noſtris, pp nomen tuum.

Sequentia ſancti Euangelij ſe-
cundum Matthæum.

IN illo tpe: Dixit Ieſus diſci- c 5. & 6
pulis ſuis. Audiſtis, qa dictũ
eſt antiquis. Diliges proximũ Deut.
tuum: & odio habebis inimicũ 25
tuum. Ego autem dico vobis.
Diligite inimicos veſtros: bene
facite his qui oderũt vos: & ora
te pro perſequentibus & calũ-
niantibus vos? vt ſitis filij pa-
tris veſtri qui in cœlis eſt: qui
Solẽ ſuum oriri facit ſuper bo
nos & malos, & pluit ſuper iu-
ſtos & iniuſtos. Si enim diligitis
eos qui vos diligũt, quã mer-

cedem habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt? Et si saluta ueritis fratres vestros tm̃, quid amplius facitis? Nõne & ethnici hoc faciũt? Estote ergo, & vos perfecti, sicut & pr̃ vester cęlestis perfectus est. Attendite, ne cap. 6. iustitiam vestram faciatis corã hominib⁹, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in cœlis est. Cũ ergo facis eleemosinam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Te autem faciente eleemosynam, ne sciat sinistra tua: quid faciat dextera tua: vt sit eleemosyna tua in abscõdito. Et pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. Offert.

ps 118. Domine, viuifica me secundùm eloquium tuum: vt sciã testimonia tua. Secreta.

SAcrificium Domine obser uantiæ quadragesimalis qd offerimus, præsta, quæsumus, vt tibi & mentes nostras reddat acceptas, & continentiæ promptioris nobis tribuat facultatem. Per dominum nostr. Aliæ secretæ, vt in feria quarta Cinerum. fo. 31. Communio.

Seruite Dño in timore: & exultate ei cum tremore: apprehendite disciplinam, ne pereatis de via iusta. Postcommunio. ps 2.

SPiritum nobis Dñe tuę charitatis ifunde, vt, quos vno pane cœlesti satiasti, tua facias pietate concordes. Per Domi. Aliæ postcommunio vt sup. in feria iiij. Cine. fo. 31. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

TVere dñe populum tuũ: & ab omnib⁹ peccatis clementer emunda: quia nulla ei nocebit aduersitas: si nulla ei dominetur iniquitas. Per dom.

SABBATHO.

Statio ad sanctum Triphonẽ.

Introitus.

AVdiuit dominus & misert⁹ est mei: dñs factus est adiutor meus. ps. Exaltabo ps 29. te Domine, quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. ℣. Gloria patri & filio. Oremus. Oratio.

ADesto Domine supplicationibus nostris, & concede, vt hoc solenne ieiunium, quod animis, corporibusque curandis salubriter institutum est, deuoto seruitio celebrem⁹. Per dominum nostrum Iesum,

Aliæ

Aliæ orationes, vt in feria quarta Cinerum. folio 31.

Lectio Isaiæ prophetæ.

Isa. 58. HÆc dicit Dñs Deus. Si abstuleris de medio tui catenam, & desieris digitum tuum extendere, & loqui quod non prodest: cum effuderis esurienti animam tuam, & aïam afflictam repleueris: tũc orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuę erunt sicut meridies. Et requiẽ dabit tibi Dominus Deus tuus semper: & implebit splendoribus animam tuam: & ossa tua liberabit. Et eris quasi hortus irriguus: & sicut fons aquarũ, cuius non deficient aquæ. Et ędificabuntur in te deserta sæculorum: fundamenta generationis & generationis suscitabis. Et vocaberis ędificator sepium, conuertens semitas in quietẽ. Si auerteris à sabbatho pedẽ tuum, facere voluntatem tuam in die sancto meo: & vocaueris sabbathum delicatũ: & sanctum domini glorioſum, & glorificaueris eum, dum nõ facis vias tuas, & non inueniť voluntas tua, vt loquaris sermonẽ: tũc delectaberis super dño: & sustollã te sup altitudinẽ terræ: & cibabo te hĕreditate Iacob pris tui. Os eñ Dñi locutũ est.

Grad. V nam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini. ℣. Vt videã voluntatem Domini: & protegar à templo sancto eius.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Marcum. cap. 6.

IN illo tempore. Cum sero esset factum, erat nauis in medio mari, & Iesus solus in terra. Et vidit discipulos suos laborantes in remigando. Erat enim ventus contrarius eis. Et circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans supra mare: & volebat præterire eos. At illi vt viderunt eum ambulantem supra mare, putauerunt phantasma esse: & exclamauerunt. Omnes enim eum viderunt, & conturbati sunt. Et statim locutus est cum eis: & dixit illis. Confidite. Ego sũ: nolite timere. Et ascendit ad illos in nauim: & cessauit ventus. Et plus magis intra se stupebant. Non enim intellexerunt de panibus. Erat enim cor illorum obcæcatum. Et cum transfretassent, venerunt in terram Genesareth: & appliquerunt. Cumque egressi essent de naui, continuo cognouernnt eum. Et percurrentes vniuersam regionem illam, cę-

perunt in grabatis eos qui ſe male habebant circúferre, vbi audiebant eum eſſe. Et quocú que introibat, in vicos, vel in villas, aut in ciuitates: ī plateis ponebant infirmos: & deprecabantur eum, vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerent. Et quotquot tangebant eum, ſalui fiebant. Offert. Domine viuifica me ſecúdum eloquium tuú, vt faciã teſtimõia tua. Secr.

ps 118.

SVſcipe Domine ſacificium cuius te voluiſti dignanter immolatione placari: & præſta quæſumus: vt huius operatione myſterij mundati, beneplacitum tibi noſtræ mẽtis offeramus affectum. Per Domi. Aliæ ſecretę, vt in fer. iiij. Cine. f. 31. Exaudi nos Deus ſalutaris noſter. Cõmu. Seruite Dño in timore, & exultate ei cũ tremore, apprehẽdite diſciplinã, ne pereatis de via iuſta. Poſtc.

ps 2.

CÆleſtis vitę munere vegetati, quæſumus Domine: vt quod eſt nobis in præſenti vita myſterium, fiat æternitatis auxilium. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium. Aliæ poſtcommunio. vt in fer. iiij. Cine. 31. Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra Deo. Oratio.

FIdeles tui Deus per tua dona firmentur: vt éadem & percipiẽdo requirant, & q̃rendo ſine fine percipiant. Per do.

DOMINICA PRIMA in Quadrageſima.

Statio ad ſanctum Iohannem in Laterano. Introitus.

INuocabit me, & ego exaudiam eum, eripiam eũ, & glorificabo eum: longitudine dierum adimplebo eum. ps. Qui habitat in adiutorio altiſſimi: in protectione Dei cœli commorabitur. ℣. Gloria. Oratio.

ps 90

DEus, qui Eccleſiã tuã annua quadrageſimali obſeruatione purificas, præſta familiæ tuæ: vt, quod à te obtinere abſtinendo nititur, hoc bonis operibus exequatur. Per d. Aliæ orationes, vt ſupra in feria quarta Cinerum. folio 31. Lectio epiſtolæ B. Pauli Apoſtoli ad Corinth.

2 Cor 6

FRatres. Hortamur vos, ne in vacuum gratiã Dei recipiatis. (Ait enim. Tempore accepto exaudiui te: & in die ſalutis adiui te. Ecce nunc tem

pus

pus acceptabile: ecce nũc dies salutis.) Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum. Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto: in charitate non ficta, in verbo veritatis, ĩ virtute Dei per arma iustitiæ à dextris & à siniſtris: per gloriam & ignobilitatem: per infamiam & bonã famam: vt seductores & veraces: sicut qui ignoti & cogniti: quasi morientes, & ecce viuimus: vt castigati & non mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Graduale.

ps 90. Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in oĩbus viis tuis. ℣. In manibus portabunt te, ne vnquam offẽdas ad lapidem pedem tuum. Tract.

ps 90. Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cœli cõmorabitur.

Dicet Domino, susceptor meus es tu, & refugium meum: Deus meus sperabo in eum.

Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium: & à verbo aspero.

Scapulis suis obũbrabit tibi: & sub pennis eius sperabis.

Scuto circundabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno.

A sagitta volante per diem, à negocio perambulante in tenebris: à ruina & dæmonio meridiano.

Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: tibi autem nõ appropinquabit.

Quoniam angelis suis mandauit de te: vt custodiãt te in omnibus vijs tuis.

In manibus portabunt te: ne vnquã offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aspidem & basiliscum ambulabis: & conculcabis leonem & draconem.

Quoniam in me sperauit, liberabo eum: protegam eũ, quoniam cognouit nomen meũ.

Inuocabit me, & ego exaudiã eum: cum ipso sum in tribulatione.

Eripiam eum, & glorificabo eum: longitudine dierũ adim-

plebo eum: & ostendam illi salutare meum.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Matthæum.

cap 4. IN illo tpe: Ductus est Iesus ī desertū a spū, vt tentaretur à diabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit. Et accedens tentator, dixit ei. Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Qui respōdens dixit. Scriptum est. Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo, qđ procedit de ore Dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctā ciuitatē: & statuit eū supra pinnaculum templi, & dixit. Si filiꝰ Dei es, mitte te deorsum: Scriptum est em̄. Quia angelis suis mandauit de te, & in manibꝰ tollēt te, ne forte offendas ad lapidē pedē tuū. Ait illi Iesus rursū. Scriptū est. Non tētabis dñm Deum tuū. Iterū assumpsit eum diabolus in mōtem excelsum valde: & ostēdit ei oīa regna mundi, & gloriā eorū: & dixit illi. Hæc oīa tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tunc dixit ei Iesus. Vade satana, scriptū est em̄. Dñm Deum tuū adorabis, & illi soli seruies. Tūc reliqt eū diabolus: & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei. C redo. **Offertorium.** Ps 90. Scapulis suis obumbrabit tibi Dominus, & sub pennis eius sperabis, scuto circundabit te veritas eius. **Secreta.**

SAcrificium quadragesimalis initij solenniter immolamus, te Dñe deprecantes: vt cū epularum restrictione carnaliū à noxijs quoq; voluptatibus tē peremur. Per dominum nostr. **Aliæ secretæ, vt in fer. iiij. Cin.** f. 31. **Cōmu.** Scapulis suis obūbrabit tibi Dñs, & sub pennis eius sperabis: scuto circundabit te veritas eius. **Postcomm.**

TVi nos Domine sacramēti libatio sancta restauret: & à vetustate purgatos: in mysterij salutaris faciat transire consortium. Per dominum no. **Alię postcommuniones, vt supra in feria iiij. Cinerum.** f. 31.

FERIA SECVNDA.

Statio ad sanctum Petrum ad vincula. Introitus.

SIcut oculi seruorū in manibus Dominorum suorū: ita oculi nostri ad dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri: miserere nostri domine, miserere nostri. **Psalmus.** Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. Ps 122. ℣.

Glo-

Gloria patri & filio. Oratio.

COnuerte nos Deus salutaris noster: & vt nobis ieiunium quadragesimale proficiat, mentes nostras cælestibus instrue disciplinis. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, Qui tecum, &c. Aliæ orationes, vt supra in feria quarta Cinerum. fol. 31.

cap. 34 Lectio Ezechielis prophetæ.

HÆc dicit dominus Deus. Ecce, ego ipse requiram oues meas: & visitabo illas, sicut visitat pastor gregẽ suum in die, quando fuerit in medio ouiũ suarũ dissipatarum: sic visitabo oues meas, & liberabo eas de oĩbus locis in quibus dispersæ fuerant, in die nubis & caliginis. Et educam eas de populis: & congregabo eas de terris: & inducam eas in terram suam: & pascam eas in montibus Israel, in riuis, & in cũctis sedibus terræ. In pascuis vberrimis pascam eas: & in montibus excelsis Israel erunt pascua earum. Ibi requiescent in herbis virẽtibus: & in pascuis pinguibus pascentur super montes Israel. Ego pascã oues meas: & ego eas accubare faciã, dicit dominus Deus. Quod perierat requirã: & quod abiectũ erat, reducam: & quod cõfractum fuerat alligabo: & quod infirmum fuerat, cõsolidabo: & qđ pingue & forte, custodiã. Et pascam illas in iudicio, dicit Dñs omnipotens. Graduale.

Protector noster aspice Deus, & respice super seruos tuos. ℣. Domine Deus virtutũ exaudi preces seruorũ tuorum. Tract. Dñe non secũdùm peccata nostra, quæ fecimus nos: neque secundùm iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Dñe, ne memineris iniquitatum nr̃arũ antiquarũ: cito anticipẽt nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris nr̃, & ꝓpter gloriam nominis tui dñe libera nos: & propitius esto pc̃tis nostris propter nomen tuum. Sequentia sancti Euangelij secundùm Matthæum. cap. 25.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Cum venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cum eo: tunc sedebit super sedẽ maiestatis suę. Et congregabuntur ante eum omnes gẽtes: & separabit eos ab ĩuicẽ: sicut pastor segregat oues ab hędis. Et statuet oues quidẽ a dextris suis: hędos aũt à sinistris. Tũc dicet

rex

rex his qui à dextris eius erũt. Venite benedicti patris mei: possidete paratũ vobis regnũ à constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: Sitiui, & dedistis mihi bibere: Hospes eram, & collegistis me: Nudus, & cooperuistis me: Infirmus, & visitastis me: In carcere eram, & venistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti, dicentes. Domine, quando te vidimus esurientem, & pauim⁹te: sitientem, & dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hospitẽ, & collegimus te? aut nudũ, & cooperuimus te? Aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te? Et respondens rex, dicet illis. Amen dico vobis: quandiu fecistis vni de his fratrib⁹ meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicet & his, qui à sinistris eius erunt. Discedite à me maledicti, in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare: Sitiui, & non dedistis mihi potum: Hospes eram, & nõ collegistis me: Nudus, & non cooperuistis me. Infirmus, & in carcere, & non visitastis me. Tunc respondebunt ei & ipsi, dicentes. Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitiẽtem, aut hospitem, aut nudũ, aut infirmum, vel in carcere, & nõ ministrauimus tibi? Túc respondebit illis, dicens. Amẽ dico vobis: q̃diu nõ fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi in suppliciũ ęternũ: iusti aũt in vitá æternã.

Offert. Leuabo oculos meos, & considerabo mirabilia tua Domine, vt doceas me iustitias tuas: da mihi intellectum, vt discam mandata tua. Ps 118.

Secreta.

MVnera tibi Dñe oblata sanctifica, nosque a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per Dominum nostr.

Aliæ secretæ: vt in feria quarta Cinerum folio 31. Cõmunio.

AMen dico vobis: quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis: venite benedicti patris mei, possidete paratũ vobis regnum ab initio sæculi. Mat. 25

Postcõ.

SAlutaris tui Domine munere satiati, supplices exoramus: vt cuius ęmur gustu, renouemur effectu. Per Dominũ nostrum Iesum Christum.

Aliæ postcommuniones vt in feria quarta Cinerum. fol. 31.

Super populũ. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Ofo.

Ab-

ABsolue, quæsumus Domine, nostrorũ vincula peccatorum: & quicquid pro eis meremur, propitiatus auerte. Per Dominum nostrũ Iesum.

FERIA TERTIA.

Statio ad sanctam Anastasiam.

Introitus.

DOmine refugium factus es nobis à generatione in generationem: à sæculo & in sæculum tu es. Psal. Priusquam montes fierent, aut formaretur terra & orbis, à sæculo, & vsque in sæculum tu es Deus. ℣. Gloria pa. Oratio. ps 62.

REspice Domine familiã tuam, & præsta: vt apud te mens nostra tuo desiderio fulgeat, quæ se carnis maceratione castigat. Per Dominum no. Aliæ orationes vt in feria quarta Cinerum. folio 31.

Lectio Isaiæ prophetæ. cap 55.

IN diebus illis: Locutꝰ est Isaias propheta, dicens. Quærite dominum dum inueniri potest: inuocate eum, dum prope est. Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas: & reuertatur ad Dominum, & miserebitur eius: & ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum. Non enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ, neque viæ vestræ, viæ meę, dicit Dominꝰ. Quia sicut exaltantur cœli à terra: sic exaltatæ sunt viæ meę à vijs vestris, & cogitationes meæ a cogitationibus vestris. Et quomodò descendit imber & nix de cœlo, & illuc vltra nõ reuertitur: sed inebriat terram & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti: Sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo. Nõ reuertetur ad me vacuum, sed faciet quęcũque volui: & prosperabitur in his ad quę misi illud, ait Dominus omnipotens. Gradua. Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo Domine. ℣. Eleuatio manuum mearum sacrificiũ vespertinũ. ps 140.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum. cap. 21.

IN illo tempore. Cum intrasset Iesus Ierosolymam cõmota est vniuersa ciuitas, dicens: Quis est hic? Populi autem dicebant. Hic est Iesus propheta à Nazareth Galilęę. Et intrauit Iesus in tẽplum Dei: & eijciebat omnes vendentes, & ementes in templo: & mensas numulariorum, & cathedras vendentium

tium colũbas, euertit: & dixit
Isa. 56. eis. Scriptum est. Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam spelunca latronum. Et accesserunt ad eum cęci, & claudi in tẽplo: & sanauit eos. Vidẽtes autẽ principes sacerdotũ, & scribę, mirabilia quę fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes, hosanna filio Dauid: indignati sunt, & dixerunt ei. Audis qd isti dicunt? Iesus aũt dixit eis.
ps 8. Vtiq;. Nunq̃ legistis, qa ex ore infantiũ, & lactentiũ perfecisti laudẽ? Et relictis illis, abijt foras extra ciuitatẽ in Bethaniã: ibiq̃ mãsit. Offert. I n te speraui
ps 39. dñe: dixi, tu es De⁹ meus, ī manibus tuis tẽpora mea. Secret.

OBlatis, quæsum⁹ domine, placare munerib⁹: & a cũctis nos defende periculis. Per. Aliæ secretæ, vt in fer. iiij. Cin.
ps 4. fol. 31. Cõmu. C um inuocarẽ te, exaudisti me Deus iustitiæ meæ: in tribulatione dilatasti me: miserere mei domine, & exaudi oronem meam. Postcõ.

PRæsta quæsumus, omnipotens Deus: vt illius salutaris capiamus effectũ, cuius per hæc mysteria pignus accepimus. Per do. Aliæ postcommu. vt in feria quarta Cinerũ. f. 31.

Super populũ. O remus. Humiliate capita vestra Deo. Oro.

AScendant ad te Domine præces nostræ: & ab ecclesia tua cunctam repelle nequitiam. Per dominum nostrum.

FERIA QVARTA Quatuor temporum.

Statio ad sanctam Mariam maiorem. Introitus.

REminiscere miserationum tuarum dñe, & mīæ tuæ, quę a sęculo sunt: ne vnquam dominẽtur nobis inimici nostri: libera nos Deus Israel, ex oĩbus angustijs nr̃is.
ps 2. p̃s. Ad te dñe leuaui aĩam meã: Deus meus in te confido, non erubescam. ℣. Gloria. post Kyrie eleison dicitur O remus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

O remus. Oratio.

PReces nr̃as, q̃s dñe, clemẽter exaudi: & cõtra cuncta nobis aduersantia, dexteram tuæ maiestatis extende. Per dominum nostrum Iesum Chri.

Lectio libri Exodi.

cap. 24. IN diebus illis. Dixit dominus ad Moysen: Ascende ad me in montem: & esto ibi: daboque tibi duas tabulas lapideas: & legem ac mandata quæ scripsi: vt doceas filios Israel.

Surre-

Surrexerunt autem Moyſes, & Ioſue miniſter eius: aſcendéſq; Moyſes in montem Dei, ſenioribus ait. Expectate hic, donec reuertamur ad vos. Habetis Aaron, & Hur vobiſcum. Si quid natum fuerit quæſtionis, referetis ad eos. Cumq; aſcendiſſet Moyſes, operuit nubes montem, & habitauit gloria Dñi ſuper Sinai, tegens illum nube ſex diebus. Septimo autẽ die vocauit eum Dominus de medio caliginis. Erat autẽ ſpecies glorię Domini quaſi ignis ardens ſuper verticem montis, in conſpectu filiorum Iſrael. Ingreſſusq; Moyſes mediũ nebulæ aſcẽdit in montẽ. Et fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Grad.

ps 24. Tribulationes cordis mei dilatatæ ſunt: & de neceſſitatibus meis erue me Domine. ℣. Vide humilitatem meam, & laborem meum: & dimitte oĩa peccata mea. Hic dr̃ Dñs vobiſcum. Oremus. Oratio.

DEuotionem populi tui, q̃s Dñe, benignus intende: vt, qui per abſtinentiã macerantur in corpore, per fructum boni operis reficiantur in mente. Per dñm. Aliæ orationes, vt in fer. iij. Cin. fol. 31.

Lectio libri Regum.

IN diebus illis. Venit Elias in Berſabeæ Iuda, & dimiſit ibi puerũ ſuum: & perrexit in deſertum viã vnius diei. Cumq; veniſſet, & ſederet ſubter vnã iuniperum: petiuit animæ ſuę vt moreretur: & ait. Sufficit mihi Domine: tolle animã meã. Neque enim melior ſum quã patres mei. Proiecitq; ſe, & obdormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce, Angelus Dñi tetigit eum, dixitq; illi. Surge: comede. Et reſpexit, & ecce ad caput ſuum ſubcinericius panis, & vas aquæ. Comedit ergo, & bibit, & rurſum obdormiuit. Reuerſusq; eſt Angelus Domini ſecundo, & tetigit eum: dixitq; illi. Surge, comede: grandis ẽm tibi reſtat via. Qui cum ſurrexiſſet, comedit, & bibit: & ambulauit in fortitudine cibi illi⁹ quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, vſq; ad montem Dei Horeb. 3 c. 19. Tractus.

De neceſſitatib⁹ meis eripe me Domine: vide humilitatẽ meã, & laborem meum, & dimitte omnia peccata mea. ps 24. ℣. Ad te Domine leuaui animam meã: Deus meus in te confido, non erubeſcam: neque irrideant me inimici mei. ℣. Etenim vniuerſi,

vniuersi, qui te expectant, non confundentur: confundantur omnes facientes vana.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

cap. 12. IN illo tẽpore. Accesserũt ad Iesum scribæ & pharisæi, dicentes. Magister, volumus à te signum videre. Qui respondẽs ait illis. Generatio mala & adultera signũ quærit: & signũ nõ dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: quia pœnitentiam egerũt in prædicatione Ionæ. Et ecce plus quã Ionas, hic. Regina Austri surget ĩ iudicio cum generatione ista, & cõdemnabit eam: quia venit à finibus terræ audire sapiẽtiã Salomonis. Et ecce, plus quàm Salomon, hic. Cum autẽ immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiẽ & nõ inuenit: Tunc dicit. Reuertar in domũ meã, vnde exiui. Et veniẽs, inuenit eam vacantem, scopis mundatã, & ornatã. Tũc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & intrantes habitant ibi: & fiunt nouissima hominis illius peiora priorib⁹. Sic erit & generationi huic pessimæ. Adhuc eo loquente ad turbas: Ecce mater eius, & fratres stabant foris, q̃rentes loqui ei. Dixit autem ei quidã. Ecce, mater tua, & fratres tui foris stant, quærentes te. At ipse respondens dicenti sibi, ait. Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendẽs manũ in discipulos suos, dixit. Ecce mr̃ mea, & fratres mei. Quicunq; enim fecerit voluntatem patris mei, qui in cęlis est: ipse meus frater, & soror, & mater est.

Offertorium.

MEditabor in mandatis tuis, ps. 118. q̃ dilexi valde: & leuabo manus meas ad mandata tua, quę dilexi.

Secreta.

HOstias tibi Domine placationis offerimus: vt & delicta nostra miseratus absoluas, & nutantia corda tu dirigas. Per Dominum nostrum.

Aliæ secretæ, vt in feria quarta Cinerum fol. 31. Cõmunio.

INtellige clamorẽ meum: intende voci orationis meæ, rex meus, & Deus meus, quoniam ad te orabo Domine. ps. 5.

Postcõ.

TVi Domine perceptione sacramenti, & à nris mundemur occultis, & ab hostium liberemur insidijs. Per Domi. Aliæ postcōmuniones vt in feria quarta Cinerum. fol. 31. Super populū. Orem⁹. Humiliate capita vestra Deo. Oro.

MEntes nostras, qs Dne, lumine tuæ claritatis illustra: vt videre possimus quæ agenda sunt: & quę recta sunt, agere valeamus. Per Dominū.

FERIA QVINTA.

Statio ad sanctum Laurētium in Paneperna. Introitus.

ps 95. CONfessio, & pulchritudo in conspectu eius: sanctitas & magnificentia in sanctificatione eius.

ps 95. ps. Cantate dño canticum nouum: cantate Domino omnis terra. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEuotionē populi tui, qs dne benignus intende: vt qui per abstinentiā macerātur in corpore, per fructum boni operis reficiantur in mēte. Per. Aliæ oones vt i fer. iij. Ci. 31.

Lectio Ezechielis prophetæ.

sap. 18. IN diebus illis. Factus est sermo Domini ad me, dicens. Quid est, quod inter vos parabolam vertitis in prouerbium istud in terra Israel, dicentes: Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt? Viuo ego, dicit Dns Deus: si erit vobis vltra parabola hæc in prouerbium i Israel. Ecce oēs animæ meæ sunt: vt anima pris, ita & anima filij, mea est. Anima q peccauerit, ipsa morietr. Et vir si fuerit iustus, & fecerit iudiciū, & iustitiā: in mōtibus nō comederit: & oculos suos nō leuauerit ad idola domus Israel: & vxorem pximi sui nō violauerit: & ad mulierē menstruatā nō accesserit: & hominē nō cōtristauerit: pignus debitori reddiderit: p vim nihil rapuerit: panē suum esurienti dederit: & nudū cooperuerit vestimēto: ad vsuram non cōmodauerit, & amplius non acceperit: ab iniquitate auerterit manum suā: & iudicium verum fecerit inter virū, & virum: & in præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea custodierit, vt faciat veritatē: hic iustus est. Vita viuet: ait dominus Deus. Graduale.

Custodi me Dne vt pupillam ps 16. oculi: sub vmbra alarum tuarū protege me. ℣. De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant æquitatem.

Sequen-

Sequentia sancti Euangelij secundùm Matthæum.

cap 15. IN illo tpe. Egressus Iesus secessit in parres Tyri, & Sydonis. Et ecce, mulier Chananæa à finibus illis egressa clamauit dicẽs ei. Miserere mei Domine fili Dauid: filia mea male à dæmonio vexatur. Qui non respõdit ei verbum. Et accedentes discipuli eius, rogabant eum dicentes. Dimitte eam: quia clamat post nos. Ipse autẽ respondens, ait. Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt, domus Israel. At illa venit: & adorauit eum dicens. Dñe, adiuua me. Qui respondens, ait. Non est bonum sumere panẽ filiorum, & mittere canib⁹. At illa dixit. Etiã dñe. Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorũ suorũ. Tunc respondẽs Iesus, ait illi. O mulier magna est fides tua. Fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora. Offertorium.

ps 33. IMmittet Angelus Dñi in circuitu timentium eũ, & eripiet eos: gustate, & videte, quoniã suauis est Dominus. Secreta.

SAcrificia Domine, quæsumus, propitius ista nos saluent, quæ medicinalibus sunt instituta ieiunijs. Per Dominũ.

Aliæ secretæ, vt in feria quarta Cinerum: fol. 31. Cõmunio.

Ioã. 6. PAnis quem ego dedero, caro mea est pro sæculi vita. Postcõ.

TVorum nos Dñe largitate donorum, & temporalib⁹ attolle pĩdijs, & renoua sempiternis. Per dominum nostrũ.

Aliæ postcommuniones, vt in feria quarta Cinerum. fol. 31. Super populũ. Orem⁹. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

DA, q̃s Dñe, populis Christianis, & quæ profitẽtur agnoscere: & cęleste munus diligere, quod frequentant. Per.

FERIA VI.

Statio ad sanctos duodecim Apostolos. Introitus.

E necessitatibus meis eripe me Dñe: vide humilitatẽ meã, & laborẽ meũ, & dimitte omnia peccata mea. ps.

ps 24. Ad te Domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

ESto Domine propitius plebi tuæ: & quam tibi facis esse deuotam, benigno refoue miseratus auxilio. Per Dñm.

Aliæ orationes, vt in feria quarta Cinerum. folio 31.

Lectio

Lectio Ezechielis prophetæ.

cap. 18. HÆc dicit Dñs Deus. Anima q̃ peccauerit ipſa morietur. Filiꝰ nõ portabit iniquitatẽ pr̃is: & pr̃ nõ portabit iniquitatẽ filij. Iuſtitia iuſti ſuper eum erit: & impietas impii erit ſuper eum. Si autẽ impius egerit pœnitentiam ab oĩbus peccatis ſuis quæ operatus eſt, & cuſtodierit vniuerſa præcepta mea, & fecerit iudiciũ, & iuſtitiam: vita viuet, & non morietꝰ. Oĩum iniquitatũ eiꝰ, quas operatus eſt, nõ recordabor. In iuſtitia ſua, quam operatus eſt viuet. Nunquid voluntatis meæ eſt mors impij, dicit Dñs Deꝰ, & nõ vt cõuertatur à viis ſuis, & viuat? Si autẽ auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatẽ ſecũdũ oẽs abominationes quas operari ſolet impius, nunqd viuet? Oẽs iuſtitiæ eius quas fecerat, nõ recordabunt. In prævaricatione ſua qua p̃uaricatus eſt, & in pc̃tõ ſuo quod peccauit, ĩ ipſis morietꝰ. Et dixiſtis. Non eſt æqua via dñi. Audite ergo domꝰ Iſrael. Nũquid via mea nõ eſt ęqua, & nõ magis viæ vr̃æ prauæ ſunt? Cũ em̃ auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem: morietur in eis. In iniuſtitia, quam operatus eſt, morietur. Et cum auerterit ſe impius ab impietate ſua q̃ operatus eſt, & fecerit iudiciũ & iuſtitiã: ipſe aĩam ſuã viuificabit. Cõſiderans em̃, & auertẽs ſe ab oĩbus iniquitatibꝰ ſuis quas operatus eſt: vita viuet & non morietur, ait dñs op̃s. Grad. Saluum fac ſeruum tuum Deus meus ſperãtem in te. ℣. Auribus percipe domine orationem meam. Tract. Dñe non ſecundũm peccata noſtra, quæ fecimus nos: neq; ſecundũ iniq̃tates noſtras retribuas nobis. ℣. Dñe, ne memineris iniq̃tatũ nr̃arũ antiquarũ: cito anticipent nos miſericordiæ tuæ, q̃a pauperes facti ſumꝰ nimis. ℣. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter, & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius eſto pecatis noſtris propter nomen tuum.

ps 85.

ps 102.

ps 78.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundùm Iohannem.

cap. 5. IN illo tempore. Erat dies feſtus Iudæorum: & aſcendit Ieſus Ieroſolymam. Eſt aũt Ieroſolymis Probatica piſcina, quę cognominatꝰ hebraicè Bethſaida, quinq; porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium, cęcorũ, claudorum, & aridorũ, expectantium

aquæ motum. Angelus autem Dñi ſecundùm tempus deſcendebat in piſcinam: & mouebatur aqua. Et qui prior deſcendiſſet in piſcinã poſt motionẽ aquæ ſanus fiebat à quacunq; detinebatur ifirmitate. Erat autem quidam homo ibi, triginta & octo annos habens in ifirmitate ſua. Hũc cum vidiſſet Ieſus iacentem: & cognouiſſet, quia iam multum tempus haberet, dixit ei. Vis ſanus fieri? Reſpondit ei languidus. Dñe, hoiem non habeo, vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinã. Dũ venio eñ ego, alius ante me deſcendit. Dicit ei Ieſus. Surge, tolle grabatum tuũ, & ambula. Et ſtatĩ ſanus factus eſt homo ille: & ſuſtulit grabatum ſuum, & ambulabat. Erat autem ſabbathũ in illa die. Dicebant ergo Iudæi, illi q̃ ſanus factus fuerat. Sabbathũ eſt, nõ licet tibi tollere grabatum tuũ. Rñdit eis'. Qui me ſanũ fecit, ille mihi dixit. Tolle grabatũ tuum, & ambula. Interrogauerũt ergo eũ: Quis eſt ille homo, qui dixit tibi: Tolle grabatum tuũ, & ambula? Is aũt, qui ſanꝰ fuerat effectus, neſciebat q̃s eſſet. Ieſus aũt declinauit à turba cõſtituta ĩ loco. Poſtea inuenit eũ Ieſus in tẽplo, & dixit illi. Ecce ſanus factus es: iã noli peccare, ne deterius tibi aliquid cõtingat. Abijt ille homo, & nunciauit Iudæis: quia Ieſus eſſet, qui fecit eum ſanum. Offerto. Benedic anima mea Domino, ℣ & noli obliuiſci omnes retributiones eiꝰ: & renouabitur ſicut aquila iuuẽtus tua. Secre. SVſcipe, q̃s Dñe, munera noſtris oblata ſeruitijs: & tua propitius dona ſanctifica. Per. Aliæ ſecretæ, vt in fer. iiij. Cine. fol. 31. Cõmu. ℣ Erubeſcant, & conturbentur oẽs inimici mei: auertantur retrorſum, & erubeſcant valde velociter. Poſtcom. PEr huius Dñe operationẽ miſterij, & vitia noſtra purgentur, & iuſta deſideria compleantur. Per Dominum noſtr. Aliæ poſtc. vt in fer. iiij. Ci. 31. Super populũ. Oremus. Humiliate capita veſtra Deo. Oratio. EXaudi nos miſericors Deꝰ: & mentibus noſtris gratiæ tuæ lumen oſtende. Per Domi.

SABBATHO.

Statio ad S. Petrum. Introitus.

INtret oratio mea in conſpectu tuo: inclina aurem tuã ad precem meam Domine. ℣ Domine Deus ſalutis meæ: in die clamaui,

maui, & nocte corā te. ℣. Gloria patri. poſt Kyrie eleiſon. dicitur Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

POpulum tuum, quęſum⁹ Dñe propiti⁹ reſpice: atque ab eo flagella tuæ iracūdię clementer auerte. Per dominū.

ap. 16. Lectio libri Deuteronomij.

IN diebus illis: Locutus eſt Moyſes ad dñm, dicens. Reſpice Dñe de ſanctuario tuo, & de excelſo cœlorum habitaculo: & bñdic populo tuo Iſrael, & terrę quam dediſti nobis, ſicut iuraſti patribus noſtris, terræ, lacte & melle mananti. Audi Iſrael. Hodie Dñs Deus tuus præcepit tibi, vt facias mādata eius atq; iudicia: & cuſtodias & impleas ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. Dominū elegiſti hodie, vt ſit tibi Deus: & ambules in viis eius: & cuſtodias ceremonias illius, & mandata atque iudicia: & obedias eius imperio. En, dominus elegit te hodie, vt ſis ei popul⁹ peculiaris, ſicut locutus eſt tibi, & cuſtodias omnia præcepta illius: & faciet te excelſiorē cūctis gētibus, quas creauit ī laudem, & nomen, & gloriā ſuā: vt ſis populus ſanctus domini Dei tui, ſicut locutus eſt tibi.

Grad. Propitius eſto Domine peccatis noſtris: nequando dicant gentes, vbi eſt Deus eorū? ℣. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter: & propter gloriam nominis tui Domine libera nos. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio. ps 78.

PRotector noſter aſpice De⁹ vt, qui malorum noſtrorum pondere præmimur, perceptа miſericordia tua, libera tibi mente famulemur. Per do.

Lectio libri Deuteronomij. cap. 11.

IN diebus illis: dixit Moyſes filiis Iſrael. Si cuſtodieritis mandata, quæ ego præcipio vobis, & feceritis ea, vt diligatis dñm Deum veſtrum, & ambuletis in oībus viis eius adhærentes ei: diſperdet Dñs omnes gē tes iſtas ante faciē veſtram, & poſſidebitis eas, q̄ maiores & fortiores vobis ſunt. Oīs locus quē calcauerit pes veſter, veſter erit. A deſerto, & Libano, & flumine magno Euphrate, vſq; ad mare occidentale, erunt termini veſtri. Null⁹ ſtabit cōtra vos, terrorem veſtrū & formidinē dabit dñs Deus veſter ſup oēm terrā, quā calcaturi eſtis: ſicut locutus eſt vobis dñs Deus vr.

Gradua. Protector noſter aſpice Deus, & reſpice ſuper ſeruos ps 83.

tuos. ℣. Dñe De⁹ virtutū exaudi p̄ces ſeruorū tuorū. Orem⁹. Flectamus gen. ℟. Leuat. Oro.

ADeſto quæſumus domine ſupplicationibus noſtris: vt eſſe, te largiente, mereamur, & inter proſpera humiles, & inter aduerſa ſecuri. Per Domin.

2. ca. 1. Lectio libri Machabæorum.

IN diebus illis. Orationem faciebant ſacerdotes, dum offerrent ſacrificium pro populo Iſrael, Ionatha inchoante, cęteris autem reſpondentibus & dicentibus. Benefaciat vobis Deus, & meminerit teſtamenti ſui, quod locutus eſt ad Abraham, Iſaac, & Iacob, ſeruorum ſuorum fidelium. Et det vobis cor omnibus, vt colatis eum, & faciatis eius voluntatem corde magno & animo volenti. Adaperiat cor veſtrum in lege ſua, & in præceptis ſuis, & faciat pacem. Exaudiat orationes veſtras: & reconcilietur vobis, nec vos deſerat in tempore malo, Dominus De⁹ veſter.

p̄s 89. Graduale. Cōuertere Domine aliquantulum, & deprecare ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine, refugium factus es nobis à generatione in generationem. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

PRæces populi tui, q̄s Domine, clementer exaudi: vt q̄ iuſte p̄ peccatis noſtris affligimur, p̄ tui nominis gloria miſericorditer liberemur. Per d.

Lectio libri Sapientiæ. Ecc. 36

MIſerēre noſtri Deus omnium, & reſpice nos: & oſtēde nobis lucē miſerationū tuarū: & immitte timorē tuū ſuper gentes quæ non exquiſierunt te: vt cognoſcant, quia nō eſt Deus niſi tu: vt enarrent magnalia tua. Alleua manū tuam ſuper gentes alienas: vt videāt potentiam tuam. Sicut enim in conſpectu eorum ſanctificatus es in nobis: ſic in conſpectu noſtro magnificaberis in illis: vt cognoſcant te, ſicut & nos cognouimus, quoniam non eſt Deus præter te Domine. Innoua ſigna & immuta mirabilia. Glorifica manum, & brachium dextrum. Excita furorem, & effunde iram. Tolle aduerſarium, & afflige inimicum. Feſtina tp̄s, & memēto finis: vt enarrent mirabilia tua, dñe De⁹ nr̄. Grad. Dirigat̄ oro mea, ſicut incenſum in cōſpectu tuo dñe. ℣. Eleuatio manuū mearum ſacrificium veſpertinum. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Actio-

ACtiones nostras, quæsumus dñe aspirando præueni, & adiuuãdo prosequere: vt cuncta nostra oratio, & operatio à te semper incipiat, & per te cępta finiatur. Per dñm.

Lectio Danielis Prophetæ. cap. 3.

IN diebus illis: Angelus Dñi descendit cum Azaria, & sociis eius in fornacem: & excussit flammam ignis de fornace: & fecit mediũ fornacis, quasi ventũ roris flantẽ. Flãma autẽ diffusa est super fornacem cubitis quadraginta nouẽ: & incendit quos repperit iuxta fornacem de Chaldæis ministros regis, qui eam incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis, neque contristauit, nec quicquã molestiæ intulit. Tũc hi tres, quasi ex vno ore, laudabãt & glificabãt, & bndicebãt Deũ in fornace, dicẽtes. Hym.

BEnedictus es dñe Deus patrum nostrorum. Et laudabilis, & glorioſus in sæcula.

Et benedictum nomen gloriæ tuæ, quod est sanctum. Et laudabile, & glorioſum in sæcula.

Benedictus es in templo sancto gloriæ tuæ. Et laudabilis, & glorioſus in sæcula.

Benedictus es super thronum sanctum regni tui. & Et laudabilis, & glorioſus in sæcula.

Benedictus es super sceptrum diuinitatis tuæ. Et laudabilis, & glorioſus in sæcula.

Bndictus es q̃ sedes super Cherubim, intuens abyssos. Et laudabilis, & glorioſus in sæcula.

Benedictus es, qui ambulas super pennas ventorum, & super vndas maris. Et laudabilis, & glorioſus in sæcula.

Benedicant te omnes angeli, & sancti tui. Et laudent te, & glorificent in sæcula.

Benedicãt te cœli, terra, mare, & omnia q̃ in eis sunt. Et laudent te, & glorificẽt in sæcula.

Gloria pri, & filio, & spũi sctõ. Et laudabili, & glorioſo ĩ scla.

Sicut erat in principio, & nũc, & semper: & in sæcula sæculorum. Amen. Et laudabilis, & glorioſus in sæcula.

Benedictus es domine Deus patrum nostrorum. Et laudabilis, & glorioſus in sæcula.

Hic dicitur ℣. Dominus vobiscum. Nõ dicitur Flectamus genua. Oremus. Oratio.

DEus, qui tribus pueris mitigasti flammas ignium: concede propitius: vt nos famulos tuos nõ exurat flamma vitiorum. Per dñm. Aliæ orationes, vt in fer. iuj Cin. fol. 31.

1. ca. 5. Lcō epi. b. Pauli apo. ad Theſ.

FRatres: Rogamus vos, corripite inquietos, cōſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad oēs. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: ſed ſemper quod bonum eſt ſectamini ī inuicē, & in oēs. Semper gaudete. Sine intermiſſione orate. In oībus gratias agite. Hæc eſt enim voluntas Dei in Chriſto Ieſu in oībus vobis. Spiritum nolite extinguere. Prophetias nolite ſpernere. Oīa autem probate: quod bonum eſt tenete. Ab oī ſpecie mala abſtinete vos. Ipſe autē Deus pacis ſanctificet vos per oīa: vt integer ſpiritꝰ veſter, & anima & corpus: ſine q̄rela, in aduētum domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur. Tractus.

ps 116. Laudate Dominum oēs gētes: & collaudate eum oēs populi. ℣. Qm̄ cōfirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: & veritas domini manet in æternū. Euang. In illo tempore: aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum. Quęre in ſequēti Dominica. Offer.

ps 87. Domine Deus ſalutis meæ, in die clamaui & nocte coram te: intret oratio mea in conſpectu tuo Domine. Secreta.

PRæſentibus ſacrificijs, q̄s Domine iciunia noſtra ſanctifica: vt quod obſeruantia noſtra profitetur exterius, īterius operetur. Per dominū. Aliç ſecretæ, vt in fer. iiij. Cin. fol. 31.

Commu. Domine Deus in te ps 7. ſperaui, libera me ab omnibus perſequentibus me, & eripe me. Poſtcommunio.

SAnctificationibus tuis ops Deus, vt vitia noſtra curentur, & remedia nobis æterna proueniant. Per Dominum. Aliæ poſtc. vt in fer. iiij. Ci. 31. Super populū. Orem⁹. Humiliate capita veſtra Deo. Oro.

FIdeles tuos Deꝰ benedictio deſiderata confirmet: quæ eos, & à tua voluntate nunq̄ faciat diſcrepare, & tuis ſemp īdulgeat bñficijs gratulari. Per.

DOMINICA II. Quadrageſimæ.

Statio ad ſanctam Mariā Maiorem. Introitus.

REminiſcere miſerationū tuarū Dñe: & miſericordiæ tuæ, q̄ à ſæculo ſunt: ne vnquā dominētur nobis inimici noſtri: libera nos Deus Iſrael ex omnibus anguſtijs

ſtijs noſtris. ℣. Ad te dñe leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubeſcam. ℣. Gloria pri. Oremus. Oro.

DEus, qui conſpicis omni nos virtute deſtitui: interius exteriuſque cuſtodi: vt ab oīb⁹ aduerſitatib⁹ muniamur ī corpore, & à prauis cogitationib⁹ mundemur ī mente. Per. Aliæ orones vt ī fer. iiij. Ci. 31.

Lcō Epi. b. Pauli Apo. ad Theſ. cap. 1.

FRatres: Rogam⁹ vos, & obſecramus in Dño Ieſu: vt quemadmodū accepiſtis à nobis, quomodo vos oporteat ambulare, & placere Deo: ſic & ambuletis, vt abundetis magis. Scitis enim quæ præcepta dederim vobis, per dñm Ieſū. Hęc eſt enim volūtas Dei, ſanctificatio veſtra: vt abſtineatis vos à fornicatiōe: vt ſciat vnuſquiſq; veſtrum vas ſuū poſſidere in ſanctificatione, & honore: nō in paſſione deſiderij, ſicut & gentes, quæ ignorant Deum. Et ne quis ſupergrediatur, neq; circūueniat ī negocio fratrē ſuū: qm̄ vindex eſt Dñs de his oībus, ſicut prædiximus vobis, & teſtificati ſumus. Nō enim vocauit nos Deus in immunditiā, ſed in ſanctificationē. in Chro Ieſu domino nro.

Gradua. Tribulationes cordis mei dilatatæ ſunt: de neceſſitatibus meis eripe me Dñe. ℣. Vide humilitatē meam, & laborē meū: & dimitte oīa pecca ta mea. Tractus. Confitemini Dño, qm̄ bonus: qm̄ in ſæculū miſericordia eius. ℣. Quis loquetur potentias Dñi: auditas faciet oēs laudes eius? ℣. Beati qui cuſtodiunt iudiciū, & faciunt iuſtitiā in omni tempore. ℣. Memento noſtri Domine in beneplacito populi tui, viſita nos in ſalutari tuo. ps. 24. ps. 105.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundùm Matthæum.

INillo tēpore. Aſſumpſit Ieſus Petrū, & Iacobū, & Iohānem fratrē eius, & duxit illos ī montem excelſum ſeorſum: & transfiguratus eſt ante eos. Et reſpleduit facies eius ſicut Sol: veſtimenta autē eius facta ſunt alba ſicut nix. Et ecce, apparuerunt illis Moyſes & Elias cum eo loquentes. Reſpondens aūt Petrus, dixit ad Ieſum. Dñe, bonum eſt nos hic eſſe. Si vis, faciam⁹ hic tria tabernacula, tibi vnum, Moyſi vnum, & Eliæ vnum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube, dicēs. Hic eſt filius meus dilectus, in cap. 17.

quo mihi bene complacui, ipsum audite. Et audientes discipuli, ceciderunt in faciē suam, & timuerunt valde, & accessit Iesus, & tetigit eos, dixitq; eis. Surgite, & nolite timere. Leuātes autem oculos suos, neminē viderunt, nisi solum Iesum. Et descendentibus illis de monte, præcepit eis Iesus, dicēs. Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis à mortuis resurgat. Credo. Offertorium.

ps 118. Meditabor in mandatis tuis, quæ dilexi valde: & leuabo manus meas ad mandata tua, quæ dilexi. Secreta.

SAcrificijs præsentib⁹ Dñe, quæsumus: intende placatus: vt & deuotioni nostræ p̄ficiant, & saluti. Per Dominū. Aliæ secretæ, vt in feria quarta Cinerum. fol. 31. Communio.

ps 5. Intellige clamorē meum: intende voci orationis meæ, rex meus, & Deus meus, quoniam ad te orabo Domine.

Postcommunio.

SVpplices te rogamus omnipotens Deus: vt quos tuis reficis sacramentis, tibi etiam placitis moribus dignāter deseruire concedas. Per dominū. Aliæ postcommuniones, vt in feria quarta Cinerum. fol. 31.

FERIA SECVNDA.

Statio ad S. Clementē. Introit⁹.

REdime me Dñe, & miserere mei: pes enim meus stetit ī via recta: in ecclesijs benedicam Dominum. p̄s. Iudica me Domine, quoniam ps 25. ego in innocentia mea ingressus sum: & in Domino sperās, nō īfirmabor. ℣. Gloria. Oro.

PRæsta, quæsumus, omnipotēs Deus: vt familia tua, quę se affligendo carnē, ab alimentis abstinet: sectando iustitiam à culpa ieiunet. Per dñm. Aliæ orationes, vt in feria quarta Cinerum. folio 31.

Lectio Danielis Prophetæ.

IN diebus illis. Orauit Daniel Dñm, dicens: Dñe Deus noster, qui eduxisti populum tuum de terra Ægypti in manu forti, & fecisti tibi nomen secundū diem hanc, peccauimus, iniquitatē fecimus, Dñe ī oēm iustitiam tuā, auertatur obsecro ira tua, & furor tuus à ciuitate tua Ierusalē, & à mōte sācto tuo. Propter peccata eī nostra, & iniquitates patrū nostrorum, Ierusalem & populus tuus in opprobrium sunt oīb⁹ per circuitum nostrum. Nunc ergo exaudi dñe Deus noster cap. 9.

ora-

orationem serui tui, & preces eius: & ostẽde faciem tuã super sanctuariũ tuũ, quod desertum est. Propter temetipsum ĩclina Deus meus aurẽ tuam, & audi: aperi oculos tuos, & vide desolationẽ nostrã, & ciuitatẽ, sup quam inuocatũ est nomẽ tuũ. Neque enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciẽ tuã: sed ĩ miserationibus tuis multis. Exaudi Domine, placare Domine, attende, & fac. Ne moreris pp temetipsum Deus meus: quia nomen tuum inuocatum est super ciuitatẽ, & super populum tuum, dñe Deus noster.

ps 96. Grad. A diutor meº, & liberator meus esto: Domine ne tardaueris. ℣. Confundantur, & reuereantur inimici mei, qui quærunt animã meam. Tractº.

ps 102. Domine non secundùm peccata nostra, quæ fecimus nos, neq; secundùm iniqtates nras retribuas nobis. ℣. Dñe, ne memineris iniquitatũ nrarum antiquarũ: cito anticipent nos misericordię tuę, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiua nos Deº salutaris noster, & ꝓpter gloriã nominis tui Dñe libera nos: & ꝓpitius esto peccatis nostris pp nomen tuum.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Iohannem.

IN illo tpe. Dixit Iesus turbis Iudæorũ. Ego vado, & quæretis me: & in pcto vestro moriemini. Quo ego vado, vos nõ potestis venire. Dicebant ergo Iudæi: Nunquid interficiet semetipsum, quia dicit: Quo ego vado, vos non potestis venire? Et dicebat eis. Vos de deorsum estis: ego de supernis sum. Vos de mũdo hoc estis: ego nõ sum de hoc mũdo. Dixi ergo vobis: quia moriemini in peccatis vestris. Si enim non credideritis, quia ego sum: moriemini in peccato vestro. Dicebant ergo ei. Tu quis es? Dixit eis Iesus. Principium: qui & loquor vobis. Multa habeo de vobis loq, & iudicare. Sed qui misit me, verax est: & ego, quę audiui ab eo, hæc loquor in mũdo. Et nõ cognouerunt, quia patrẽ eius dicebat Deũ. Dixit ergo eis Iesus. Cũ exaltaueritis filiũ hoĩs, tũc cognoscetis, quia ego sum, & à me ipso facio nihil: sed sicut docuit me Pr̃, hæc loquor. Et q̃ me misit, mecũ est: & non reliquit me solũ, qa ego q̃ placita sunt ei, facio semp. Offert. cap. 8.

Benedicam Dñm, qui tribuit mihi intellectũ: prouidebam ps 15.

Dominum

Dominum in conſpectu meo ſemper: quoniam à dextris eſt mihi, ne commouear. Secreta.

HÆc hoſtia Dñe placationis & laudis, tua nos protectionie dignos efficiat. Per d. Alię ſecretę, vt in feř. iiij. Cine.

ps 8. f. 31. Cõmu. Dñe dñs noſter, quàm admirabile eſt nomen tuũ in vniuerſa terra. Poſtcõ.

HÆc nos cõmunio Dñe, purget à crimine. & cęleſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per dom. Alię poſtcõmun. vt in feř. iiij. Cinerum. fol. 31. Super populũ. Orem⁹. Humiliate capita veſtra Deo. Oratio.

ADeſto ſupplicationib⁹ noſtris omnipotẽs Deus: & quibus fiduciã ſperãdæ pietatis indulges, conſuetæ miſericordiæ tribue benignus effectum. Per Dominum noſtrum.

FERIA TERTIA.

Statio ad S. Balbinã. Introitus.

lbi dixit cor meũ: q̃ſiui vultũ tuum, vultum tuum dñe requiram: ne auertas faciẽ tuã à me.

ps 26. ps. Dñs illuminatio mea, & ſalus mea: quẽ timebo. ℣. Gloria pri. Oratio.

PErfice, quęſumus Dñe, benignus, in nobis obſeruantiæ ſanctæ ſubſidium: vt quæ te authore facienda cognouimus, te operãte impleam⁹. Per. Aliæ oř ones vt ī fer. iiij. Ci. 31.

Lectio libri Regum. cap. 17.

ĪN diebus illis. Factus eſt ſermo Dñi ad Eliã Thesbitem, dicens. Surge, & vade in Sareptham Sidoniorum, & manebis ibi. Præcepi eñ ibi mulieri viduæ, vt paſcat te. Surrexit, & abijt in Sareptham. Cumq́; veniſſet ad portã ciuitatis, apparuit ei mulier vidua colligẽs ligna, & vocauit eã, dixitq́ue ei. Da mihi paululũ aquæ in vaſe vt bibam. Cumq́; illa pergeret vt afferret, clamauit poſt tergũ eius, dicẽs. Affer mihi obſecro & buccellã panis in manu tua. Quæ reſpondit. Viuit dñs De⁹ tuus, quia nõ habeo panẽ, niſi quantum pugillus capere poteſt farinæ ī hydria, & paululũ olei ī lécitho. En colligo duo ligna: vt ĩgrediar, & faciam illud mihi, & filio meo: vt comedam⁹ & moriamur. Ad quã Elias ait. Noli timeř: ſed vade, & fac ſicut dixiſti. Veruntñ mihi primũ fac de ipſa farinula ſubcinericiũ panẽ paruulũ, & affer ad me: tibi autẽ & filio tuo facies poſtea. Hæc autẽ dicit dñs Deus Iſrael. Hydria farinæ nõ deficiet: nec lécith⁹ olei minuetur,

tur, vsq; in diem ī qua daturus est Dñs pluuiā super faciē terræ. Quæ abijt, & fecit iuxta verbum Eliæ. Et comedit ipse, & illa, & domus eius. Et ex illa die, hidria farinæ non defecit: & lécithus olei non est imminut⁹, iuxta verbum Dñi: quod locutus fuerat in manu Eliæ.

ps 54. Grad. Iacta cogitatum tuum ī Dño, & ipse te enutriet. ℣. Dū clamarem ad Dominum, exaudiuit vocem meam ab his, qui appropinquant mihi.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Matthæum.

cap. 23. IN illo tẽpore: Locutus est Iesus ad turbas, & ad discipulos suos, dicens. Super Cathedrā Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi. Oīa ergo quæcunque dixerint vobis, seruate, & facite: secundùm vero opera eorū nolite facere. Dicunt enim, & nō faciunt. Alligāt enim onera grauia, & importabilia, & imponunt ī humeros hominum, digito autē suo nolunt ea mouere. Omnia vero opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus. Dilatant enim philacteria sua, & magnificant fimbrias. Amant autē primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus, Rabbi. Vos autē nolite vocari Rabbi. Vnus est enim magister vester: oēs autē vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis super terrā: vnus est enim pater vester, qui est in cœlis. Nec vocemini magistri, quia magister vester vnus est Christus. Qui maior est vestrū, erit minister vester. Qui autem se exaltauerit, humiliabitur: & qui se humiliauerit, exaltabitur. Offer. Miserere mei Dñe secūdū magnā misericordiā tuā: dele dñe iniquitatem meam. ps 50. Secreta.

SAnctificationem tuā nobis Domine his mysterijs operare placatus: quæ nos & à terrenis purget vitijs, & ad cœlestia dona perducat. Per Domi. Aliæ secretæ, vt ī fer. iiij. Ci. 31.

Cōmu. Narrabo oīa mirabilia tua: lætabor & exultabo in te: psallā noī tuo altissime. ps 9. Postc.

VT sacris Domine reddamur digni muneribus, fac nos tuis, quæsum⁹, semper obedire mandatis. Per Domi. Aliæ postc. vt in fer. iiij. Ci. 31. Super populū. Orem⁹. Humiliate capita vestra Deo. Oro.

PRopitiare Domine supplicationibus nostris, & animarum nostrarum medere lāguoribus:

guoribus: vt, remissione percepta, in tua semper benedictione lætemur. Per dominum.

FERIA QVARTA.

Statio ad S. Cęciliã. Introtus.

NE derelinquas me Dñe Deus meus, ne discedas à me: intende in adiutorium meum Dñe virtus salutis meæ. ℘s. Dñe ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me. ℣. Gloria. Oro. ps 37.

POpulum tuum Dñe propitius respice: & quos ab escis carnalibus præcipis abstinere, à noxijs quoque vitijs cessare concede. Per Dominũ. Aliæ orationes, vt in feria quarta Cinerum. folio 31.

Lectio libri Hester. cap. 13.

IN diebus illis: Orauit Mardochæus ad Dñm, dicens. Dñe Deus rex oĩpotens, in ditione tua cũcta sunt posita: & non est qui possit tuę resistere voluntati. Si decreueris saluare nos, continuo liberabimur. Tu enim Domine fecisti cęlũ & terram, & quicquid cęli ambitu continetur. Tu es dñs omnium: & non est qui resistat maiestati tuę. Et nunc domine rex regum, Deus Abrahã, miserere populo tuo: quia volunt nos inimici nostri perdere: & hęreditatem tuã delere. Ne despicias partem tuã, quã redemisti tibi: sed exaudi deprecationẽ nostrã: & propitius esto sorti, & funiculo hęreditatis tuę. Et conuerte luctum nostrũ in gaudiũ: vt viuẽtes laudemus nomẽ tuũ: & ne claudas ora canentium te, dñe Deus noster.

Gradu. Saluum fac populum tuum domine, & benedic hæreditati tuæ. ℣. Ad te dñe clamaui, Deus meus ne sileas à me, & ero similis descendentibus in lacum. ps 27. Tractus.

Dñe non secundũ peccata nostra, quæ fecimus nos, neq; secundũ iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Dñe, ne memineris iniquitatũ nostrarũ antiquarũ: cito anticipẽt nos misericordię tuę, ęa pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deꝰ salutaris noster, & propter gloriã nominis tui domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris ꝓpter nomen tuũ. ps 102. ps 78.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Matthæum. cap. 20.

IN illo tpe. Ascendens Iesus Ierosolimã, assumpsit duodecim discipulos suos secreto, & ait illis. Ecce ascẽdimus Ierosolymã, & filius hominis tradetur

detur principib⁹ sacerdotum, & scribis: & condẽnabũt eum morte. Et tradẽt eũ gẽtibus ad illudendũ, & flagellãdũ, & crucifigẽdũ: & die tertia resurget. Tũc accessit ad eũ mater filiorũ Zebedęi cũ filiis suis, adorãs & petẽs aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic, vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuã, & vnus ad siniſtrã, in regno tuo. Rñdẽs aũt Iesus, dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicẽ, quem ego bibiturus sum? Dicũt ei. Possumus. Ait illis. Calicẽ quidẽ meũ bibetis: sedere autẽ ad dexterã meam vel ad siniſtrã, nõ est meũ dare vobis: sed quibus paratum est à patre meo. Et audientes decem, indignati sunt de duobus fratribus. Iesus autem vocauit eos ad se: & ait. Scitis, quia principes gentium dominãtur eorũ: & qui maiores sunt, potestatẽ exercent in eos? Non ita erit inter vos. Sed quicũq; voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister: & q voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Sicut filius hominis nõ venit ministrari, sed ministrare, & dare animã suã redẽptionẽ pro multis. Offert.

ps 24. Ad te Dñe leuaui animã meã, Deus meus in te confido, non erubescam: neque irrideãt me inimici mei: etenim vniuersi, qui te expectant, non confundentur. Secreta.

HOstias, qs dñe, quas tibi offerim⁹, ppitius respice; & p hæc sancta cõmercia, vincula pctõrũ nrorũ absolue. Per. Aliæ sect. vt in fer. iiij. Cin. 31.

Commu. Iustus Dñs, & iustiam dilexit: æquitatem vidit vultus eius. ps 20. Postcommunio.

SVmptis dñe sacramẽtis, ad redẽptionis æternæ, quçsumus, pficiamus augmẽtũ. Per. Aliæ postcommuniones, vt in feria quarta Cinerum. fol. 31. Super populũ. Orem⁹. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

DEus innocẽtiæ restitutor, & amator, dirige ad te tuorum corda seruorum: vt spiritus tui feruore concepto, & in fide inueniantur stabiles, & in opere efficaces. Per dominũ nostrum. in vnitate eiusdem.

FERIA QVINTA.

Statio ad sanctam Mariã trans Tyberim. Introitus.

DEus in adiutoriũ meum intende, Dñe ad adiuuandum me festina: confundantur, & reuereantur ps 69.

omnes

omnes inimici mei, qui quærunt animã meã. ps. Auertãtur retrorsum,& erubescãt,qui volũt mihi mala. ℣. Gloria. Oro.

PRæsta nobis,qs Dñe,auxilium gratię tuæ: vt ieiunijs & orationibus cõuenienter intenti, liberemur ab hostibus mentis & corporis. Per Dñm.

Aliæ orones,vt ĩ fer.iiij.Ci.44.

Lectio Ieremiæ prophetæ. cap.17.

HÆc dicit dñs Deus. Maledictus homo qui confidit ĩ homine, & ponit carnem brachiũ suum:& à Dño recedit cor eius. Erit enim quasi myrice in deserto, & non videbit cũ venerit bonũ: sed habitauit in siccitate in deserto in terra salsuginis,& inhabitabili. Benedictus vir,qui cõfidit in Dño, & erit Dñs fiducia eius. Et erit quasi lignũ, quod transplantatur super aquas, quod ad humorẽ mittit radices suas: & nõ timebit, cum venerit æstus. Et erit foliũ eius viride:& in tempore siccitatis nõ erit solicitũ: nec aliquando desinet facere fructũ.Prauum est cor hoĩs, & inscrutabile: quis cognoscet illud? Ego Dñs scrutans corda, & probans renes: qui do vnicuique iuxtà viã suam,& iuxta fructum adinuentionũ suarũ. Dicit Dñs omnipotens. Grad. Propitius esto peccatis nostris Dñe,nequando dicant gentes, vbi est Deus eorũ? ps 78. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui Domine libera nos.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam. cap.16

IN illo tẽpore: Dixit Iesus discipulis suis. Homo quidam erat diues, & induebatur purpura, & byssо: & epulabatur quotidie splẽdide. Et erat quidam mendicus noĩe Lazarus, qui iacebat ad ianuã eius, vlceribus plenus: cupiẽs saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis,& nemo illi dabat. Sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius. Factũ est autẽ, vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis ĩ sinũ Abrahæ. Mortuus est autẽ & diues:& sepultus est ĩ inferno. Eleuans autẽ oculos suos,cum esset in tormẽtis,vidit Abrahã à lõge, & Lazarum in sinu eius. Et ipse clamans:dixit.Pater Abraham miserere mei:& mitte Lazarum, vt intingat extremũ digiti sui in aquã, vt refrigeret linguam meã, quia crucior in hac flãma.Et dixit illi Abrahã. Fili, recordare, quia recepisti bona

bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic cõsolatur, tu vero cruciaris. Et in his oĩbus, inter nos & vos chaos magnũ firmatũ est: vt hi qui volũt hinc transire ad vos, nõ possint: neq; inde huc trãsmeare. Et ait. Rogo ergo te pater, vt mittas eũ in domũ patris mei. Habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locũ tormentorũ. Et ait illi Abrahã. Habent Moysen, & prophetas: audiãt illos. At ille dixit. Nõ, pr̃ Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pęnitentiã agẽt. Ait autẽ illi. Si Moysen & ꝓphetas nõ audiũt: neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credẽt. Offer.

Exod. 32. Precatus est Moyses in cõspectu domini Dei sui: & dixit: Quare Domine irasceris in populo tuo: parce iræ animæ tuę: Memento Abraham, Isaac, & Iacob: quibus iurasti dare terrã fluẽtẽ lac, & mel: & placat⁹ est Dñs de malignitate, quã dixit facere populo suo. Secreta.

PRæsenti sacrificio nomini tuo nos Dñe ieiunia dicata sanctificẽt: vt quod obseruãtia nostra profitetur exterius, interius operetur effectu. Per. Aliæ secre. vt ĩ fer. iiij. Cin. 31.

Cõmu. Qui manducat meam carnem, & bibit meũ sanguinem, in me manet, & ego in eo: dicit Dominus. Postcommu. Ioã. 16.

GRatia tua nos, quæsumus Dñe, non derelinquat, q̃ & sacræ nos deditos faciat seruituti, & tuam nobis opẽ semper acquirat. Per dominum. Aliæ postcommuniones, vt in feria quarta Cinerum. fol. 31. Super populũ. O rem⁹. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

ADesto Dñe famulis tuis, & perpetuã benignitatẽ largire poscentibus: vt his, qui te authore, & gubernatore gloriãtur, & cõgregata restaures, & restaurata cõserues. Per do.

FERIA SEXTA.

Statio ad S. Vitalem. Introitus.

Ego autẽ cum iustitia apparebo in cõspectu tuo: satiabor, dum manifestabitur gloria tua. Psalm⁹. Exaudi Domine iustitiã meã: intende deprecationem meã. ℣. Gloria patri, & fil. Oratio. ps 16.

DA, quæsumus, oĩpotens Deus, vt sacro nos purificante ieiunio, fincéris mentib⁹ ad sancta ventura facias peruenire. Per Dñm. Aliæ oões, vt supra in feria iiij. Cin. f. 31.

Lectio

Lectio libri Geneſis.

cap. 37. IN diebus illis: Dixit Ioſeph fratribꝰ ſuis. Audite ſomniũ meũ, quod vidi. Putabam nos ligare manipulos in agro: & quaſi conſurgere manipulum meũ, & ſtare: veſtroſq; manipulos circũſtantes adorare manipulũ meũ. Reſponderũt fratres eius. Nunquid Rex noſter eris? aut ſubijciemur ditioni tuæ? Hæc ergo cauſa ſomniorũ atq; ſermonum, inuidiæ & odij fomitẽ miniſtrauit. Aliud quoq; ſomniũ vidit, quod narrãs fratribus, ait. Vidi per ſomniũ quaſi ſolẽ, & lunã, & ſtellas vndecim adorare me. Quod cũ patri ſuo, & fratribꝰ retuliſſet, increpauit eum pater, & dixit. Quid ſibi vult hoc ſomnium, quod vidiſti? Nunquid ego, & mater tua, & fratres tui adorabimus te ſuper terrã? Inuidebant igitur ei fratres ſui: pater vero rem tacitus conſiderabat. Cumq; fratres illius in paſcẽdis gregibus patris morarẽtur in Sichem, dixit ad eum Iſrael. Fratres tui paſcunt oues in Sichimis, veni: mittam te ad eos. Quo reſpondẽte, Præſto ſum: ait. Vade, & vide, ſi cuncta proſpera ſint erga fratres tuos, & pecora: & renuncia mihi quid agatur. Miſſus de valle Hebrõ, venit in Sichem. Inuenitq; eũ vir errãtẽ in agro: & interrogauit quid quęreret. At ille rñdit. Fratres meos q̃ro: indica mihi vbi paſcant greges. Dixit ei vir. Receſſerũt de loco iſto. Audiui autẽ eos dicẽtes. Eamus in Dothaĩ. Perrexit ergo Ioſeph poſt fratres ſuos, & inuenit eos in Dothain. Qui cũ vidiſſent eũ procul, antequã accederet ad eos, cogitauerunt illum occidere. Et mutuo loquebantur: Ecce ſomniator venit: venite occidamus eum: & mittamus eum in ciſternam veterem, dicemusq;: Fera peſſima deuorauit eum. Tunc apparebit, quid illi proſint ſomnia ſua. Audiẽs autem hæc Ruben, nitebatur liberare eum de manibus eorum, & dicebat. Non interficiamus aĩam eius, nec effundamꝰ ſanguinẽ: ſed proiicite eum in ciſternã hanc, q̃ eſt in ſolitudine: manusq; veſtras ſeruate innoxias. Hoc aũt dicebat, volẽs eripere eum de manibus eorũ, & reddere patri ſuo. Gradual. Ad Dñm cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. ℣. Dñe libera aĩam meã à labiis iniq;s, & à lingua doloſa. Tractus. Dñe non ſecundũ pẽtã noſtra, quæ

quæ fecimus nos, neq; secūdū iniquitates nostras retribuas
71. nobis. ℣. Dñe, ne memineris iniqtatū nr̄arū antiquarū: cito anticipent nos misericordiæ tuę, qa pauperes facti sum⁹ nimis. ℣. Adiuua nos De⁹ salutaris nr̄, & ꝓpter gloriā noīs tui dñe libera nos: & ꝓpitius esto peccatis nr̄is ꝓpter nomē tuū.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Matthæum.

ꝑ. 21. IN illo tempore: Dixit Iesus turbis Iudęorum, parabolā hāc. Homo quidā erat pr̄familias, qui plantauit vineā, & sepē circūdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim & locauit eā agricolis: & pegre ꝓfectus est. Cū autē tēpus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperēt fructus eius. Et agricolę apprehensis seruis eius, aliū ceciderunt, alium occiderunt, aliū vero lapidauerūt. Iterum misit alios seruos plures prioribus: & fecerūt illis similiter. Nouissime autē misit ad eos filiū suū, dicens: verebunt̄ forte filiū meū. Agricolę autē videntes filium, dixerūt intra se. Hic est hæres: venite, occidam⁹ eum, & habebimus hęreditatē eius. Et apprehēsum eū, eiecerunt extra vineā & occiderunt. Cū ergo venerit dñs vineæ, qd faciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos male perdet: & vineam suā locabit alijs agricolis, q̄ red dēt ei fructum tēporibus suis. Dicit illis Iesus. Nunquam legistis in scripturis. Lapidē quē ꝑs 117. reprobauerunt ędificātes, hic fact⁹ est ī caput anguli? A Dño factum est istud: & est mirabile in oculis nostris? Ideo dico vobis, qa auferetur à vobis regnū Dei: & dabit̄ genti facienti fructus eius. Et q̄ ceciderit sup lapidem istum, cōfringet̄. Sup quē vero ceciderit, cōteret eū. Et cū audissent principes sacerdotum, & pharisæi parabolas eius: cognouerūt q̄ de ipsis diceret. Et quęrētes eū tenere, timuerunt turbas: quoniā sicut prophetam eū habebāt. Offer. DOmine, in auxilium meū respice: confundant̄, & reuereātur qui quærunt animā meā, vt auferant eam: domine in auxilium meum respice. ꝑs 39. Secreta.

HÆc in nobis sacrificia, Deus & actione permaneāt, & operatione firment̄. p. Alia secretæ, vt in fer. iij. C in. f. 31. Comm. TU dñe seruabis nos, & custodies nos à generatione hac in ętern̄. ꝑs 11. Postcōio.

FAc nos, quæsumus domine, accepto pignore salutis æternæ, sic tendere congruenter: vt ad eam peruenire possimus. Per domi. Aliæ postcõm. vt in feria iiij. Cinerum. fo. 31. Super populũ. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

DA, q̃s dñe, populo tuo salutem mentis, & corporis: vt bonis operibus inhærẽdo, tuæ semper virtutis merea tur protectione defendi. Per.

SABBATHO.

Statio ad sanctos Marcellinũ, & Petrum. Introitus.

Ex dñi irreprehensibilis, conuertens animas, testimoniũ Dñi fidele sapientiã præstans paruulis. ps.

ps 18. Cęli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annũciat firmamentum. ℣. Gloria. Oro.

DA quæsumus dñe, nostris effectũ ieiunijs salutarẽ: vt castigatio carnis assumpta, ad nostrarum vegetationẽ trã seat animarum. Per do. Aliæ orones, vt in fer. iiij. Cin. f. 31.

Lectio libri Geneseos.

cap 27. IN diebus illis: Dixit Rebecca filio suo Iacob. Audiui patrem tuum loquentem cum Esau fratre tuo, & dicentem ei. Affer mihi de venatione tua, & fac cibos vt comedã, & benedicã tibi corã Dño antequam moriar. Nunc ergo fili mi acquiesce cõsilijs meis: & pergens ad gregem affer mihi duos hædos optimos, vt faciã ex eis escas pri tuo, q̃bus libenter vescit: quas cũ tuleris, & comederit, bñdicat tibi priusq̃ moriat. Cui ille rñdit. Nosti, q̃ Esau frater meus hõ pilosus sit & ego læuis: si attrectauerit me pr̃ meus, & senserit, timeo ne putet me voluisse sibi illudere, & inducat sup me maledictionẽ ꝓ benedictione. Ad quem mater. In me sit, ait, ista maledictio fili mi: tm̃ audi vocẽ meã, & pergẽs, affer quæ dixi. Abiit, & attulit, deditq̃; matri suæ. Parauit illa cibos, sicut nouerat velle pr̃em illi⁹. Et vestib⁹ Esau valde bonis, quas apud se hẽbat domi, induit eũ: pelliculasq̃ hædorũ circũdedit manibus, & colli nuda ꝓtexit. Deditq̃ pulmentũ: & panes quos coxerat, tradidit. Quibus illatis, dixit. Pr̃ mi? At ille rñdit. Audio. Quis es tu, fili mi? Dixitq; Iacob. Ego sum Esau primogenitus tuus: feci, sicut præcepisti mihi. Surge, sede, & comede de venatione mea, vt bñdicat

cat mihi aīa tua. Rursūq; Isaac ad filium suū. Quomodo inquit, tā cito inuenire potuisti, fili mi? Qui respondit. Volūtas Dei fuit, vt cito mihi occurreret quod volebā. Dixitq; Isaac. Accede huc, vt tangā te fili mi: & probem vtrum tu sis filius meus Esau, an non? Accessit ille ad patrem: & palpato eo, dixit Isaac. Vox quidē, vox Iacob est: sed manus, manꝰ sunt Esau. Et nō cognouit eum, quia pilosæ manus similitudinem maioris expressērant. Benedicens ergo illi, ait. Tu es filiꝰ meꝰ Esau? Rndit. Ego sum. At ille: Affer, inquit, mihi cibos de venatione tua fili mi: vt benedicat tibi aīa mea. Quos cum oblatos comedisset: obtulit ei etiam vinū. Quo hausto dixit ad eū. Accede ad me & da mihi osculū fili mi. Accessit & osculatus est eū. Statīq; vt sēsit vestimētorū illiꝰ fragrātiā, bndicēs illi ait. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui bndixit dns. Det tibi Deꝰ de rore cęli, & de pīguedine terrę abūdātiā frumēti vini, & olei: & seruiant tibi ppli, & adorēt te tribꝰ. Esto dns fratrū tuorū: & incuruent ante te filii mris tuę. Qui maledixerit tibi, sit ille maledictꝰ: & q bndixerit tibi, bndictionibꝰ repleat. Vix Isaac sermonē īpleuerat, & egresso Iacob foras venit Esau, coctosq; de venatione cibos ītulit pri, dicens. Surge pr mi, & comede de venatione filii tui: vt benedicat mihi aīa tua. Dixitq; illi Isaac. Quis enim es tu? Qui rndit. Ego sum filius tuus primogenitꝰ Esau. Expauit Isaac stupore vehemēti, & vltra quā credi pōt, admirans, ait: Quis ergo ille est, qui dudū captā venationē attulit mihi, & comedi ex oībus priusquam tu veni res? bndixiq; ei, & erit bndictꝰ. Auditis Esau sermonibus pris, irrugijt clamore magno: & cōsternatꝰ ait. Bndic ēt & mihi pr mi. Qui ait. Venit germanꝰ tuꝰ fraudulenter, & accepit benedictionē tuam. At ille subiunxit. Iuste vocatū est nomen eius Iacob. Supplātauit em me en altera vice. Primogenita mea antetulit, & nūc secundo surripuit bndictionē meā. Rursumq; ad patrē. Nunquid nō reseruasti, ait, & mihi bndictionem? Rndit Isaac. Dm tuum illum cōstitui, & omnes fratres eius seruituti illius subiugaui. Frumēto, vino, & oleo stabiliui eum: & tibi post hęc, fili mi, vltra q̄d faciam? Cui Esau. Num vnam,

inquit, tãtũ bñdictionẽ habes pr̃? Mihi quoq; obsecro vt bñdicas. Cũq; eiulatu magno fleret, motꝰ Isaac dixit ad eum. In pinguedine terræ, & in rore cęli desuper erit benedictio tua.

ps 91. Grad. Bonum est cõfiteri dño, & psallere noi tuo altissime. ℣. Adannũciãdũ mane misericordiã tuã, & veritatẽ tuã p noctẽ.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam.

ca. 15. IN illo tpe: Dixit Iesus discipulis suis parabolã hãc. Homo quidã habuit duos filios: & dixit adolescẽtior ex illis, patri. Pr̃, da mihi portionẽ substãtię, q̃ me cõtingit. Et diuisit illis substãtiã. Et nõ post multos dies, cõgregatis oĩbꝰ adolescẽtior filiꝰ pegre ꝓfectꝰ est in regionẽ lõginquã: & ibi dissipauit substãtiã suã viuẽdo luxuriosè. Et postq̃ cõsummasset oĩa, facta est fames valida ĩ regione illa: & ipse cępit egere. Et abijt, & adhęsit vni ciuiũ regionis illiꝰ. Et misit illũ in villã suã, vt pasceret porcos. Et cupiebat implere vẽtrẽ suũ de siliqs quas porci mãducabãt: & nemo illi dabat. In se aũt reuersus dixit. Quãti mercenarij in domo patris mei abundãt panibus: ego aũt hic fame pereo? Surgã, & ibo ad patrẽ meũ, & dicã ei. Pater peccaui in cęlum & coram te: iã nõ sum dignus vocari filius tuꝰ: fac me sicut vnũ de mercenarijs tuis. Et surgẽs venit ad patrẽ suũ. Cũ autẽ adhuc longe esset, vidit illũ pater ipsius: & misericordia motus est. Et accurrẽs cecidit sup collum eius, & osculatꝰ est eũ. Dixitq̃; ei filius. Pater, peccaui in cęlum, & corã te: iã nõ sum dignus vocari filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos. Cito ꝓferte stolã primã & induite illum: & date anulum in manu eius, & calceamenta in pedes eius: & adducite vitulum saginatũ, & occidite, & mãducemus, & epulemur: quia hic filiꝰ meꝰ mortuꝰ erat, & reuixit: perierat, & ĩuẽtus est. Et cęperũt epulari. Erat autẽ filius eius senior ĩ agro. Et cũ veniret, & appropinquaret domui, audiuit symphoniã & chorũ. Et uocauit vnũ de seruis: & interrogauit q̃ hęc essent. Isque dixit illi: Fr̃ tuus venit: & occidit pr̃ tuꝰ vitulũ saginatũ, quia saluũ illũ recepit. Indignatus est autẽ, & nolebat introire. Pater ergo illius egressus cœpit rogare eũ. At ipse rñdẽs, dixit patri suo. Ecce tot ãnis seruio tibi, & mãdatum

datum tuū nunquā præteriui: & nunquā dediſti mihi hædū, vt cum amicis meis epularer. Sed poſtquā filius tuus hic, qui deuorauit ſubſtantiā ſuā cum meretricibus, venit: occidiſti illi vitulum ſaginatū. At ipſe dixit illi. Fili, tu ſemper mecū es: & oīa mea tua ſunt. Epulari autē, & gaudere oportebat, quia frater tuus hic, mortuꝰ erat, & reuixit: perierat, & inuētus eſt.

ps 12. Offertorium. Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiā in morte: nequando dicat inimicus meus: Prævalui aduerſus eum. Secreta.

HIs ſacrificijs dñe concede placatus: vt, qui proprijs oramus abſolui delictis, non grauemur externis. Per Dñm. Aliæ ſecretæ, vt in feria quarta Cinerum. folio 31.

Cōmu. Oportet te fili gaudere: quia frater tuus mortuus fuerat, & reuixit: perierat, & inuentus eſt. Poſtcommunio.

SAcramenti tui domine diuina libatio penetralia noſtri cordis infundat, & ſui nos participes potēter efficiat. Per. Aliæ poſtcommuniones, vt in feria quarta Cinerum. fol. 31. Super populū. Oremꝰ. Humiliate capita veſtra Deo. Oro.

M.R.N.

FAmiliam tuam, quæſumꝰ Dñe, continua pietate cuſtodi: vt quæ in ſola ſpe gratiæ cœleſtis innititur, cœleſti etiā protectione muniatur. Per do.

DOMINICA TERTIA in Quadrageſima.

Statio ad ſanctum Laurētium extra muros. Introitus.

Culi mei ſemper ad Dñm: qa ipſe euellet de laqueo pedes meos: reſpice in me, & miſerere mei, qm̄ vnicus, & paup ſum ego ps. Ad te dñe leuaui aīam meā. ps 24. Deus meus in te cōfido nō erubeſcam. ℣. Gloria pri. Oratio.

QVæſumus, omnipotens Deꝰ, vota humilium reſpice: atq; ad defenſionem noſtram, dexteram tuæ maieſtatis extende. Per Dñm. Alię orōnes, vt ī fer. iiij. Ci. 31.

Lectio Epiſtolæ B. Pauli Apoſtoli ad Epheſios. cap. 5.

FRatres: Eſtote imitatores Dei, ſicut filij cariſſimi: & ambulate ī dilectione, ſicut & Chrīs dilexit nos, & tradidit ſemetipſū ꝓ nobis oblationē & hoſtiā Deo in odorē ſuauitatis.

Fornicatio autem,& oīs immū ditia,aut auaritia, nec noīetur in vobis,ſicut decet sāctos:aut turpitudo,aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas,quę ad rem non pertinet: ſed magis gratiarum actio. Hoc aūt ſcitote intelligē tes:q; omnis fornicator,aut im mūdus,aut auarus, qđ eſt idolorū ſeruitus,non hēt hæreditatē in regno Chri & Dei. Nemo vos ſeducat inanibus verbis. Propter hæc eī venit ira Dei ī filios diffidētiæ. Nolite ergo effici participes eorū. Eratis eī aliqñ tenebræ: nunc aūt lux in Dño. Vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis,eſt in omni bonitate,& iuſtitia,& veritate.

Ps 9. Grad. Exurge Dñe, nō p̄ualeat homo: iudicentur gentes in cō ſpectu tuo. ℣. In conuertendo inimicū meū retrorſum, infirmabunt,& peribūt à facie tua.

Ps 122. Tractus. Ad te leuaui oculos meos q̄ habitas in cęlis. ℣. Ecce ſicut oculi ſeruorū ī manib⁹ dñorū ſuorū. ℣. Et ſicut oculi ancillæ ī manibus dñæ ſuæ, ita oculi nr̄i ad dñm Deum nr̄m, donec miſereatur nr̄i. ℣. Miſerere nr̄i Dñe, miſerere noſtri.

cap. 11. Seq. ſcti Euang. ſecūdùm Lucā.

IN illo tpe. Erat Ieſus eijciens dęmoniū:& illud erat mutū. Et cū eieciſſet dęmoniū, locutus eſt mutus:& admiratę ſunt turbæ. Quidā autē ex eis dixerūt. In Beelzebub principe dęmoniorū eijcit dęmonia. Et alij tentātes,ſignū de cęlo q̄rebant ab eo. Ipſe aūt vt vidit cogitationes eorū,dixit eis. Oē regnū in ſeipſum diuiſum,deſolabit: & domus ſupra domū cadet. Si aūt & ſathanas ī ſeipſum diuiſus eſt:qūo ſtabit regnum ipſius,quia dicitis in Beelzebub eijcere me dæmonia? Si autem ego in beelzebub eiicio dęmonia:filii veſtri in quo eiiciunt? Ideo ipſi iudices veſtri erunt. Porro ſi in digito Dei eiicio dęmonia: profecto puenit in vos regnum Dei. Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuū: in pace ſunt oīa quæ poſſidet. Si autem fortior illo ſuperueniens vicerit eū: vniuerſa arma eius auferet,in quibus cōfidebat:& ſpolia eius diſtribuet. Qui non eſt mecū,aduerſum me eſt:& q̄ non colligit mecum,diſpergit. Cū immundus ſpūs exierit ab hoīe, perambulat p̄ loca arida & inaquoſa, quærens requiē. Et nō inueniēs dicit. Reuertar in domū meā,vnde exiui. Et cū venerit,īuenit eā ſcopis mūdatā & ornatam. Et tunc vadit,& aſſu-

assumit secum septē alios spūs nequiores se: & ingressi habitant ibi. Et fiūt nouissima hoīs illius peiora prioribus. Factum est aūt, cum hæc diceret, extollens vocem quædam mulier de turba dixit illi. Beat⁹ vēter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. At ille dixit. Quinimo, btī qui audiūt verbum Dei, & custodiunt illud. Et dicit C redo.

ps 18. Offertor. Iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda: & iudicia eius, dulciora super mel & fauum: nam & seruus tuus custodit ea. Secreta.

HÆc hostia, qs dñe, emundet nostra delicta, & ad sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora, mentesq; sanctificet. Per Domi. Aliæ secretæ: vt in fer. iiij. Cine. fol. 31.

ps 13. Cōm. Passer īuenit sibi domū, & turtur nidū, vbi reponat pullos suos: altaria tua dñe virtutū, rex meus & De⁹ meus: btī q̄ habitāt in domo tua, in sæculū sæculi laudabunt te. Postcom.

ACunctis nos, quæsumus domine, reatibus & periculis propitiat⁹ absolue, quos tanti mysterii tribuis esse participes. Per Dominum nostrū. Aliæ postcommuniones, vt in feria quarta Cinerum. fol. 31.

FERIA SECVNDA.

Statio ad sanctum Marcum.

Introitus.

IN Deo laudabo verbū: in dño laudabo sermonē: ī Deo sperabo, nō timebo, quid faciat mihi homo. ps. Miserere mei De⁹, qm cōculcauit me hō, tota die bellās tribulauit me. ℣. Glia. Oro. ps 55.

COrdibus nostris, qs dñe, gratiam tuā benignus infunde: vt sicut ab escis carnalibus abstinem⁹, ita sensus quoque nostros à noxijs retraham⁹ excessibus. Per domi. Aliæ orationes, vt in fer. iiij. Cin. fo. 31.

Lectio libri Regum.

IN diebus illis. Naaman princeps militiæ regis Syriæ, erat vir magnus apud dñm suum, & honoratus. Per illum enim dedit Dñs salutem Syriæ. Erat autē vir fortis, & diues: sed leprosus. Porro de Syria egressi fuerāt latrunculi: & captiuam duxerāt de terra Israel puellam paruulā, quæ erat in obsequio vxoris Naaman: q̄ ait ad dñam suā. Vtinam fuisset dñs meus ad prophetam, qui est in Samaria: profecto curasset eum à lepra quam habet. Ingressus est itaque Naaman ad domi- 4. ca. 5.

num suum,& nunciauit ei,dicens. Sic & sic locuta est puella de terra Israel. Dixitq; ei Rex Syriæ. Vade,& mittã literas ad regẽ Israel. Qui cum profectus esset,& tulisset secum decẽ talẽta argẽti,& sex millia aureos, & decem mutatoria vestimentorum: detulit literas ad Regẽ Israel,in hæc verba. Cũ accepe ris epistolam hanc, scito quòd miserim ad te Naaman seruũ meum,vt cures eũ à lepra sua. Cumq; legisset Rex Israel literas,scidit vestimẽta sua, & ait. Nũquid Deus sum ego, vt occidere possim,& viuificare, qa iste misit ad me, vt curẽ hominẽ à lepra sua? Animaduertite, & videte,quot occasiones q̃rat aduersum me. Quod cũ audisset Elisæus vir Dei: scidisse videlicet Regem Israel vestimẽta sua: misit ad eum,dicens. Cur scidisti vestimenta tua? Veniat ad me,& sciat prophetã esse in Israel. Venit ergo Naaman cũ equis, & curribus, & stetit ad ostium domus Elisæi: misitq; ad eum Elisæus nuncium, dicens. Vade,& lauare septies in Iordane: & recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis. Iratus Naaman,recedebat,dicens. Putabam q̃ egrederet ad me: & stans inuocaret nomen dñi Dei sui, & tangeret manu sua locũ lepræ, & curaret me. Nunquid non meliores sunt Abana,& Pharphar fluuij Damasci,oĩbus aquis Israel: vt lauer in eis,& munder? Cũ ergo vertisset se, & abiret indignãs: accesserũt ad eũ serui sui,& locuti sunt ei. Pater,& si rẽ grãdẽ dixisset tibi ꝓpheta,certe facere debueras,q̃ magis, qa nũc dixit tibi: lauare,& mundaberis? Descẽdit,& lauit ĩ Iordane septies,iuxta sermonẽ viri Dei: & restituta est caro eius, sicut caro pueri paruuli: & mũdat⁹ est. Reuersusq; ad virũ Dei cũ vniuerso comitatu suo, venit, & stetit coram eo, & ait. Vere scio,q̃ nõ sit ali⁹ De⁹ ĩ vniuersa terra,nisi tm̃ ĩ Israel. Graduale.

D eus vitã meã annunciaui tibi, posuisti lacrymas meas in cõspectu tuo. ℣. Miserere mei dñe,qm̃ cõculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me. ps 55.

Tractus. D ñe nõ secundũ peccata nr̃a,q̃ fecimus nos: neque secundùm iniq̃tates nr̃as retribuas nobis. ℣. Dñe, ne memineris iniquitatum nr̃arum antiquarum: cito anticipent nos misericordiæ tuę: quia pauperes facti sum⁹ nimis. ℣. Adiu- ps 102. ps 78.

ua

ua nos Deus salutaris noster: & pp gloriam noīs tui dñe libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam.

cap. 4. IN illo tẽpore. Dixerunt Pharisæi ad Iesum. Quanta audiuimus facta ī Capharnaum: fac & hic in patria tua. Ait autẽ. Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est ī patria sua. In veritate dico vobis: multæ viduæ erant in diebus Eliæ ī Israel, qñ clausum est cęlum annis tribus & mensibus sex, cum facta esset fames magna in omni terra: & ad nullã illarum missus est Elias, nisi in Sarephta Sidoniæ, ad mulierẽ viduã. Et multi leprosi erant in Israel sub Elisæo propheta: & nemo eorum mundat⁹ est, nisi Naaman Syrus. Et repleti sunt oẽs ī synagoga, ira, hæc audiẽtes. Et surrexerũt, & eiecerunt eũ extra ciuitatẽ: & duxerũt illũ vsq; ad supercilium montis, sup quẽ ciuitas eorũ erat ædificata, vt p̃cipitarẽt eum. Ipse autẽ trãsiens p mediũ illorũ, ibat.

ps 54. Offert. EXaudi Deus orationẽ meam: & ne despexeris deprecationem meã: intende in me, & exaudi me. Secreta.

MVnus, quod tibi Dñe nostræ seruitutis offerim⁹, tu salutare nobis perfice sacramentum. Per do. Aliæ secretæ, vt in feria quarta Cin. fol. 31.

Cõmu. QUis dabit ex Sion salutare Israel? cum auerterit dominus captiuitatẽ plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israel. ps 13. Postcommunio.

PRæsta q̃s, omnipotens & misericors Deus: vt, quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per dñm. Aliæ postcõiones, vt in fer. iiij. Cin. 31.

Super populum. ORem⁹. Humiliate capita vestra Deo. Oro.

SVbueniat nobis dñe misericordia tua: vt ab imminẽtibus peccatorum nostrorum periculis, te mereamur protegẽte eripi, te liberãte saluari. p.

FERIA TERTIA.

Statio ad sanctam Potentianã.

Introitus.

IGo clamaui, quoniã exaudisti me Deus: inclina aurem tuã, & exaudi verba mea: custodi me dñe vt pupillã oculi; sub vmbra alarum tuarum protege me. ps. Exaudi domine iustitiã meã: intende deprecationem meã. ps 16. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

Exaudi

EXaudi nos omnipotens, & misericors Deus: & continentiæ salutaris propitius nobis dona cõcede. Per dominũ. Aliæ orõnes, vt ĩ fer. iiij. Ci. 31.

4. ca. 4. Lectio libri Regum.

IN diebus illis. Mulier quædam clamabat ad Elisæum prophetam, dicens. Seruus tu⁹ vir me⁹ mortu⁹ est: & tu nosti, quia seruus tuus fuit timens Deũ. Et ecce creditor venit, vt tollat duos filios meos ad seruiendũ sibi. Cui dixit Elisæus. Quid vis vt faciam tibi? Dic mihi, quid habes ĩ domo tuo? At illa respondit. Non habeo ancilla tua quicquam ĩ domo mea, nisi parũ olei quo vngar. Cui ait: Vade, pete mutuo ab oĩb⁹ vicinis tuis vasa vacua nõ pauca. Et ingredere, & claude ostium tuum, cum intrinsecus fueris tu, & filij tui: & mitte, inde in oĩa vasa hæc: & cũ plena fuerint, tolles. Iuit itaq; mulier, & clausit ostiũ super se, & super filios suos: illi offerebant vasa, & illa infundebat. Cũq; plena fuissent vasa, dixit ad filium suum. Affer mihi adhuc vas. Et ille rñdit. Non habeo. Stetitq; oleum. Venit autẽ illa, & indicauit homini Dei. Et ille. Vade, inquit, vende oleũ, & redde creditori tuo: tu autẽ & filij tui viuite ꝺ reliquo. Grad. A b occultis meis munda me dñe: & ab alienis parce seruo tuo. ℣. Si mei non fuerint dominati, tũc ĩmaculatus ero, & emũdabor à delicto maximo. Sequentia sancti Euangelij secundùm Matthæum. ca. 18

IN illo tpe. Dixit Iesus discipulis suis. Si peccauerit in te frater tuus: vade, & corripe eũ inter te, & ipsum solũ: Si te audierit: lucratus eris fratrẽ tuũ. Si autẽ te non audierit: adhibe tecũ adhuc vnũ vel duos: vt in ore duorũ vel triũ testium stet oẽ verbũ. Quod si nõ audierit eos: dic ecclesiæ. Si autẽ ecclesiam non audierit: sit tibi sicut Ethnicus, & publicanus. Amẽ dico vobis: quæcũque alligaueritis super terrã, erunt ligata & in cœlo: & quæcunque solueritis super terrã, erunt soluta & in cœlo. Iterũ dico vobis: qa si duo ex vobis cõsenserint sup terrã: de oĩ re quamcũq; petierint, fiet illis à patre meo, qui ĩ cœlis est. Vbi enim sunt duo, vel tres cõgregati in noĩe meo: ibi sum in medio eorũ. Tunc accedẽs ad eũ Petrus dixit. Dñe quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? Vsq; septies?

pties? Dixit illi Iesus. Nō dico tibi vsque septies: sed vsq; septuagies septies. Offertorium.

ꝑs 117. DExtera Domini fecit virtutē: dextera Domini exaltauit me: non moriar, sed viuam, & narrabo opera Domini. Secreta.

PEr hæc veniat, quæsumus Domine, sacramenta nostræ redemptionis effectus: qui nos & ab humanis retrahat sēper excessibus, & ad salutaria dona perducat. Per dominum. Aliæ secr. vt in fer. iiij. Cin. 31.

ꝑs 14. Cōmu. Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Postcōmu.

SAcris Dñe mysterijs expiati, & veniā, quæsumus, cōsequamur, & gratiam. Per do. Aliæ poste. vt ī fer. iiij. Cin. 31. Super populū. O remº. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

TVa nos Dñe protectione defende, & ab omni semper iniquitate custodi. Per do.

FERIA QVARTA.

Statio ad sāctū Sixtū. Introitus.

EGo autem in Dño sperabo: exultabo, & lætabor in tua misericordia, qa respexisti humilitatē meā. ꝑs. In te Dñe speraui, non cōfundar in æternum: in iustitia tua libera me, & eripe me. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

ꝑs 30.

PRæsta nobis, qs Dñe, vt salutaribus ieiunijs eruditi, à noxijs quoque vitijs abstinentes, propitiationem tuam facilius impetremus. Per dominū. Aliæ orones, vt ī fer. iiij. Ci. 31.

Lectio libri Exodi. cap. 20.

HÆc dicit dñs Deus. Honora patrem tuū, & matrem tuam: vt sis longæuus super terrā, quam dñs Deus tuus dabit tibi. Non occides. Non mœchaberis. Nō furtū facies. Non loqueris contra proximū tuū falsum testimoniū. Nō cōcupisces domum proximi tui, nec desiderabis vxorē eius: nō seruum, non ancillā, nō bouē, non asinū, nec oīa, quæ illius sunt. Cunctus autem populus audiebat voces, & videbat lāpades, & sonitū buccinæ, mōtemq; fumigātē: & perterriti, ac pauore cōcussi, steterunt ꝑcul, dicētes Moysi. Loquere tu nobis, & audiemº. Nō loquatur nobis Dñs: ne forte moriamur. Et ait Moyses ad populū. Nolite timere. Vt enim probaret vos, venit Deus, & vt terror illius esset in vobis, & nō peccaretis.

caretis. Stetitq́; populus de lõge. Moyſes autem acceſſit ad caliginem, in qua erat Deꝰ. Dixitq́; pręterea Dñs ad Moyſen. Hæc dices filijs Iſrael. Vos vidiſtis, qꝺ de cœlo locutus ſum vobis. Non facietis Deos argenteos: nec Deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi: & offeretis ſup illud holocauſta, & pacifica veſtra: oues veſtras & boues, in omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei. Gradu. Miſerere mei dñe, qm̃ infirmus ſum: ſana me dñe. ℣. Conturbata ſunt omnia oſſa mea: & anima mea turbata eſt valde. Tract. Dñe non ſecundùm peccata noſtra, quæ fecimus nos: neque ſecundùm iniqtates noſtras retribuas nobis. Dñe, ne memineris iniquitatũ noſtrarũ antiquarũ: cito anticipent nos miſericordiæ tuæ, qa pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus ſalutaris nr̃, & pp gloriã noĩs tui dñe libera nos: & ꝓpitius eſto peccatis nr̃is pp nomen tuum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundùm Matthæum.

ca. 15. IN illo tempore: Acceſſerunt ad Ieſum ab Ieroſolymis, Scribæ & Phariſæi, dicentes. Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum? Non enim lauant manus ſuas, cum panẽ manducant. Ipſe autem reſpondens, ait illis. Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei pp traditionem veſtram? Nam Deus dixit. Honora patrem & matrẽ: & qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: Quicunq; dixerit patri, vel matri: munus quodcũq; eſt ex me tibi proderit: & non honorificabit patrem ſuum, aut matrẽ ſuam: & irritum feciſtis mãdatum Dei pp traditionẽ veſtrã. Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Iſaias, dicens. Populus hic labijs me honorat: cor autẽ eorum longe eſt à me. Sine cauſa autem colunt me docentes doctrinas, & mãdata hominũ. Et cõuocatis ad ſe turbis, dixit eis. Audite, & intelligite. Non quod intrat in os coinquinat hominem: ſed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hoĩem. Tunc accedẽtes diſcipuli eius: dixerunt ei. Scis, quia Phariſæi, audito hoc verbo, ſcandalizati ſunt? At ille rñdens ait. Omnis plantatio, quã nõ plantauit pater meus cęleſtis, eradicabitur. Sinite illos. Cæci ſunt, & duces cęcorum. Cęcus aũt ſi cęco ducatum

Exo. 20

Iſa. 29

catum pſtet, ambo in foueā ca dunt. Rñdēs autē Petrus dixit ei. Ediſſere nobis parabolā iſtā. At ille dixit. Adhuc, & vos ſine intellectu eſtis? Non intelligitis, quia oē quod ī os intrat, in ventrē vadit, & in ſeceſſum emittit? Quę autē procedūt de ore, de corde exeūt: & ea coinquināt hominē. De corde enī exeunt cogitationes malę, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ. Hęc ſunt q̄ coinquinant hominē. Non lotis autē manibus manducare, nō coinquinat hominē. Offert. D ñe, fac mecum miſericordiā tuā, propter nomē tuū, quia ſuauis eſt miſericordia tua. Secreta.

SVſcipe, q̄s Dñe, preces populi tui cum oblationibus hoſtiarum: & tua myſteria celebrantes, ab omnibus nos defende periculis. Per dominū. Aliæ ſecretæ, vt in fer. iiij Cin. f. 31. Cōio. Notas mihi feciſti vias vitę: adīplebis me lętitia, cum vultu tuo dñe. Poſtcōio.

SAnctificet nos Dñe, qua paſti ſumus, mēſa cęleſtis: & à cunctis erroribus expiatos, ſupernis promiſſionibus reddat acceptos. Per dñm noſtrum. Aliæ poſtcō. vt ī fer. iiij. Cin. 31. Super populū. Oremus. Humiliate capita veſtra deo. Oro.

COncede, q̄s omnipotens Deus: vt, qui protectionis tuæ gratiam quærimus, libera ti à malis omnibus ſecura tibi mente ſeruiamus. Per dñm.

FERIA QVINTA.

Statio ad ſanctos Coſmam, & Damianum. Introitus.

SAlus populi ego ſum dicit dñs: de quacūq; tribulatione clamauerīt ad me, exaudiā eos: & ero illorū dñs in perpetuum. ℣s. Attēdite populę meus legē meam: inclinate aurē veſtrā in verba oris mei. ℣. Gloria patri. Oro. ℣s 77.

MAgnificet te dñe ſanctorum tuorum Coſmæ, & Damiani beata ſolēnitas: qua & illis gloriam ſempiternam, & opem nobis ineffabili prouidentia contuliſti. Per dominum noſtrum. Alię orationes, vt ſup. in fer. iiij. Cinet. f. 31.

Lectio Ieremiæ prophetæ.

IN diebus illis: Factū eſt verbum domini ad me, dicens: Sta in porta domus dñi: & prędica ibi verbū iſtud, & dic. Audite verbum dñi omnis Iuda, qui ingredimini p portas has, vt adoretis dominū. Hæc dicit 7. cap.

dominus

dñs exercituum Deus Israel. Bonas facite vias vestras, & studia vestra: & habitabo vobiscum ī loco isto. Nolite cōfidere in verbis mendacij, dicentes. Tēplū dñi, tēplum domini, templum Dñi est. Qm̄ si bene direxeritis vias vestras, & studia vestra: si feceritis iudicium inter virum & proximum eius: aduenæ & pupillo & viduæ non feceritis calūniā: nec sanguinē innocentem effuderitis in loco isto: & post Deos alienos non ambulaueritis in malū vobismetipsis: habitabo vobiscum in loco isto, in terra quam dedi pribus vestris à sæculo vsq; in sæculū. Ait Dñs omnipotens. Gradua.

ps 144. OCuli omnium in te sperant Domine: & tu das illis escā in tempore opportuno. ℣. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

cap 4. IN illo tempore. Surgēs Iesus de Synagoga, introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus. Et rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam, imperauit febri: & dimisit illā. Et cōtinuo surgēs, ministrabat illis. Cum sol aūt occidisset: oēs, qui habebant infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad Iesum. At ille singulis manus imponens, curabat eos. Exibāt autem dæmonia a multis, clamantia & dicentia: quia tu es filius Dei. Et increpans non sinebat ea loqui, quia sciebāt ipsum esse Chm̄. Facta autē die egressus ibat in desertū locū: & turbę requirebāt eū: & venerūt vsq; ad ipsum, & detinebāt illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei: quia ideo missus sum. Et erat prædicans in synagogis Galilææ. Offertorium.

ps 118 SI ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me Domine: & super irā inimicorum meorū extēdes manū tuā: & salūū me fecit dextera tua. Secret.

IN tuorum Domine pretiosa morte iustorum sacrificium illud offerimus, de quo martyrium sumpsit omne principiū. Per dominum nostr. Aliæ secretæ, vt in feria iiij. Cin. f. 31.

ps 11 Commu. TU mandasti mandata tua custodiri nimis: vtinam dirigant viæ meæ ad custodiēdas iustificationes tuas. Postcō.

SIt nobis domine sacramenti tui certa saluatio: quæ cū bea-

beatorũ martyrum tuorũ Cosmæ, & Damiani meritis implo ratur. Per domi. Aliæ postcõm. vt in feria iiij. Cinerum. fo. 31. Super populũ. O remus. Humi liate capita vestra Deo. Oratio.

SVbiectũ tibi popnlum, qs Dñe, propitiatio cęlestis am plificet: & tuis semper faciat seruire mandatis. Per Domin.

FERIA SEXTA.

Statio ad sanctum Laurentium in Lucina. Introitus.

15. FAc mecum Domine signum in bonũ vt videant qui me oderunt, & cõfundantur: quoniam tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me. ps. Inclina Domine aurem tuam, & exaudi me: quoniã inops & pauper sum ego: ℣. Gloria patri, & fil. Oratio.

IEiunia nostra, qs Dñe, benigno fauore ꝓsequere: vt sicut ab alimentis abstinemus in corpore: ita à vitijs ieiunemus in mente. Per domi. Aliæ orationes, vt in fer. iiij. Cin. fo. 31.

Lectio libri Numeri.

IN diebus illis. Cõuenerunt filii Israel aduersus Moysen & Aaron: & versi in seditionẽ, dixerunt. Date nobis aquã vt bibamus. Ingressique Moyses & Aaron dimissa multitudine, in tabernaculum fœderis, corruerunt proni in terram: clamauerunt q; ad dñm, atq; dixerunt. Dñe Deus exaudi clamorẽ populi huius: & aperi eis thesaurũ tuum fontẽ aquæ viuę: vt satiati, cesset murmuratio eorũ. Et apparuit gloria Dñi super eos. Locutus q; est Dñs ad Moysen: dicẽs. Tolle virgam: & cõgrega populũ tu & Aaron frater tu⁹: & loquimini ad petrã corã eis: & illa dabit aquas. Cum q; eduxeris aquam de petra, bibet oĩs multitudo & iumẽta eius. Tulit igitur Moyses virgã, q̃ erat in cõspectu Dñi, sicut ꝓceperat ei, cõgregata multitudine ante petrã, dixit q; eis. Audite rebelles, & increduli. Num de petra hac vobis aquã poterimus eijcere? Cum q; eleuasset Moyses manũ, percutiens virga bis silicem egressæ sunt aquæ largissimæ, ita vt populus biberet & iumenta. Dixit q; Dñs ad Moysen & Aaron. Quia nõ credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filijs Israel: non introducetis hos populos in terrã, quã dabo eis. Hæc est aqua contradictionis, vbi iurgati sunt filij Israel contra dominum, & sanctificatus est in eis. Graduale.

ps 27. In Deo sperauit cor meum, & adiutus sum: & refloruit caro mea: & ex voluntate mea confitebor illi. ℣. Ad te domine clamaui: Deus meus ne sileas, ps 102. ne discedas à me. Tract. Ne non secũdum peccata nostra, quæ fecimus nos: neque secũdum iniquitates nostras retri- ps 78. buas nobis ℣. Dñe, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarũ: cito anticipẽt nos misericordiæ tuæ, quia paupe res facti sum⁹ nimis. ℣. Adiua nos Deus salutaris noster, & ꝓpter gloriã noĩs tui dñe libera nos: & ꝓpitius esto peccatis nr̃is propter nomen tuum.

Sequentia sancti Euangelij secundum Iohannem.

cap. 4. In illo tpe. Venit Iesus in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar: iuxta ꝓdium, quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Erat autẽ ibi fons Iacob. Iesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic, supra fontẽ. Hora autẽ erat quasi sexta. Venit mulier de Samaria haurire aquã. Dicit ei Iesus. Da mihi bibere. (Discipuli enim eius abierant in ciuitatẽ, vt cibos emerent.) Dixit ergo ei mulier illa Samaritana. Quomodo tu Iudæus cũ sis, bibere à me poscis, q̃ sum mulier Samaritana? Nõ enim coutuntur Iudęi Samaritanis. Rñdit Iesus, & dixit ei. Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuã. Dicit ei mulier. Dñe, neq; in quo haurias habes, & puteus altus est, vnde ergo habes aquam viuã? Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteũ istum: & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? Rñdit Iesus, & dixit ei. Omnis q̃ bibe rit ex aqua hac, sitiet iterum. Qui autẽ biberit ex aqua, quã ego dabo ei, nõ sitiet ĩ ęternũ: sed aqua, quã ego dabo ei, fiet in eo fons aquę salientis in vitã ęternã. Dicit ad eum mulier. Dñe, da mihi hãc aquã: vt non sitiã neque veniã huc haurire. Dicit ei Iesus. Vade, voca virũ tuũ, & veni huc. Rñdit mulier, & dixit. Nõ habeo virũ. Dicit ei Iesus. Bene dixisti, quia non habeo virum. Quinq; enim viros habuisti: & nunc quẽ habes non est tuus vir. Hoc vere dixisti. Dicit ei mulier. Dñe, vt video, propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerũt: & vos dicitis, q̃a Ierosolymis ẽ loc⁹, vbi adorare oportet.

Dicit

Dicit ei Iesus: Mulier crede mihi, quia venit hora, quando neq; in monte hoc, neq; in Ierosolymis adorabitis patrem. Vos adoratis, qđ nescitis: nos adoramus, quod scimus: quia salus ex Iudęis est. Sed venit hora, & nunc est, qñ veri adoratores adorabũt patrẽ in spiritu, & veritate. Nam & pater tales quærit, qui adorent eũ. Spiritus est Deus: & eos qui adorant eũ, in spiritu, & veritate oportet adorare. Dicit ei mulier. Scio quia Messias venit, q dr̃ Christus. Cũ ergo venerit, ille nobis annunciabit oĩa. Dicit ei Iesus. Ego sum, q loquor recũ. Et continuo venerunt discipuli eius: & mirabantur, qa cum muliere loquebatur. Nemo tñ dixit, Quid quæris, aut quid loqueris cũ ea? Reliquit ergo hydriã suã mulier: & abijt in ciuitatẽ, & dicit illis hominibus. Venite, & videte hominẽ, qui dixit mihi oĩa q̃cunq; feci. Nũquid ipse est Christus? Exierunt ergo de ciuitate: & veniebãt ad eũ. Interea rogabant eum discipuli, dicẽtes. Rabbi, mãduca. Ille autẽ dixit eis. Ego cibum habeo manducare, quẽ vos nescitis. Dicebant ergo discipuli eius adinuicem. Nunquid aliquis attulit ei manducare? Dicit eis Iesus. Meus cibus est, vt faciã voluntatẽ eius, qui misit me: vt perficiã opus eius. Nõne vos dicitis, quod adhuc quatuor mẽses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis: leuate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt iã ad messem. Et qui metit mercedẽ accipit: & congregat fructum in vitam æternam: vt & qui semĩnat simul gaudeat, & q metit. In hoc em̃ est verbũ verũ: quia alius est, q seminat, & alius est qui metit. Ego misi vos metere qđ vos nõ laborastis: alij laborauerũt, & vos ĩ labores eorum ĩtroistis. Ex ciuitate aũt illa multi crediderũt ĩ eũ Samaritanorũ pp verbũ mulieris testimoniũ perhibẽtis: Quia dixit mihi oĩa q̃cũq; feci. Cũ venissent ergo ad illũ Samaritani, rogauerunt eum, vt ibi maneret. Et mãsit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt in eum pp sermonẽ eius. Et mulieri dicebant, Quia non iam propter tuã loquelã credimus. Ipsi em̃ audiuimus, & scimus, quia hic est vere Saluator mũdi.

Offer. Intende voci orationis meæ, rex meus, & Deus meus: qm̃ ad te orabo Domine. ps 4

Secreta. Respice

REspice q̃s Dñe propitius ad munera quæ sacram⁹: vt tibi grata sint, & nobis salutaria semper existant. Per dñm. Aliæ secre. vt ī fer. iiij. Cin. 31.

Cõmu. Qui biberit aquã, quã ego dabo ei, dicit dñs, fiet in eo fons aquæ saliẽtis in vitam æternam. Ioã. 4.

Postcommunio.

HVius nos Dñe perceptio sacramenti mundet à crimine: & ad cœlestia regna perducat. Per dominum nostrum. Aliç postcommuniones, vt in feria quarta Cinerum. fol. 31.

Super populũ. O rem⁹. Humiliate capita vestra Deo. Oro.

PRæsta q̃s ops Deus: vt q̃ in tua ꝓtectione cõfidimus, cuncta nobis aduersantia, te adiuuante, vincamus. Per do.

SABBATHO.

Statio ad sanctam Susannam.

Introitus.

Ps 5. VErba mea auribus percipe dñe: intellige clamorẽ meũ: intẽde voci oronis meæ, rex meus & Deus meus. ℣s. Quoniam ad te orabo dñe mane exaudies vocem meam. ℣. Gloria patri. Oratio.

PRæsta, quęsumus omnipotens Deus: vt, qui se affligendo carnem, ab alimentis abstinent: sectando iustitiam, à culpa iciunent. Per dominũ. Aliæ oones, vt ī fer. iiij. Ci. 31.

Lectio Danielis Prophetæ.

IN diebus illis. Erat vir in Babylone, & nomen eius Ioachim. Et accepit vxorem nõie Susannam filiam Helchiæ, pulchram nimis, & timentẽ Deũ. Parẽtes enim illius cùm essent iusti, erudierunt filiã suã secũdùm legem Moysi. Erat autem Ioachim diues valdę: & erat ei pomærium vicinũ domui suę. Et ad ipsum cõfluebant Iudęi, eo ꝙ esset honorabilior oĩum. Et cõstituti sunt duo senes iudices in anno illo, de quibus locutus est dñs: Quia egressa est iniquitas de Babylone à senioribus iudicibus, qui videbantur regere populũ. Isti frequentabãt domum Ioachim: & veniebãt ad eos oẽs qui habebant iudicia. Cum aũt populus reuertisset post meridiẽ, ingrediebatur Susanna, & deambulabat in pomærio viri sui: Et videbãt eam senes quotidie ingredientem, & deambulantem, & exarserunt in concupiscentiam eius. Et euerterunt sensum suum, & declinauerũt oculos suos, vt nõ viderent cœlum, neq; recordarentur iudi-

ciorum

ciorum iustorũ. Factũ est autẽ, cùm obseruarent diem aptum quando eam possent inuenire solã, ingressa est aliquãdo sicut heri, & nudiustertius, cũ duab⁹ solis puellis, voluit lauari ĩ pomærio. Æstus quippe erat. Et nõ erat ibi quisquã, p̃ter duos senes absconditos, & contemplantes eã. Dixit ergo puellis. Afferte mihi oleũ, & smigmata: & ostia pomærij claudite, vt lauer. Cũ autem egressæ essent puellæ: surrexerunt duo senes: & accurrerũt ad eã, & dixerũt. Ecce ostia pomęrij clausa sunt, & nemo nos videt, & in cõcupiscentia tui sumus. Quãobrẽ assentire nobis, & commiscere nobiscũ. Quod si nolueris dicemus testimoniũ cõtra te, qđ fuerit tectũ iuuenis: & ob hãc causã emiseris puellas à te. Ingemuit Susanna, & ait. Angustiæ mihi sunt vndiq;. Si enim hoc egero, mors mihi est: si aũt nõ egero, nõ effugiã manus vestras. Sed melius est mihi absq; opere incidere in manus vr̃as, q̃ peccare in cõspectu Dñi. Et exclamauit voce magna Susanna: exclamauerunt aũt & senes aduersus eã. Et cucurrit vnus, & aperuit ostia pomærij. Cùm aũt audissent clamorem ĩ pomærio famuli domus, irruerũt per posticũ, vt viderẽt quidnã esset. Postquã autẽ senes locuti sunt, erubuerũt serui vehemẽter: qa nunq̃ dictus fuerat sermo huiuscemodi de Susanna. Et facta est dies crastina. Cũq; venissẽt populus ad virũ eius Ioachim, venerunt & duo seniores pleni iniqua cogitatione aduersus Susannã, vt interficerent eã. Et dixerunt corã populo. Mittite ad Susannã filiã Helchię vxorẽ Ioachim. Et statim miserunt. Et venit cũ parẽtibus, & filijs, & vniuersis cognatis suis. Flebant igitur sui, & oẽs qui nouerant eã. Cõsurgentes aũt duo seniores in medio populi, posuerunt manus suas super caput eius. Quę flẽs suspexit ad cœlum. Erat enim cor eius fiduciam habẽs ĩ dño. Et dixerũt seniores. Cũ deambularemus in pomærio soli, ingressa est hæc cũ duabus solis puellis: & clausit ostia pomærij: & dimisit à se puellas. Venitq; adolescens ad eam, q̃ erat absconditus: & cõcubuit cum ea. Porro nos cum essem⁹ in angulo pomærij, videntes iniquitatẽ: cucurrimus ad eos; & vidimus eos pariter commiscẽri. Et illum quidem nequi-

uimus cõprehẽdere qã fortior nobis erat: & aperto ostio exiliuit. Hanc autẽ cum apprehendissemus, interrogauimus qsnã esset adolescẽs: & noluit indicare nobis. Huĩ rei testes sumus. Credidit eis multitudo quasi seniorib⁹ & iudicib⁹ populi: & cõdemnauerunt eã ad mortẽ. Exclamauit autẽ voce magna Susãna, & dixit. Deus ęternæ, q̃ abscõditorũ es cognitor, qui nosti oĩa anteq̃ fiãt: tu scis qm̃ falsum testimoniũ tulerũt cõtra me: & ecce morior, cũ nihil horum fecerim, q̃ isti malitiose cõposuerunt aduersum me. Exaudiuit aũt dñs vocẽ eius. Cũq; duceretur ad mortẽ, suscitauit dñs spiritũ pueri iunioris, cui nomen Daniel: & exclamauit voce magna, & dixit. Mundus ego sum a sanguine huius. Et cõuersus oĩs populus ad eum, dixit: Quis est sermo iste, quẽ tu locutus es? Qui cum staret ĩ medio eorum, ait. Sic, fatui filij Israel, nõ iudicantes, neq; qd verũ est cognoscentes, condẽnastis filiã Israel? Reuertimini ad iudicium: qa falsum testimonium locuti sunt aduersus eã. Reuersus est ergo populus cum festinatione. Et dixit ad eos Daniel: Separate eos ab inuicẽ procul & diiudicabo eos. Cum ergo diuisi essent alter ab altero, vocauit vnũ ex eis, & dixit ad eũ. Inueterate dierum malorũ, nũc venerunt pcta tua, quæ prius opabaris, iudicãs iudicia iniusta, innocentes opprimẽs, & dimittens noxios, dicẽte dño: Innocentẽ & iustum nõ interficies. Nunc ergo si vidisti eã, dic sub qua arbore videris eos colloquentes sibi. Qui ait. Sub schino. Dixit autem Daniel. Recte mẽtitus es in caput tuum. Ecce enim angelus Dñi accepta sententia ab eo, scindet te mediũ. Et amoto eo, iussit venire aliũ & dixit ei. Semẽ Chanaã, & nõ Iuda: spẽs decepit te, & cõcupiscẽtia subuertit cor tuũ. Sic faciebatis filiabus Israel, & illę timẽtes loquebantur vobis. Sed nõ filia Iuda sustinuit iniqtatẽ vestrã. Nũc ergo dic mihi, sub qua arbore cõprehenderis eos loquentes sibi? Qui ait. Sub prino. Dixit autem ei Daniel. Recte mentitus es & tu in caput tuũ. Manet enim angelus Domini gladium habens, vt secet te medium: & interficiat vos. Exclamauit itaq; omnis cętus voce magna: & benedixerunt Deum, q̃ saluat sperãtes in se.

Et con-

Et cõsurrexerũt aduersus duos seniores. (Cõuicerat enim eos Daniel ex ore suo falsum dixisse testimonium.) Fecerũtq; eis sicut male egerãt aduersus proximũ, & interfecerunt eos. Et saluatus est sanguis innoxi⁹ in die illa. Grad. Si ambulem in medio vmbrę mortis, nõ timebo mala, quoniam tu mecũ es domine. ℣. Virga tua, & bacul⁹ tu⁹, ipsa me cõsolata sunt.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Iohannem.

IN illo tpe: Perrexit Iesus in montẽ Oliueti, & diluculo iterum venit in templũ. Et omnis populus venit ad eũ: & sedens docebat eos. Adducunt autẽ scribæ & pharisæi mulierẽ deprehẽsam in adulterio: & statuerũt eã in medio: & dixerunt ei. Magister hæc mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege autẽ Moyses mãdauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo qd dicis? Hoc autẽ dicebant tentãtes eum: vt possent accusare eum. Iesus autẽ inclinãs se deorsum digito scribebat in terra. Cum autẽ perseuerarent interrogantes eum: erexit se, & dixit eis. Qui sine peccato est vestrũ, primus in illã lapidẽ mittat. Et iterũ inclinans se, scribebat in terra. Audiẽtes autẽ hæc, vnus post vnũ exibãt, incipiẽtes à senioribus. Et remãsit Iesus solus, & mulier in medio stãs. Erigens autem se Iesus, dixit ei. Mulier, vbi sunt qui te accusabãt? Nemo te condẽnauit? Quæ dixit, Nemo dñe. Dixit autem Iesus. Nec ego te cõdẽnabo. Vade, & iã amplius noli peccare. Offer. Gressus meos dirige secũdum eloquiũ tuũ: vt nõ dominetur mei omnis iniustitia, dñe. Secr.

COncede, qs ops Deus: vt huius sacrificij mun⁹ oblatũ, fragilitatẽ nostrã ab oĩ malo purget semper, & muniat. p. Aliæ secretæ, vt in fer. iiij. Cin. f. 31. Cõm. Nemo te cõdẽnauit mulier? nemo dñe: nec ego te condemnabo: iam amplius noli peccare. Postcommunio.

QVæsumus ops Deus: vt inter ei⁹ mẽbra numeremur, cuius corpori cõmunicamus, & sanguini. Qui tecũ. Aliç postcõm. vt ĩ fer. iiij. Cin. f. 31. Sup populũ. Orem⁹. Humiliate capita vestra Deo. Oro.

PRętende domine fidelibus tuis dexterã cœlestis auxilij: vt te toto corde perquirant: & quæ digne postulant consequi mereantur. Per dominum.

DOMINICA QVARTA Quadrageſimæ.

Statio ad ſanctam Crucem in Ieruſalem. Introitus.

Iſa. 66. Ætare Ieruſalem: & conuẽtum facite oẽs, q̃ diligitis eã: gaudete cum lætitia, qui in triſtitia fuiſtis: vt exultetis, & ſatiemini ab vberib⁹ cõſolationis veſtrę.

ps 121. ℣. Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi: in domum Dñi ibim⁹. ℣. Gloria patri. Oratio.

COncede, q̃s op̃s Deus: vt q̃ ex merito noſtrę actionis affligimur: tuæ gratię conſolatione reſpiremus. Per dominũ. Aliæ oratones, vt ī fer. iiij. Ci. 31.

Lcõ Epi. b Pauli Apoſt. ad Gal.

FRatres: Scriptum eſt, q̃m Abraham duos filios habuit: vnũ de ancilla, & vnum de libera. Sed qui de ancilla, ſecundùm carnem natus eſt: qui autem de libera, per remiſſionem: quæ ſunt per allegoriam dicta. Hęc enim ſunt duo teſta menta. Vnum quidem in mõte Sina, in ſeruitutẽ generans: quæ eſt Agar (Sina enim mons eſt in Arabia, qui coniunctus eſt ei, quæ nunc eſt Ieruſalem) & ſeruit cũ filijs ſuis. Illa autem quæ ſurſum eſt Ieruſalẽ, libera eſt: q̃ eſt mater noſtra. Scriptum eſt enim. Lætare ſterilis, quæ nõ paris: erumpe & clama, quæ nõ parturis: quia multi filij deſertæ, magis q̃ eius quæ habet virum. Nos autẽ fratres ſecundũ Iſaac promiſſionis filijs ſumus. Sed quomodo tunc is qui ſecũdũ carnẽ natus fuerat, p̃ſequebatur eũ, qui ſecundũ ſpiritũ: ita & nunc. Sed quid dicit ſcriptura? Eijce ancillã, & filiũ eius. Nõ enim erit hæres filius ancillæ cũ filio liberæ. Itaq; fratres, nõ ſumus ancillæ filij, ſed liberæ, qua libertate Chriſtus nos liberauit. Grad. Lætatus ſum ps 121. in his, quæ dicta ſunt mihi: in domum Domini ibimus. ℣. Fiat pax in virtute tua: & abundãtia in turribus tuis. Tractus. Qui confidunt in Dño, ſicut ps 124. mons Sion: nõ cõmouebitur in æternũ, qui habitat in Ieruſalẽ. ℣. Montes in circuitu eius: & Dominus ī circuitu populi ſui, ex hoc nunc & vſq; in ſæculũ.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundùm Iohannem. cap. 6.

IN illo tempore. Abijt Ieſus trans mare Galilęæ, quod eſt Tyberiadis: & ſequebatur eum multitudo

multitudo magna: quia videbant ſigna, quæ faciebat ſuper his, qui infirmabantur. Subijt ergo in mõtem Ieſus: & ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis. Erat autẽ proximũ Paſcha, dies feſtus Iudæorum. Cum ſubleuaſſet ergo oculos Ieſus: & vidiſſet quia multitudo maxima venit ad eum, dicit ad Philippum. Vnde ememus panes, vt manducent hi? Hoc autem dicebat tentãs eum. Ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus. Reſpondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes nõ ſufficiunt eis: vt vnuſquiſque modicum quid accipiat. Dicit ei vnus ex diſcipulis eius, Andreas frater Simonis Petri. Eſt puer vnus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos piſces, ſed hæc quid ſunt inter tantos? Dicit ergo Ieſus. Facite homines diſcũbere. Erat autẽ fœnum multũ in loco. Diſcubuerunt ergo viri numero quaſi quinque millia. Accepit ergo Ieſus panes: & cũ gratias egiſſet, diſtribuit diſcũbentib⁹. Similiter & ex piſcibus quantum volebant. Vt autẽ impleti ſunt, dixit diſcipulis ſuis. Colligite quæ ſuperauerunt fragmenta, ne pereant. Collegerũt ergo, & impleuerũt duodecim cophinos fragmentorũ, ex quinque panibus hordeaceis, q̃ ſuperfuerunt his, qui manducauerant. Illi ergo homines cum vidiſſent quod fecerat Ieſus ſignũ, dicebãt. Quia hic eſt vere propheta, qui venturus eſt in mũdũ. Ieſus ergo cũ cognouiſſet, quia vẽturi eſſent, vt raperent eum, & facerẽt eum regẽ, fugit iterum in mõtẽ ipſe ſol⁹.

Credo. Offer. Laudate Dñm, quia benignus eſt: pſallite nomini eius, quoniam ſuaue eſt: omnia quæcunque voluit fecit, in cœlo, & in terra. ps 134.

Secre. SAcrificijs præſentibus dñe, quæſumus, intende placatus: vt, & deuotioni noſtræ ꝓficiãt, & ſaluti. Per dominum.

Aliæ ſecre. vt ĩ fer. iiij. Cin. 31.

Cõmu. Ieruſalem, quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipſum: illuc eñ aſcenderunt tribus, tribus domini, ad confitendum nomini tuo Domine. ps 121.

Poſtcõmunio. DA nobis, q̃s miſericors Deus, vt ſancta tua, quibus inceſſanter explemur, ſinceris tractemus obſequijs, & fideli ſemper mẽte ſumamus. Per dñm.

Aliæ poſtcõmuniones, vt in feria iiij. Cin. fol. 31.

FERIA SECVNDA.

Statio ad sanctos quatuor Coronatos. Introitus.

Ps 53. DEus in nomine tuo saluũ me fac, & in virtute tua libera me. Psal. Deus exaudi orationem meã, auribꝰ percipe verba oris mei. ℣. Gloria patri, &c. Oratio.

PRæsta, q̃s ops Deus, vt obseruationes sacras, annua deuotione recolẽtes, & corpore tibi placeamus, & mẽte. Per. Alię orones, vt ĩ fe. iiij. Ci. f. 31.

Lectio libri Regum.

3. Reg. 3. IN diebus illis. Venerũt duæ mulieres meretrices ad regẽ Salomonẽ: steteruntq; coram eo. Quarum vna ait. Obsecro mi domine, ego & mulier hæc habitabamꝰ in domo vna: & pẽperi apud eã in cubiculo. Tertia vero die postquã ego pẽperi, pẽperit & hæc. Et erámus simul, nullusq; aliꝰ in domo nobiscũ, exceptis nobis duabus. Mortuus est autẽ filiꝰ mulieris huiꝰ nocte. Dormiẽs quippe oppressit eũ. Et cõsurgens intẽpestæ noctis silentio, tulit filiũ meum de latere meo ancillæ tuæ dormiẽtis, & collocauit in sinu suo: suum autẽ filiũ, qui erat mortuus, posuit in sinu meo. Cũq; surrexissem mane, vt darẽ lac filio meo: apparuit mortuus. Quẽ diligentius intuẽs clara luce, deprehẽdi non esse meum quẽ genuerã. Rñditq; altera mulier. Non est ita: sed filius tuus mortuus est, meus autẽ viuit. Ecõtrario illa dicebat: Mẽtiris: filius qppe meus viuit & filius tuꝰ mortuus est. Atq; in hũc modum cõtendebãt corã rege. Tũc rex ait. Hęc dicit: filiꝰ meꝰ viuit, & filius tuus mortuus est: & ista rñdet: non, sed filius tuus mortuus est, & filius meus viuit. Dixit ergo rex. Afferte mihi gladium. Cumq; attulissent gladiũ corã rege: Diuidite, inqt, infantẽ viuũ ĩ duas partes: & date dimidiã partẽ vni, & dimidiã partẽ alteri. Dixit autẽ mulier, cuiꝰ filiꝰ erat viuꝰ, ad regẽ (Cõmota sunt qppe viscera eiꝰ sup filio suo.) Obsecro dñe, date illi infantẽ viuũ, & nolite interficere eũ. Ecõtrario illa dicebat. Nec mihi, nec tibi: sed diuidat. Rñdit rex, & ait. Date huic infantẽ viuũ, & nõ occidat: hæc est enim mater eius. Audiuit itaque omnis Israel iudicium quod iudicasset rex: & timuerũt regẽ, vidẽtes sapiẽtiam Dei esse in eo ad faciendũ iudiciũ.

Grad.

Grad. Esto mihi in Deũ protectorem,& in locum refugij: vt saluum me facias. ℣. Deus in te speraui: Domine, non confundar in ęternum. Tract. Dñe non secũdũ pctã nostra, quæ fecimus nos; neq; secũdũ iniquitates nras retribuas nobis. ℣. Dñe, ne memineris iniquitatũ nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordiæ tuę: qa pauperes facti sum⁹ nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster: & ꝓpter gloriam nominis tui dñe libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuũ.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Iohannem.

IN illo tẽpore. Prope erat pascha Iudęorũ, & ascẽdit Iesus Ierosolymam. Et inuenit in tẽplo vendẽtes oues, & boues, & colũbas, & numularios sedentes. Et cũ feciſſet quasi flagellũ de funiculis oẽs eiecit de tẽplo, oues quoque, & boues, & numulariorũ effudit æs, & mẽsas subuertit. Et his qui colũbas vẽdebant, dixit. Auferte ista hinc: & nolite facere domũ patris mei, domũ negociationis. Recordati vero sunt Discipuli eius: quia scriptum est: zelus domus tuę comedit me. Respondẽrũt ergo Iudęi: & dixerunt ei. Quod signum ostẽdis nobis: quia hæc facis? Rñdit Iesus, & dixit eis. Soluite templum hoc: & in tribus diebus excitabo illud. Dixerũt ergo Iudæi. Quadraginta & sex annis ædificatũ est tẽplũ hoc, & tu in tribus dieb⁹ excitabis illud? Ille autẽ dicebat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat de corpore suo. Et crediderũt scripturæ, & sermoni quẽ dixit Iesus. Cum autẽ esset Ierosolymis in pascha ĩ die festo, multi crediderũt in nomine eius, videntes eius signa quę faciebat. Ipse autẽ Iesus nõ credebat semetipsum eis: eo q; ipse nosset oẽs: & qa opus ei non erat, vt quis testimoniũ perhiberet de homine. Ipse enim sciebat, quid esset in homine.

Offert. Iubilate Deo omnis terra: seruite dño in lętitia: intrate in cõspectu ei⁹ in exultatione: quia dñs ipse est Deus. Secre. OBlatũ tibi dñe sacrificiũ viuificet nos semp & muniat. p. Aliæ secretę, vt ĩ fer. iiij. Cin. f. 30. Cõm. Ab occultis meis mũda me Dñe: & ab alienis parce seruo tuo. Postcõio.

Sumptis

SVmptis domine salutarib⁹ sacramẽtis, ad redẽptionis æternæ, quæsumus proficiamus augmentum. Per Dñm. Aliæ poſtcõmu. vt supra. f. 31. Super populũ. Orem⁹. Humiliate capita vestra Deo. Oro.

DEprecationem nostram, quęsumus dñe benignus exaudi: & quibus supplicãdi præstas affectum, tribue defensionis auxilium. Per Dominũ.

FERIA TERTIA.

Statio ad sanctum Laurẽtium in Damaso. Introitus.

ps 54. EXaudi Deus orationẽ meã, & ne despexeris deprecationẽ meã: intẽde in me, & exaudi me. ps. Cõtristatus sum in exercitatione mea: & cõturbatus sum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris. ℣. Gloria pri. Oratio.

SAcrę nobis, quæsumus domine, obseruationis ieiunia: & pię conuersationis augmentum, & tuę propitiationis cõtinuũ præstent auxiliũ. Per. Aliæ orationes, vt sup. fol. 30.

cap. 32. Lectio libri Exodi.

IN diebus illis. Locutus est dñs ad Moysen, dicens. Descende de mõte: quia peccauit populus tuus, quẽ eduxisti de terra Ægypti. Recesserunt cito de via, quã ostendisti eis: feceruntq; sibi vitulum conflatilẽ, & adorauerunt, atque immolantes ei hostias dixerunt. Isti sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti. Rursumq; ait dñs ad Moysen. Cerno, ꝙ populus iste duræ ceruicis sit: dimitte me, vt irascatur furor meus cõtra eos, & deleã eos: faciamq; te in gentem magnã, Moyses autẽ orabat dñm Deum suum, dicens. Cur dñe irascitur furor tuus contra populum tuum: quem eduxisti de terra Ægypti in fortitudine magna, & in manu robusta? Ne, quæso, dicant Ægyptij: callide eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret de terra. Quiescat ira tua: & esto placabilis super nequitia populi tui. Recordare Abraham, Isaac, & Israel, seruorum tuorum, quibus iurasti per temetipsum, dicens. Multiplicabo semen vestrum sicut stellas cęli: & vniuersam terram hanc, de qua locutus sum, dabo semini vestro: & possidebitis eã semp. Placatusq; est Dñs, ne faceret malũ, qđ locutus fuerat aduersus populũ suũ. Et miser tus est populo suo dñs De⁹ nr̃,

Grad.

Grad. Exurge Dñe, fer opẽ nobis: & libera nos pp nomẽ tuũ. ℣. Deus auribus nostris audiuim⁹, pres nri annunciauerũt nobis opus, qd opatus es ī diebus eorum, & in dieb⁹ antiqs. Sequentia sancti Euangelij secundùm Iohannem.

IN illo tẽpore. Iam die festo mediante, ascendit Iesus in templum, & docebat. Et mirabant Iudæi, dicentes. Quomodo hic literas scit, cùm nõ didicerit? Rñdit eis Iesus, & dixit. Mea doctrina non est mea: sed eius qui misit me. Si quis voluerit voluntatẽ eius facere: cognoscet de doctrina, vtrum ex Deo sit, an ego à meipso loquar. Qui à semetipso loquit, gloriã propriã q̃rit. Qui autem quærit gloriã eius, qui misit illum, hic verax est, & iniustitia in illo non est. Nonne Moyses dedit vobis legem: & nemo ex vobis facit legem? Quid me quæritis interficere? Rñdit turba, & dixit. Dęmonium habes: quis te q̃rit interficere? Rñdit Iesus, & dixit eis. Vnum opus feci: & omnes miramini. Propterea Moyses dedit vobis circuncisionẽ: non quia ex Moyse est, sed ex patribus. Et in sabbatho circũciditis hominem. Si circuncisionẽ accipit homo in sabbatho, vt non soluatur lex Moysi: mihi indignamini, quia totum hominẽ sanũ feci in sabbatho? Nolite iudicare secundùm faciem: sed iustũ iudiciũ iudicate. Dicebant ergo quidã ex Ierosolymis. Nonne hic est, quẽ quærunt interficere? Ecce palã loquitur, & nihil ei dicũt. Nunquid verè cognouerunt principes, quia hic est Chrus? Sed hunc scimus vnde sit: Christus autẽ cùm venerit, nemo scit vnde sit. Clamabat ergo docens in tẽplo Iesus, & dicẽs. Et me scitis, & vnde sim scitis: & à me ipso nõ veni: sed est verus qui misit me, quẽ vos nescitis. Ego scio eum, & si dixero, quia nescio eum, ero similis vobis, mendax. Sed scio eum, quia ab ipso sum, & ipse me misit. Quærebant ergo eũ apprehẽdere: & nemo misit in illum manus: quia nondũ venerat hora eius. De turba autem, multi crediderũt in eũ. Offert. Expectans expectaui Dñm, & respexit me: & exaudiuit deprecationem meam: & immisit in os meum canticũ nouũ, hymnum Deo nostro. Secreta.

HÆc hostia, q̃s Dñe, emundet nostra delicta: & ad sacrifi-

sacrificium celebrādum, subditorum tibi corpora, mentesq; sanctificet. Per dominū. Alię secretæ, vt supra. fol. 31.

ps 39. Cōmunio. Lætabimur in salutari tuo: & in noīe Dei nostri magnificabimur. Postcomm.

HVius nos domine perceptio sacramenti mundet à crimine: & ad cęlestia regna perducat. Per dūm nostrum. Alię postcōm. vt ī fer. iiij. Cin. f. 31. Sup populū. Orem⁹. Humiliate capita vŕa Deo. Oro.

MIserere domine populo tuo: & continuis tribulationibus laborātem, propitius respirare cōcede. Per dñm.

FERIA QVARTA.

Statio ad S. Paulum. Introitus.

Ezech. 36.

QVm sanctificatus fuero in vobis, congregabo vos de vniuersis terris: & effundā super vos aquā mundam, & mundabimini ab oībus inquinamētis vestris, & dabo vobis spiritum nouum.

ps 33. ℣. Benedicam dñm in omni tempore: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria. post Kyrie eleison. dicit Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratiō.

DEus, qui & iustis prēmia meritorum, & peccatoribus per ieiunium veniā præbes, miserere supplicibus tuis: vt reatus nostri cōfessio indulgentiam valeat percipere delictorum. Per dominū nostrum.

Lectio Ezechielis prophetę.

HÆc dicit dominus Deus. Sanctificabo nomē meū magnum: vt sciant gētes, quia ego dominus, Cum sanctificatus fuero in vobis corā eis, tollam quippe vos de gentibus, & congregabo vos de vniuersis terris: & adducā vos in terram vestram. Et effundam sup vos aquam mundam: & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris: & ab vniuersis idolis vestris mnndabo vos. Et dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponā in medio vestri. Et auferam cor lapideum de carne vestra: & dabo vobis cor carneum, Et spiritū meum ponā in medio vestri: & faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & operemini. Et habitabitis in terra quam dedi patribus vestris: & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum, dicit dñs omnipotēs.

Grad. Venite filij, audite me: timorem domini docebo vos. ℣. Accedite ad eum, & illuminamini:

ps 33.

namini: & facies vestræ non cõ fundentur. Hic dicitur Dominus vobiscum. Sine Flectamus genua. Oremus. Oratio.

PRæsta, qs oipotens Deus: vt, quos ieiunia votiua castigant, ipsa quoque deuotio sancta lætificet: vt terrenis affectibus mitigatis, facilius cœlestia capiamus. Per dominum. Oões alias dicẽdas: quere supra in feria iiij. Cinerũ. fol. 31.

Lectio Isaiæ prophetæ.

HÆc dicit dns. Lauamini, mũdi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Quiescite agere puerse, discite bene facere. Quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduã. Et venite, & arguite me, dicit dominus. Si fuerint peccata vestra vt coccinũ: quasi nix dealbabuntur. Et si fuerint rubra quasi vermiculus: velut lana alba erunt. Si volueritis, & audieritis me: bona terræ comedetis. Dicit dominus omnipotens. Graduale.

Beata gens cuius est dominus Deus eorum: populus quem elegit dominus in hæreditatẽ sibi. ℣. Verbo domini cœli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Tractus.

D. ñe non secundũ peccata nostra, quę fecimus nos: neque secundùm iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Dñe, ne memineris iniquitatum nostrarũ antiquarũ: cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiua nos Deꝰ salutaris noster, & propter gloriam nois tui dñe libera nos: & propitiꝰ esto peccatis nostris pp nomen tuum.

ps 102.

ps 78.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Iohannem.

IN illo tpe. Præteriens Iesus, vidit hoiem cęcũ a natiuitate. Et interrogauerunt eum discipuli eius. Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cęcus nasceretur? Respõdit Iesus. Neque hic peccauit, neq; parẽtes eius: sed vt manifestentur opera Dei in illo. Me oportet operari opera eius q misit me, donec dies est. Venit nox, quãdo nemo potest operari. Quandiu in mundo sum, lux sum mundi. Hæc cum dixisset, expuit in terram, & fecit lutum ex sputo: & liniuit lutum sup oculos eius, & dixit ei. Vade, laua in natatoria Siloe, qđ interpretatur missus. Abijt ergo, & lauit: & venit vidẽs. Itaq; vicini, & q viderant eũ, prius quia mendi-

mendicus erat, dicebant. Nonne hic est, qui sedebat, & mendicabat? Alij dicebãt, quia hic est. Alij autẽ nequaquã, sed similis eius est. Ille verò dicebat, quia ego sum. Dicebãt ergo ei. Quomodo aperti sũt tibi oculi? Respondit. Ille homo, qui dicitur Iesus, lutũ fecit, & vnxit oculos meos, & dixit mihi. Vade ad natatoriã Siloe, & laua. Et abij, & laui, & vidi. Dixerunt ergo ei. Vbi est ille? Ait. Nescio. Adducunt eũ ad phariſęos, q̃ cęcus fuerat. Erat autẽ sabbathum, qñ lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum phariſæi, quomodo vidisset. Ille autem dixit ei. Lutum posuit mihi super oculos, & laui: & video. Dicebant ergo ex phariſæis quidam. Non est hic hõ à Deo, qui sabbathum non custodit. Alij autem dicebant. Quomodo potest homo peccator hęc signa facere? Et schisma erat inter eos. Dicunt ergo cæco iterum. Tu, quid dicis de eo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: quia propheta est. Non crediderunt ergo Iudæi de illo, q̃ cæcus fuisset, & vidisset: donec vocauernnt parẽtes eius qui viderat: & interrogauerunt eos, dicentes. Hic est filius vester, quem vos dicitis quia cæcus natus est? Quomodo ergo nunc videt? Respõderunt eis parentes eius, & dixerunt. Scimus quia hic est filius noster, & quia cęcus natus est: quomodo autẽ nũc videat nescimus, aut q̃s eius aperuit oculos nos scimus. Ipsum interrogate: ætatem habet, ipse de se loquatur. Hæc dixerunt parentes eius, quia timebant Iudæos. Iam enim conspirauerant Iudæi, vt si quis eum confiteretur Christum extra synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt: quia ætatem habet, ipsum interrogate. Vocauerunt ergo rursum hominem, qui fuerat cęcus, & dixerunt ei. Da gloriam Deo. Nos scimus, quia hic homo peccator est. Dixit ergo ille. Si peccator est, nescio: vnum scio, quia cùm cęcus essem, modo video. Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis. Dixi vobis iam, & audistis: quid iterũ vultis audire? Nunquid & vos vultis discipuli eius fieri? Maledixerunt ergo ei, & dixerũt. Tu discipulus eius sis: nos autẽ Moysi discipuli sumus. Nos scimus,

scimus, quia Moysi locutus est Deus: hunc autem nescimus vnde sit. Rñdit ille homo, & dixit eis. In hoc eñ mirabile est, qa vos nescitis vnde sit: & aperuit oculos meos. Scimus autem, quia peccatores Deus nõ audit: sed, si quis cultor Dei est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. A sęculo non est auditũ, quia aperuit quis oculos cęci nati. Nisi eẽt hic à Deo, nõ poterat facere quicquam. Respondérunt, & dixerunt ei. In peccatis natꝰ es totus: & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit autẽ Iesus, quia eiecerunt eũ foras: & cum inuenisset eũ, dixit ei. Tu credis ī filiũ Dei? Rñdit ille, & dixit. Quis est domine vt credam in eum? Dixit ei Iesus. Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est. At ille ait. Credo dñe. *Et procidens adorauit eum.*

Offertorium. Benedicite gentes dominum Deum nostrum, & obaudite vocẽ laudis eius: qui posuit animam meam ad vitam, & non dedit commoueri pedes meos: benedictus Dominus, qui nõ amouit deprecationem meam: & misericordiã suam à me

Secre. Vpplices te rogamus, omnipotens Deus: vt, his sacrificijs peccata nostra mundẽtur: quia tunc vera nobis tribuis & mẽtis & corporis sanitatẽ. Per.

Aliæ secre. vt ī fer. iiij. Cin. 30.

Communio. Lutum fecit ex sputo dominus, & liniuit oculos meos: & abij, & laui, & vidi, & credidi Deo. Postcõmu. Ioã. 9.

Sacramẽta, quæ sumpsim⁹ dñe Deus noster, & spiritualibus nos repleant alimentis, & corporalibus tueantur auxilijs. Per dñm

Aliæ postcõ. vt in feria quarta Cin. fol. 31.

Super populũ. Orem⁹. Humiliate capita vestra Deo. Oro.

Pateant aures misericordiæ tuæ Dñe, precibus supplicantium: & vt petentibus desiderata concedas: fac eos, q̃ tibi sunt placita, postulare. Per do.

FERIA QVINTA.

Statio ad sanctum Syluestrũ, & Martinum. Introitus.

Lætetur cor quærentium dominũ: quærite dominũ, & confirmamini, quærite faciem eius semper. ps. Cõfitemini dño, & ĩuocate nomẽ eius: annũciate inter gẽtes opera eius. ℣. Gloria Oro. ps. 104.

Præsta q̃s ops Deꝰ: vt, quos ieiunia votiua castigant, ipsa

ipsa quoque deuotio sancta lę tificet: vt terrenis affectibus mi tigatis, facilius cœlestia capiamus. Per dominum nostrum.

Alię oōnes, vt in fer. iij. Cine.

Lectio libri Regum.

4. cap. 4

IN diebus illis. Venit mulier Sunamitis ad Elisæū in mon tem Carmeli. Cumq́ue vidisset eā vir Dei de contra, ait ad Giezi puerum suum. Ecce Sunami tis illa. Vade ergo in occursum eius, & dic ei. Recte ne agitur circa te, & circa virum tuū, & circa filium tuū? Quæ respondit. Recte. Cumq́; venisset ad virum Dei in mōtē, apprehēdit pedes eius: & accessit Giezi vt amoueret eā. Et ait hō Dei. Dimitte illā: aīa enim eius in amaritudine est: & dominus celauit a me, & nō indicauit mihi. Quæ dixit illi. Nūquid petiui filium a dño meo? Nūquid nō dixi tibi, ne illudas me? Et ille ait ad Giezi. Accinge lumbos tuos: & tolle baculum meū in manu tua: & vade. Si occurrerit tibi hō, non salutes eū: & si salutauerit te quispiā, non rñdeas illi: & pones baculū meū sup faciē pueri. Porro mr̄ pueri ait, Viuit dominus, & viuit aīa tua: non dimittam te. Surrexit ergo, & secutus est eam. Giezi aūt præcesserat ante eos, & posuerat baculū super faciē pueri, & non erat vox neq; sen sus. Reuersusq́; est Giezi in occursum eius: & nūciauit ei, dicens. Nō surrexit puer. Ingressus est ergo Elisæus domū. Et ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius. Ingressusq́; clausit ostium super se, & super puerū: & orauit ad dñm. Et ascendit, & īcubuit super puerū, posuitq́; os suū super os eius, & oculos suos sup oculos eiº, manus suas super manus eius: & incuruauit se super eum: & calefacta est caro pueri. At ille reuersus, deambulauit in domo, semel huc atq; illuc, & ascendit, & incubuit sup eū: & oscitauit puer septies, aperuitq́; oculos. At ille vocauit Giezi, & dixit ei. Voca Sunamitidem hāc. Quæ vocata, ingressa est ad eū. Cui ait. Tolle filium tuum. Venit autem illa, & corruit ad pedes eius: & adorauit super terram. Tulitq́; filium suum, & egressa est. Elisæus vero reuersus est in Galgala. Gradua.

Respice dñe in testm̄ tuū & animas pauperū tuorū ne obliuiscaris in finē. ℣ Exurge dñe, & iudica causam meā: memor esto opprobrij seruorū tuorū.

Sequen-

7. cap. Sequẽtia S. Euãg. secũdũ Lucã.

IN illo tpe: Ibat Iesus ĩ ciuitatẽ, q̃ vocatur Naim: & ibant cũ illo discipuli eius, & turba copiosa. Cùm autẽ appropinquaret portę ciuitatis: ecce defunct⁹ efferebatur filius vnicus matris suæ. Et hæc, vidua erat: & turba ciuitatis multa cũ illa. Quã cũ vidisset dñs mĩa motus super eã, dixit illi. Noli flere. Et accessit, & tetigit loculum. Hi aũt qui portabãt, steterunt. Et ait. Adolescẽs, tibi dico, surge. Et resedit q̃ erat mortu⁹: & cępit loqui. Et dedit illũ mri suę. Accepit aũt oẽs timor: & magnificabãt Deũ, dicẽtes. Quia ꝓpheta magn⁹ surrexit ĩ nobis: & qa Deus visitauit plebẽ suã.

69. Offer. Dñe ad adiuuandũ me festina, confundantur omnes aduersum me, qui cogitãt seruis tuis mala. Secreta.

PVrifica nos misericors De⁹: vt, ecclesiæ tuæ preces, quę tibi gratę sunt, pia munera deferentes, fiant expiatis mentib⁹ gratiores. Per dñm. Aliæ secretæ, vt supra. fol. 31. Commu.

70. DOmine memorabor iustitiæ tuæ solius: Deus docuisti me à iuuentute mea: & vsque in senectam, & senium: Deus ne derelinquas me. Postcommu.

CÆlestia dona capientib⁹, q̃s dñe, non ad iudicium prouenire patiaris, quæ fidelibus tuis ad remedium prouidisti. Per dñm. Aliæ postcõm. vt in feria quarta Cin. fol. 31. Super populũ. Orem⁹. Humiliate capita vestra Deo. Oro.

POpuli tui Deus institutor & rector: peccata, quibus impugnatur, expelle: vt semp tibi placitus, & tuo munimine sit securus. Per dominum.

FERIA SEXTA.

Statio ad S. Eusebium. Introit⁹.

MEditatio cordis mei ĩ cõspectu tuo semper: domine adiutor meus, & redemptor meus. ps. Cœli enarrant gloriã Dei, & opera manuum eius annunciat firmamẽtum. ℣. Gloria patri. Oratio. ps 18.

DEus, q̃ ineffabilibus mũdũ renouas sacramentis: præsta quæsumus: vt ecclesia tua & ęternis proficiat institutis, & temporalibus non destituatur auxilijs. Per dominum. Alię orones, vt ĩ fer. iiij. Ci. 30.

Lectio libri Regum. 3. c. 17.

IN dieb⁹ illis. Ægrotauit fili⁹ mulieris matrisfamilias: & erat languor fortissimus, ita vt non remaneret in eo halitus.

Dixit ergo ad Eliã. Quid mihi, & tibi vir Dei? Ingressus es ad me, vt rememorarent iniquitates meæ: & interficeres filium meũ? Et ait ad eã Elias. Da mihi filiũ tuũ. Tulitq; eũ de sinu illius: & portauit in cœnaculũ vbi ipse manebat: & posuit super lectulũ suũ: & clamauit ad dñm, & dixit. Dñe Deꝰ meus, ẽt ne viduã, apud quam ego vtcũq; suste̅tor: afflixisti: vt interficeres filiũ eius? Et expandit se, atq; mensus est super puerum tribus vicibus: clamauitq; ad dñm: & dixit: Dñe Deus meus: reuertatur (obsecro) aĩa pueri huius ĩ viscera eius. Exaudiuit aũt dñs voce̅ Eliæ: & reuersa est aĩa pueri intra eum, & reuixit. Tulitq; Elias puerum, & deposuit eum de cœnaculo in inferiorẽ domum: & tradidit matri suæ: Et ait illi. En viuit filiꝰ tuus. Dixitq; mulier ad Eliam. Nunc in isto cognoui, quoniã vir Dei es tu: & verbum Dñi in ore tuo verum est. Graduale.

ps 117. Bonum est confidere in dño, quã confidere in homine. ℣. Bonum est sperare in dño, quã sperare in principibus. Tract.

ps 102. Dñe nõ secundũ peccata nr̃a, q̃ fecimus nos, neq; secundùm iniq̃tates nr̃as retribuas nobis.

℣. Dñe, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarũ: cito anticipent nos misericordiæ tuę, quia pauperes facti sumus nimis. ps 78. ℣. Adiuua nos Deꝰ salutaris noster, & propter gloriam nominis tui Dñe libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Iohannem. cap. 11.

IN illo tpe. Erat quidã lãguẽs Lazarus à Bethania, de castello Mariæ, & Marthæ sororum eius. (Maria autẽ erat, quæ vnxit dñm vnguento, & extersit pedes eius capillis suis: cuius frater Lazarus infirmabatur.) Miserunt ergo sorores eius ad eum, dicentes. Dñe, ecce quem amas, infirmatur, audiens autẽ Iesus dixit eis. Infirmitas hæc nõ est ad mortẽ: sed pro gloria Dei: vt glorificetur filius Dei p eã. Diligebat aũt Iesus Marthã, & sororẽ eius Mariã, & Lazarũ. Vt ergo audiuit, quia infirmabatur, tunc quidẽ mãsit in eodẽ loco duobꝰ diebus. Deinde post hæc dixit discipulis suis. Eamus in Iudæã iterum. Dicũt ei discipuli. Rabbi, nunc quærebãt te Iudęi lapidare: & iterũ vadis illuc? Respondit Iesus. Nonne duodecim horæ sunt diei?

diei? Si quis ambulauerit ĩ die, nõ offendit: quia lucem huius mundi videt. Si autẽ ambulauerit in nocte, offendit, quia lux nõ est ĩ eo. Hæc ait. Et post hæc dicit eis. Lazarus amicꝰ noster dormit: sed vado, vt à sõno éxcitem eũ. Dixerũt ergo discipuli eius. Dñe, si dormit saluus erit. Dixerat aũt Iesus de morte eiꝰ: illi aũt putauerũt, quia de dormitione somni diceret. Tunc ergo dixit eis Iesus manifeste. Lazarus mortuꝰ est: & gaudeo pp vos, vt credatis, qm̃ nõ eram ibi. Sed eamus ad eũ. Dixit ergo Thomas, qui dr̃ Dydimus, ad cõdiscipulos. Eamus & nos, & moriamur cũ eo. Venit itaq; Iesus: & ĩuenit eũ quatuor dies iam in monumento habentẽ. (Erat aũt Bethania iuxta Ierosolymã quasi stadijs quidecĩ.) Multi aũt ex Iudæis venerãt ad Martham & Mariã, vt cõsolarẽtur eas de fratre suo. Martha ergo vt audiuit, qa Iesus venit: occurrit illi. Maria autẽ domi sedebat. Dixit ergo Martha ad Iesum. Dñe si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Sed & nunc scio, quia quęcũq; poposceris à Deo, dabit tibi Deꝰ. Dicit illi Iesus. Resurget frater tuus. Dicit ei Martha. Scio, qa resurget ĩ resurrectione, in nouissimo die. Dicit ei Iesus. Ego sum resurrectio, & vita. Qui credit in me, ẽt si mortuus fuerit, viuet. Et oĩs qui viuit, & credit in me, nõ morietur in æterñũ. Credis hoc? Ait illi. Vtiq; dñe: ego credidi, quia tu es Christus filius Dei viui, qui in hunc mundum venisti. Et cum hæc dixisset, abijt, & vocauit Mariã sororẽ suã silentio, dicẽs. Magister adest, & vocat te. Illa autẽ, vt audiuit, surrexit cito, & venit ad eũ. Nondũ enim venerat Iesus ĩ castellũ: sed erat adhuc ĩ loco illo, vbi occurrerat ei Martha. Iudæi ergo, qui erãt cum ea in domo, & cõsolabant eã, cũ vidissẽt Mariã, quia cito surrexit, & exijt, secuti sũt eã dicentes, Quia vadit ad monumẽtum, vt ploret ibi. Maria ergo cũ venisset vbi erat Iesus: videns eũ, cecidit ad pedes eiꝰ, & dixit ei. Dñe, si fuisses hic, nõ esset mortuus frater meus. Iesus ergo vt vidit eã plorantẽ, & Iudæos, qui venerant cũ ea, plorantes: infremuit spiritu, & turbauit semetipsum, & dixit. Vbi posuistis eum? Dicunt ei. Dñe, veni, & vide. Et lachrymatus est Iesus. Dixerunt ergo Iudæi. Ecce quomodo amabat

eũ. Quidã aũt ex ipsis dixerũt. Non poterat hic, qui aperuit oculos cęci nati, facere, vt & hic nõ morereť? Ies⁹ ergo rursum fremẽs ĩ semetipso, venit ad monumẽtũ. Erat aũt spelũca: & lapis suppositus erat ei. Ait Iesus. Tollite lapidẽ. Dicit ei Martha soror eius qui mortuus fuerat: Dñe, iam fœtet: quatriduanus enim est. Dicit ei Iesus. Nonne dixi tibi, qm̃ si credideris, videbis gloriam Dei? Tulerunt ergo lapidẽ. Iesus autẽ eleuatis oculis sursum dixit: Pr̃ gr̃as ago tibi, qm̃ audisti me. Ego aũt sciebã, qa semp me audis, sed pp populũ, q circunstat, dixi: vt credãt, quia tu me misisti. Hæc cũ dixisset, voce magna clamauit. Lazare veni foras. Et statim ꝓdijt, q fuerat mortuus, ligatus manus & pedes ĩstitis: & facies illius sudario erat ligata. Dixit eis Ies⁹. Soluite eũ, & sinite abire. Multi ergo ex Iudæis, qui venerant ad Mariã & Marthã, & viderãt q̃ fecit Iesus, crediderũt in eũ.

Ps 17. Offer. Populum humilem saluum facies dñe, & oculos superborum humiliabis, qm̃ qs Deus præter te dñe. Secreta.

MVnera nos dñe, q̃s, oblata purificent: & te nobis iugiter faciãt esse placatũ. Per. Alię secre. vt ĩ fer. iiij. Cin. 31.

Cõmu. Videns dñs flentes sorores Lazari ad monumẽtum lacrymatus est corã Iudæis, & exclamauit. Lazare veni foras: & prodijt ligatis manibus, & pedibus, qui fuerat quatriduanus mortuus. Postcõmunio. Ioã. 11.

HÆc nos, q̃s dñe, participatio sacramenti, & à ꝑprijs reatibus indesinenter expediat, & ab omnibus tueatur aduersis. Per dñm. Alię postcõ. vt in feria quarta Cin. fol. 31. Super populũ. Orem⁹. Humiliate capita vestra Deo. Oro.

DA nobis, q̃s, omnipotens Deus: vt, qui infirmitatis nostræ conscij de tua virtute confidimus, sub tua semp pietate gaudeamus. Per dominũ.

SABBATHO.

Statio ad sanctum Nicolaum in carcere. Introitus.

SItientes venite ad aquas, dicit dñs, & qui nõ habetis precium venite, & bibite cum lętitia. ꝑs. Attẽdite populę meus legẽ meã, inclinate aurem vestram in verba oris mei. ℣. Gloria pr̃i. Oro. Ps 77

FIat, q̃s dñe, per gratiã tuam fructuosus nr̃ę deuotionis affectus:

affectus: quia tunc nobis proderunt susceptа ieiunia, si tuæ sint placita pietati. Per dñm.

Aliq̃ oões, vt ī fer. iiij. Ci. 31.

Lectio Isaiæ prophetæ. cap. 49.

HÆc dicit dñs. In tẽpore placito exaudiui te: & in die salutis auxiliatus sum tibi. Et seruaui te: & dedi te ī fœdus populi: vt suscitares terram: & possidéres hęreditates dissipatas: vt diceres his, q̃ vincti sunt, exite: & his, q̃ in tenebris sunt, reuelamini. Super vias pascẽtur: & in oĩbus planis pascua eorum. Non esurient, neq; sitient: & nõ percutiet eos æstus, & sol: qa miserator eorũ reget eos: & ad fontes aquarũ potabit eos. Et ponam oẽs montes meos in viam: & semitæ meæ exaltabuntur. Ecce isti de lõge veniẽt: & ecce illi ab aquilone & mari: & isti de terra, australi. Laudate cœli, & exulta terra: iubilate montes laudem: quia cõsolatus est dñs populũ suũ, & pauperum suorũ miserebit᷑. Et dixit Sion. Dereliquit me dñs: & dñs oblitus est mei. Nũquid obliuiscī põt mulier infantẽ suũ, vt nõ misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit: ego tñ nõ obliuiscar tui, dicit dñs omnipotẽs. Graduale.

Tibi dñe derelict⁹ est pauper: pupillo tu eris adiutor. ℣. Vt quid dñe recessisti lõge, despicis in opportunitatibus in tribulatione? dum superbit impius, incenditur pauper. ps. 9.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Iohannem. cap. 8.

IN illo tpe: Dicebat Iesus turbis Iudæorum. Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris: sed habebit lumen vitæ. Dixerunt ergo ei pharisæi. Tu de teipso testimoniũ perhibes: testimonium tuũ nõ est verũ. Rñdit Iesus, & dixit eis. Et si ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum: quia scio vnde veni, & quo vado. Vos au tẽ nescitis vnde venio, & quo vado. Vos secundùm carnem iudicatis: ego non iudico quẽquam. Et, si ego iudico, iudicium meum verũ est: quia solus nõ sum, sed ego & qui misit me pr̃. Et in lege vestra scriptũ est: quia duorũ hominum testimoniũ verũ est. Ego sum, qui testimonium perhibeo de meipso: & testimonium perhibet de me, qui misit me pater. Dicebant ergo ei. Vbi est pater tuus? Respõdit Iesus. Neque me scitis: neq; patrem meum.

Si me sciretis, forsitan & patrē meum sciretis. Hæc verba locutus est Iesus in Gazophylacio, docēs in templo. Et nemo apprehendit eum: quia nondum venerat hora eius. Offertoriū.

℣. 17. Factus est dominus firmamētum meum, & refugium meū, & liberator meus: sperabo in eum. Secreta.

OBlationib⁹ nostris, quæsumus Dñe, placare susceptis: & ad te nostras etiam rebelles compelle propitius volūtates. Per dominum nostrū. Aliæ secretæ, vt in feria quarta Cinerum. fo. 31. Cōmunio.

℣. 22. Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit: super aquā refectionis educauit me. Postcō.

TVa nos, quæsumus Dñe, sancta purificent: & operationis suæ remedio, tibi faciāt esse placatos. Per dominū. Aliæ postcommuniones, vt in feria quarta Cinerum. fol. 31. Super populū. O rem⁹. Humiliate capita vestra Deo. Oro.

DEus, qui sperātibus in te misereri potius eligis, q̄ irasci: da nobis digne flere mala, quæ fecimus: vt tuæ consolationis gratiā inuenire mereamur. Per dominum nostrū.

DOMINICA PASSIONIS.

Statio ad sanctum Petrum.

Ab hac Dñica passionis, vsque ad Sabbathū sanctū exclusiue in missis de tempore omittitur psal. Iudica me De⁹. cū Gloria patri. sed dicto In nomine patris. Introibo. & Adiutoriū, fit Confessio. Introitus.

℣. 42. IVdica me Deus, & discerne causam meam de gente nō sancta: ab homine iniquo, & doloso eripe me: quia tu es Deus meus fortitudo mea. ps. Emitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipsa me deduxerūt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua. Iudica. Nō dī Gloria pri.

ad introitum vsque ad Pascha, nisi in missa defuncto, si occurrerit:

rerit: sed finito psal. absolutè repetitur Introitus. Oratio.

QVęsum⁹ omnipotẽs De⁹, familiam tuam propiti⁹ respice: vt te largiente regatur in corpore: & te seruante custodiatur in mẽte. Per. Ab hac die vsque ad feriam quintam Cœnæ Domini, post orationem dici dr̃, vel contra persecutores Ecclesiæ. Oratio.

ECclesiæ tuæ, qs Dñe, preces placatus admitte: vt, destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per dominũ. Vel pro Papa. Oratio.

DEus omnium fideliũ pastor, & rector: famulum tuum N. quem pastorem Ecclesiæ tuę pręesse voluisti, propitius respice: da ei quęsumus, verbo & exẽplo, quibus p̃est, proficere, vt ad vitam vnà cũ grege sibi credito perueniat sempiternam. Per dominum. Tertia oratio non dicitur.

Lcõ Epłę b. Pauli Apo. ad Heb.

FRatres: Christus assistens põtifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum nõ manufactũ, id est non huius creationis: neq; per sanguinem hircorum aut vitulorum: sed per propriũ sanguinẽ intróiuit semel ī sancta æterna redẽptione inuẽta. Si enim sanguis hircorum, & taurorũ, & cinis vitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiendũ Deo viuenti? Et ideo noui testamenti mediator est: vt morte intercedente, in redẽptionem earum prẹuaricationum, quæ erant sub priori testamento, repromissionẽ accipiant, qui vocati sunt, æternæ hæreditatis. In Christo Iesu Domino nostro. Graduale.

Eripe me Domine de inimicis meis: doce me facere voluntatem tuam. ℣. Liberator meus dñe de gentibus iracundis: ab insurgentibus in me exaltabis me: à viro iniquo eripies me. Tractus. Sæpe expugnauerũt me à iuuentute mea. ℣. Dicat nunc Israel, sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea. ℣. Etenim non potuerunt mihi: supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. ℣. Prolongauerũt iniqtates suas, dñs iustus cõcidet ceruices pc̃tõrum.

Ps 42. Ps 17. Ps 128.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Iohannem.

cap. 8. IN illo tpe: Dicebat Iesus turbis Iudæorum, & principibus sacerdotũ. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatẽ dico: quare non creditis mihi? Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo nõ estis. Respõderunt igitur Iudæi, & dixerũt ei. Nõne bene dicimus nos, ꝙa Samaritanus es tu, & dęmoniũ habes? Rñdit Iesus. Ego dæmoniũ non habeo: sed honorifico patrẽ meũ, & vos inhonorastis me. Ego autẽ non q̃ro gloriam meam: est qui quærat, & iudicet. Amen amen dico vobis: si quis sermonẽ meum seruauerit, mortẽ non videbit in æternũ. Dixerunt ergo Iudęi. Nunc cognouimus, quia dæmoniũ habes. Abrahã mortuus est, & ꝓphetæ: & tu dicis: si quis sermonẽ meum seruauerit, mortẽ nõ gustabit in æternũ. Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? Et prophetæ mortui sunt. Quem te ipsum facis? Rñdit Iesus. Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est. Est pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus vester est: & non cognouistis eum: ego autẽ noui eum. Et si dixero, quia nõ scio eum: ero similis vobis mendax. Sed scio eum, & sermonẽ eius seruo. Abraham pr̃ vester exultauit vt videret diẽ meum: vidit: & gauisus est. Dixerũt ergo Iudæi ad eũ. Quinquagĩta annos nõdum habes, & Abrahã vidisti? Dixit ei Ies⁹, Amẽ amẽ dico vobis, antequã Abraham fieret, ego sum. Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum. Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo. Credo.

Offer. Confitẽbor tibi dñe in toto corde meo: retribue seruo tuo, vt viuam, & custodiã sermones tuos: viuifica me secũdum verbum tuum dñe. Secrè.

HÆc munera, q̃s dñe, & vincula nostrę prauitatis absoluãt: & tuę nobis miæ dona cõcilient. Per do. Altera sec. vel contra persecutores Eccl̃ię.

PRotege nos dñe tuis mysterijs seruiẽtes: vt diuinis rebus inhærentes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per.

Vel pro Papa.

OBlatis, q̃s dñe, placare muneribus. & famulum tuum N. quem pastorẽ Ecclesiæ tuę pręesse voluisti, assidua protectione guberna. Per do.

Præfatio

Præfatio de cruce. Qui salutē. & dī vſq; ad feriā v. ī Cęna dñi inclusiuè. Cōmu. Hoc corpus quod ꝓ vobis tradetur, hic calix noui testamenti est in meo sanguine, dicit dñs: hoc facite quotiescunq; sumitis in meā cōmemorationem. Postcōmu.

ADesto nobis dñe Deꝰ nr̄: & quos tuis mysterijs recreasti: perpetuis defende subsidijs. Per dñm. Altera Postcō. vel contra persecutores Eccl'iç.

QVæsumus dñe Deus nr̄: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per dominum.

Vel pro Papa.

HÆc nos, q̄s dñe, diuini sacramenti perceptio protegat: & famulum tuū N. quē pastorē Ecclīæ tuæ p̄esse voluisti: vnà cum cōmisso sibi grege saluet semper, & muniat. Per.

FERIA SECVNDA.

Statio ad Sctm̄ Chrysogonum. Non dicitur Iudica me Deus.

Introitus.

MIserere mei dñe, qm̄ conculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me. ꝑs. Conculcauerunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduersum me. Miserere. Oratio.

SAnctifica, q̄s dñe, nostra ieiunia: & cunctarum nobis indulgētiam propitius largire culparum. Per dominum nost. Postea Ecclesiæ tuæ. vel Deus omnium. folio 68.

Lectio Ionæ Prophetæ. cap. 3.

IN diebus illis. Factum est verbum Dñi ad Ionā prophetā secundo dicens. Surge, & vade in Niniuen ciuitatē magnam: & prædica in ea prædicationē, quam ego loquor ad te. Et surrexit Ionas, & abijt in Niniuē iuxta verbum Dñi: & Niniue erat ciuitas magna itinere dierum trium. Et cępit Ionas introire ciuitatem itinere diei vnius: & clamauit, & dixit. Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. Et crediderunt viri Niniuitæ in dñm: & p̄dicauerunt ieiunium: & vestiti sunt saccis à maiore vsque ad minorē. Et peruenit verbū ad Regē Niniue. Et surrexit de solio suo: & abiecit vestimentum suum à se: & indutus est sacco: & sedit in cinere. Et clamauit: & dixit ī Niniue ex ore Regis & principū eius dicens. Hoīes, & iumenta: & boues, & pecora nō gustent quicquam: nec

nec pascantur, & aquam non bibant. Et operiátur saccis homines, & iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine. & conuertatur vir à via sua mala, & ab iniqtate, q̃ est in manibus eorum. Quis scit, si conuertatur, & ignoscat Deus: & reuertatur à furore iræ suæ, & nõ peribimus? Et vidit Deus opera eorum, quia cõuersi sunt de via sua mala, & misert⁹ est populo suo dominus De⁹ noster.

ps 53. Grad. Deus exaudi orationẽ meam: auribus percipe verba oris mei. ℣. Deus in nomine tuo saluum me fac: & in virtute tua libera me. Tractus.

ps 102. Domine non secundũ peccata nostra, q̃ fecimus nos, neque secundùm iniquitates nostras

ps 78. retribuas nobis. ℣. Dñe ne memineris iniquitatũ nostrarum antiquarũ: cito anticipẽt nos misericordiæ tuæ, qa pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris nr̃, & pp gloriã nominis tui Dñe libera nos: & ꝓpitius esto peccatis nostris pp nomen tuum. Sequentia sancti Euangelij secundùm Iohannem.

cap. 7. IN illo tpe. Miserunt principes & Pharisæi ministros, vt apprehenderent Iesum. Dixit ergo eis Iesus. Adhuc modicũ tẽpus vobiscũ sum: & vado ad eũ qui misit me. Quæretis me, & nõ inuenietis: & vbi sum ego, vos nõ potestis venire. Dixerũt ergo Iudęi ad semetipsos. Quo hic iturus est, quia nõ inueniemus eũ? Nũquid in dispersionẽ gẽtiũ iturus est, & docturus gẽtes? Quis est hic sermo quẽ dixit: quæretis me, & nõ inuenietis: & vbi ego sum, vos non potestis venire? In nouissimo autẽ die magno festiuitatis, stabat Iesus: & clamabat, dicens. Siquis sitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me (sicut dicit scriptura) flumina de vẽtre eius fluent aquæ viuę. Hoc autem dixit de spiritu, quẽ accepturi erãt credẽtes ī eũ. Offert. Dñe cõuertere, & eripe animã meam: saluum me fac pp misericordiam tuam. Secreta.

ps 6. Dan 8

COncede nobis dñe Deus noster: vt hæc hostia salutaris, & nostrorum fiat purgatio delictorum: & tuæ propitiatio maiestatis. Per dominũ. Deĩde Protege, vl' Oblatis. 68. Cõmu. Dominus virtutũ ipse

ps 23. est rex gloriæ. Postcõmunio.

SAcramẽti tui, q̃s dñe, pticipatio salutaris, & purificationẽ nobis tribuat & medelam.

lam. Per dom. Deinde. Quæsumus dñe. vel Hęc nos. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

DA, qs Dñe, populo tuo salutē mentis, & corporis: vt bonis operibus inhęrendo, tua semp mereatur protectione defendi. Per dominum, &c.

FERIA TERTIA.

Statio ad sctm Cyriacum. Intr.

EXpecta Dñm, viriliter age, & cōfortetur cor tuū, & sustine dñm. Psal. Dominus illuminatio mea, & salus mea: quem timebo: Expecta dominum. Oratio.

NOstra tibi, qs dñe, sint accepta ieiunia: quæ nos, & expiādo, gratia tua dignos efficiant: & ad remedia perducant æterna. Per dom. Deinde Ecclesię. vel Deus omnium.

Lectio Danielis prophetæ.

IN diebus illis: Congregati sunt Babylonij ad regem, & dixerūt ei. Trade nobis Danielem, qui Bel destruxit, & draconem interfecit: alioquin interficiemus te, & domū tuā. Vidit ergo rex ꝙ irruerent in eū vehemēter, & necessitate cōpulsus tradidit eis Danielem. Qui miserunt eū in lacū leonū: & erat ibi sex diebus. Porro ī lacu erāt leones septem, & dabantur eis quotidie duo corpora, & duæ oues: & tūc nō data sunt eis, vt deuorarēt Danielē. Erat aūt Habacuc propheta in Iudæa, & ip se coxerat pulmētū, & intriuerat panes in alueolo: & ibat in cāpū, vt ferret messoribus. Dixitq; angelus dñi ab Habacuc. Fer prandiū quod hēs, Danieli in Babylonē, qui est ī lacu leonū. Et dixit Habacuc. Dñe, Babylonē non vidi, & lacum nescio. Et apprehēdit eum angelus dñi in vertice eius, & portauit eum capillo capitis sui: posuitq; eum in Babylonem sup lacum ī impetu spiritus sui. Et clamauit Habacuc, dicens. Daniel serue Dei, tolle prādium, quod misit tibi Deus. Et ait Daniel. Recordatus es mei domine Deus meꝰ: & nō dereliquisti diligentes te. Surgensq; Daniel comēdit. Porro angelus dñi restituit Habacuc cōfestim in locum suum. Venit ergo rex die septimo, vt lugēret Danielē: & venit ad lacum: & introspexit. Et ecce Daniel sedēs in medio leonum. Et exclamauit rex voce magna, dicens. Magnus es dñe Deus Danielis. Et extraxit eum de lacu. Illos aūt qui perditionis

ditionis eius causa fuerant, intromisit in lacum: & deuorati sunt in momento coram eo. Tunc rex ait. Paueant oēs habitantes in vniuersa terra Deum Danielis: qa ipse est saluator, faciēs signa & mirabilia in cęlo & in terra, qui liberauit Danielem de lacu leonum. Grad.

ps 42. Diſcerne cauſam meam dñe: ab homine iniquo, & doloſo eripe me. ℣. Emitte lucē tuam & veritatem tuam: ipſa me deduxerunt, & adduxerunt in montem ſanctum tuum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundùm Iohannem.

cap. 7. IN illo tpe: ambulabat Ieſus in Galilæam. Non enim volebat in Iudæā ambulare: quia q̄rebāt eum Iudæi interficere. Erat autē ī ꝓximo dies festꝰ Iudæorū, Scenophegia. Dixerunt autem ad eum fratres eius, Transi hinc, & vade in Iudæā: vt & diſcipuli tui videant opera tua quæ facis. Nemo qppe ī occulto quicquā facit, & q̄rit ipſe in palam eſſe. Si hæc facis, manifeſta te ipſum mundo. Neq; em̄ fratres eius credebāt in eum. Dixit ergo eis Ieſus. Tē pus meum nondum aduenit: tēpus autē veſtrum ſemper eſt paratum. Non poteſt mundus odiſſe vos. Me autē odit: quia ego teſtimonium perhibeo de illo, quia opera eius mala ſunt. Vos aſcendite ad diem feſtum hūc. Ego aūt nō aſcēdā ad diē feſtū iſtū: qa tēpus meū nondū impletum eſt. Hæc cum dixiſſet, ipſe manſit in Galilæa. Vt autē aſcenderunt fratres eius, tūc & ipſe aſcēdit ad diē feſtū, nō manifeſte, ſed quaſi in occulto. Iudæi ergo q̄rebāt eum ī die feſto, & dicebāt. Vbi eſt ille? & murmur multum erat de eo ī turba. Quidā em̄ dicebāt, quia bonus eſt: alij autē dicebant, non: ſed ſeducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur de illo, propter metum Iudæorum. Offertorium.

ps 9. Sperent in te omnes, qui nouerunt nomen tuum domine: qm̄ non derelinquis quærētes te: pſallite dño qui habitat in Sion: qm̄ non eſt oblitus orationes pauperum. Secreta.

HOſtias tibi domine deferimus immolandas, quę temporalem cōſolationem ſignificent: vt promiſſa non deſperemus æterna. Per dominū. Deide Protege. vl̄ Oblatis. 68.

ps 114. Commu. Redime me, Deus Iſrael, ex omnibus anguſtijs meis. Poſtcommunio.

Da

DA, q̃s, oṗs Deus: vt, quæ diuina sunt, iugiter exequentes, dolis mereamur cœlestibus propinquare. Per dñm. Deinde Quæsumus Dñe. vel Hæc nos, q̃sumus dñe. fol. 66. Super populũ. Orem⁹. Humiliate capita vestra Deo. Oṙo.

DA nobis, q̃s dñe, perseuerantem in tua voluntate famulatum: vt in dieb⁹ nostris, & merito & numero, populus tibi seruiens augeatur. Per do.

FERIA QVARTA.

Statio ad Sanctum Marcellũ. Non dicitur Iudica me Deus.

Introitus.

LIberator meus de gẽtibus iracundis: ab insurgentibus ī me exaltabis me: à viro iniquo eripies me domine. ps. 17. Diligam te domine fortitudo mea: Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. ℣. Gloria patri, & filio, & spir. Oratio.

SAnctificato hoc ieiunio, Deus tuorum corda fidelium miserator illustra, & quibus deuotionis p̃stas effectũ, præbe supplicantibus piũ benignus auditum. Per dominũ. Deinde Ecclesiæ. vel Deus omnium. vt supra. folio 68.

Lectio libri Leuitici. cap. 19.

IN diebus illis: Locutus est dñs ad Moysen, dicens. Loquere ad vniuersum cętum filiorum Israel, & dices ad eos. Ego dñs Deus vester. Non facietis furtum. Non mentiemini, nec decipiet vnusquisque proximum suum. Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui. Ego dñs. Non facies calumniam proximo tuo: nec vi opprimes eum. Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsque mane. Non maledices surdo, nec coram cæco pones offendiculũ: sed timebis dñm Deum tuum, quia ego sum dominus. Nõ facies quod iniquum est: nec iniuste iudicabis. Non cõsideres personam pauperis: nec honores vultum potentis. Iuste iudica proximo tuo. Non eris criminator: nec susurro in populis. Non stabis contra sanguinem proximi tui. Ego dñs. Nõ oderis fratrẽ tuũ in corde tuo: sed publice argue eum, ne habeas super illo peccatũ. Nõ q̃ras vltionẽ: nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Diliges amicũ tuũ sicut teipsum. Ego dñs. Leges meas custodite. Ego enim sum dñs Deus vester.

Grad.

ps 29. Grad. Exaltabo te Dñe, quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos sup me. ℣ Domine Deus meus clamaui ad te, & sanasti me: dñe abstraxisti ab inferis animã meã: Saluasti me à descẽdẽtibus in
ps 102. lacum. Tract. Dñe non secũdùm peccata nostra, quæ fecimus nos: neq; secũdùm iniqtates nostras retribuas nobis.
ps 78. ℣. Dñe, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarũ: cito anticipent nos misericordię tuę, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deꝰ salutaris noster, & propter gloriam nominis tui domine libera nos: & propitius esto peccatis nris propter nomen tuũ.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Iohannem.
cap. 10.

IN illo tpe: Facta sunt Encænia ī Ierosolymis: & hyems erat. Et ambulabat Iesus in tẽplo, in porticu Salomonis. Circũdederũt ergo eũ Iudęi, & dicebant ei. Quousq; animã nostrã tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam? Respõdit eis Iesus. Loquor vobis: & nõ creditis. Opera quę ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibẽt de me. Sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. Oues meę vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequũtur me: & ego vitam æternã do eis: & nõ peribunt in æternum: & nõ rapiet eas quisquã de manu mea. Pater meꝰ, quod dedit mihi, maius oĩbus est: & nemo põt rapere de manu pris mei. Ego & pater vnum sumus. Sustulerũt ergo lapides Iudæi, vt lapidarent eũ. Rñdit eis Iesus. Multa bona opera ostẽdi vobis ex pre meo: pp quod eorum opus me lapidatis? Rñderũt ei Iudæi. De bono opere nõ lapidamus te, sed de blasphemia: & quia tu, homo cùm sis, facis te ipsum Deum. Rñdit eis Iesus. Nõne
ps 81. scriptum est in lege vra: ego dixi, dij estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factꝰ est, & nõ põt solui scriptura: quẽ pr sanctificauit, & misit ī mũdũ, vos dicitis, quia blasphemas: quia dixi, filius Dei sum? Si nõ facio opera pris mei, nolite credere mihi. Si autem facio, & si mihi nõ vultis credere, operibus credite: vt cognoscatis, & credatis, quia in me est pater, & ego in patre.

Offertorium.

ps 58. Eripe me de inimicis meis Deus meus: & ab insurgẽtibus in me libera me dñe.

Secreta.

Annue

ANnue nobis misericors Deꝰ, vt hostias placationis & laudis, sincero tibi deferamus obsequio. Per dominũ. Deinde Protege. vel Oblatis. 68.

25. Cõmu. Lauabo inter innocentes mãnus meas, & circundabo altare tuum dñe, vt audiam vocẽ laudis tuæ, & enarrẽ vniuersa mirabilia tua. Postcom.

COelestis doni benedictione percepta: supplices te Deus ops deprecamur: vt hoc idẽ nobis & sacramenti causa sit & salutis. Per dñm. Deinde Quęsumns dñe. vel Hæc nos, quæsumus. fol. 68. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

ADesto supplicationibꝰ nostris ops Deus: & quibus fiduciã sperãdæ pietatis indulges, consuetę misericordię tribue benignus effectum. Per d.

FERIA QVINTA.

Statio ad sanctum Apollinarẽ. Nõ dr Iudica me Deꝰ. Introit.

3. OMnia q̃ fecisti nobis dñe, ĩ vero iudicio fecisti: quia peccauimus tibi, & mandatis tuis non obediuimus: sed da gloriã noĩ tuo, & fac nobiscum secundùm multitudinẽ misericordiæ tuæ. ps. Beati immaculati in via, qui ps 118. ambulant in lege Domini. Omnia quæ fecisti. Oratio.

PRæsta q̃s ops Deꝰ: vt dignitas conditionis humanæ p immoderantiã sauciata, medicinalis parsimoniæ studio reformetur. Per dñm. Deinde Ecclesiæ. vel Deus oĩum. f. 68.

Lectio Danielis prophetæ. cap 3.

IN diebus illis. Orauit Daniel dñm dicens. Dñe Deus noster, ne, q̃s, tradas nos ĩ ppetuum pp nomen tuum: & ne dissipes testm̃ tuum: neq; auferas misericordiã tuã à nobis, pp Abraham dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Israel sanctum tuum: quibꝰ locutus es, pollicens, q̃ multiplicares semen eorum sicut stellas cęli, & sicut arenam, q̃ est in littore maris. Quia dñe imminuti sumus plus quàm oẽs gentes: sumusq̃; humiles in vniuersa terra hodie pp peccata nostra. Et nõ est in tẽpore hoc princeps, & propheta, & dux, neq; holocaustum, neq; sacrificiũ, neq; oblatio, neq; incẽsum, neq; locus primitiarum coram te, vt possimus inuenire misericordiam tuã: sed in aĩo cõtrito, & spũ humilitatis suscipiamur. Sicut in holocausto arietum,

&

& taurorum, & sicut in millibus agnorũ pinguium: sic fiat sacrificium nostrum in cõspectu tuo hodie, vt placeat tibi: qm̃ non est confusio confidentibus ī te. Et nunc sequimur te in toto corde: & timemus te: & q̃rimus faciem tuam. Ne confundas nos: sed fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuã, & secundùm multitudinem misericordiæ tuæ. Et erue nos in mirabilibus tuis: & da gloriam nomini tuo dñe. Et confundãtur oẽs, qui ostendunt seruis tuis mala: cõfundãtur in omnipotentia tua: & robur eorũ conteratur. Et sciãt, quia tu es dñs Deus solus, & glorioſus, super omnem terram, domine Deus noster. Graduale.

ps 95. Tollite hostias, & introite in atria eius: adorate dñm in aula

ps 28. sancta eius. ℣. Reuelabit dominus condensa: & in templo eius omnes dicent gloriam.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam.

cap. 7. IN illo tpe: Rogabat Iesum quidam pharisęus, vt manducaret cum illo. Et ingressus domum pharisæi, discubuit. Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quòd Iesus accubuit in domo pharisæi attulit alabastrũ vnguenti: & stans retro secus pedes eius, lacrymis cępit rigare pedes eius: & capillis capitis sui tergebat: & osculabatur pedes eius: & vnguento vngebat. Videns autem pharisæus, qui vocauerat eum, ait intra se, dicens. Hic si esset propheta, sciret vtique quæ & qualis esset mulier, quæ tangit eum: qa peccatrix est. Et respondens Iesus dixit ad illum. Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister, dic. Et respondẽs Iesus dixit. Duo debitores erãt cuidam fœneratori, vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Nõ habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisque. Quis ergo eũ plus diligit? Respõdens Simõ dixit. Æstimo, quia is, cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierẽ, dixit Simoni. Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuã, aquam pedibus meis non dedisti: hęc autẽ lacrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit. Osculum mihi nõ dedisti: hæc autẽ ex quo intraui, nõ cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum nõ vnxisti: hæc autẽ vnguẽto vnxit pedes meos.

meos. Propter quod dico tibi. Remittuntur ei peccata multa, qm̃ dilexit multum. Cui autẽ minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam. Remittuntur tibi peccata tua. Et cœperunt qui simul accumbebant, dicere intra se: Quis est hic, qui ẽt peccata dimittit? Dixit aũt ad mulierẽ. Fides tua te
36. saluã fecit: vade in pace. Offer. Super flumina babylonis illic sedimus, & fleuimus: dum recordaremur tui Sion. Secreta.

DOmine Deus nr̃, qui in his potius creaturis, quas ad fragilitatis nostræ subsidiũ condidisti, tuo quoq; nomini munera iussisti dicanda consecrari: tribue quæsumus: vt & vitæ nobis præsentis auxiliũ, & æternitatis efficiant sacramentum. Per dominum. Protege, vel Oblatis. fol. 68. Commu.
18. MEmento verbi tui seruo tuo domine, in quo mihi spẽ dedisti: hæc me consolata est in humilitate mea. Postcommunio.

QVod ore sumpsim⁹ dñe pura mẽte capiamus: & de munere tẽporali, fiat nobis remediũ sempiternum. Per. Deinde Quęsumus. vel Hęc nos. fol. 69. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestraa Deo. Oratio.

ESto, qs Dñe propitius plebi tuæ: vt, quæ tibi nõ placent, respuentes, tuorum repleantur delectationibus mãdatorum. Per dominum nost.

FERIA SEXTA.

Statio ad sanctũ Stephanũ in Cęlio monte. Non dicitur Iudica me Deus. Introitus.

MIserere mei, Dñe, qm̃ tribulor: libera me, & eripe me de manibus inimicorum meorũ, & à persequentibus me: dñe nõ cõfundar, qm̃ inuocaui te. ps. In te dñe speraui: nõ confundar in æternum, in iustitia tua libera me. Miserere mei domine. Oratio. ps 30.

COrdibus nostris, qs dñe, gratiam tuam benignus infunde: vt peccata nostra castigatione voluntaria cohibentes, temporaliter potius macerem⁹, quam supplicijs deputemur æternis. Per dominum. Deinde. Ecclesiæ. vel Deus omnium fidelium pastor. 68.

Lectio Ieremiæ prophetæ. cap. 17.

IN dieb⁹ illis: dixit Ieremias. Domine, omnes qui te derelinquunt, confundentur: recedentes à te in terra scribentur: quoniam derelinquerũt venã aqua-

aquarũ viuentium dñm. Sana me dñe, & sanabor: saluũ me fac, & saluus ero: qm̃ laus mea tu es. Ecce ipsi dicũt ad me, vbi est verbum Dñi? Veniat. Ego aũt non sum turbatus, te pastorem sequens: & diem hominis non desideraui, tu scis. Quod egressum est de labijs meis, rectũ in cõspectu tuo fuit. Nõ sis mihi tu formidini: spes mea tu in die afflictionis. Confundantur qui me persequuntur, & nõ cõfundar ego: paueant illi, & nõ paueam ego. Induc super eos diem afflictionis: & duplici contritione contere eos domine Deus noster. Gradua.

ps 34. Pacificè loquebãtur mihi inimici mei: & in ira molesti erãt mihi. ℣. Vidisti domine, ne sileas, ne discedas a me.

ps 102. Tract. Dñe non secundũ peccata nostra, quæ fecimus nos: neq; secũdùm iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Dñe, ne memineris iniquitatũ nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordię tuę, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui dñe libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

ps 78.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Iohannem. ca. 11.

IN illo tpe. Collegerũt pontifices, & pharisæi cõcilium aduersus Iesum: & dicebãt. Quid facimus: quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eũ sic: omnes credent in eum. Et venient Romani, & tollent nostrum locũ, & gentẽ. Vnus aũt ex ipsis, Caiphas nomine, cũ esset pontifex anni illius, dixit eis. Vos nescitis quicquã, nec cogitatis, quia expédit vobis vt vnus moriatur homo p̃ populo, & non tota gens pereat. Hoc autem a semetipso non dixit: sed cũ esset pontifex anni illius, prophetauit, quia Iesus moriturus erat pro gẽte: & non tm̃ pro gente, sed vt filios Dei, q̃ erant dispersi, cõgregaret in vnũ. Ab illo ergo die cogitauerũt, vt interficerent eũ. Iesus ergo iam non in palàm ambulabat apud Iudæos: sed abijt in regionem iuxta desertum, in ciuitatem quæ dicitur Ephren: & ibi morabatur cum discipulis suis.

Offerto. Benedictus es dñe, doce me iustificationes tuas, & non tradas calumniantibus me superbis: & rñdebo exprobrãtibus mihi verbum. Secreta.

ps 118.

Præsta

PRæsta nobis misericors Deus: vt digne tuis seruire semper altaribus mereamur: & eorum perpetua participatione saluari. Per dominum. Deinde Protege. vel Oblatis.

16. 68. Cõmu. Ne tradideris me dñe in animas persequentium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui: & mentita est iniquitas sibi. Postcommu.

SVmpti sacrificij dñe perpetua nos tuitio non derelinquat, & noxia semper a nobis cũcta depellat. Per do. Deinde Quæsumus. vel Hæc nos. 69. Super populũ. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

CONcede q̃s oĩpotens De⁹: vt, qui protectionis tuæ gratiam quærimus, liberati a malis omnibus, secura tibi mẽte seruiamus. Per dominum.

SABBATHO.

Statio ad sanctũ Iohannẽ ante portam Latinam. Non dicitur Iudica me Deus. Introitus.

MIserere mei Dñe, qm̃ tribulor: libera me, & eripe me de manib⁹ inimicorum meorũ, & à persequentibus me: dñe non confundar, quoniam inuocaui te. Psalm.

30. In te domine speraui nõ confundar in æternum: in iustitia tua libera me. Miserere. Oro

PRoficiat, q̃s dñe, plebs tibi dicata pię deuotionis affectu: vt sacris actionibus erudita, quanto maiestati tuæ sit gratior, tanto donis potioribus augeatur. Per dñm. Deinde Ecclesiæ. vel Deus. fol. 68.

Lectio Ieremiæ Prophetæ. cap. 18.

IN diebus illis. Dixerũt impij Iudæi adinuicẽ. Venite, cogitemus contra iustũ cogitationes, nõ enim peribit lex a sacerdote, nec cõsiliũ a sapiẽte, nec sermo a propheta. Venite, percutiamus eum lingua: & nõ attẽdamus ad vniuersos sermones eius. Attende dñe ad me: & audi vocem aduersariorũ meorũ. Nunquid redditur pro bono malum, quia foderunt foueã aĩę meę? Recordare, q̃ steterim in cõspectu tuo, vt loquerer p̃ eis bonũ: & auérteré indignationem tuam ab eis. Propterea da filios eorum in famẽ: & deduc eos in manus gladij. Fiant vxores eorum absq; liberis, & viduæ & viri earum interficiãtur morte. iuuenes eorum confodiantur gladio in prælio: Audiatur clamor de domibus eorum: adduces enim super eos latronẽ repente: quia foderũt

foueam vt caperent me, & laqueos abscónderunt pedibus meis. Tu aũt dñe scis oẽ cõsiliũ eorũ aduersum me in mortem. Ne propitieris iniquitati eorũ: & peccatum eorum à facie tua nõ deleatur. Fiãt corruẽtes in cõspectu tuo, ĩ tẽpore furoris tui abutere eis, dñe Deus noster.

Graduale.

Ps 34. P acifices loquebantur mihi inimici mei: & in ira molesti erant mihi. ℣. Vidisti dñe, ne sileas: ne discedas à me.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Iohannem.

cap. 11.

IN illo tpe. Cogitauerũt principes sacerdotũ, vt & Lazarũ interficerent: quia multi pp illũ abibant ex Iudęis, & credebant in Iesum. In crastinũ autẽ turba multa, quæ venerat ad diem festum, cũ audissent quia venit Iesus Ierosolymam: acceperũt ramos palmarũ: & processerũt obuiam ei, & clamabant, Hosanna, benedictus qui venit in nomine dñi, rex Israel. Et inuenit Iesus asellum, & sedit sup eum, sicut scriptum est. Noli timere filia Sion: ecce rex tuus venit sedens super pullum asinæ. Hæc non cognouerũt discipuli eius primum: sed quãdo glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt quia hæc scripta erant de eo, & hæc fecerunt ei. Testimonium ergo phibebat turba, quæ erat cum eo quando Lazarum vocauit de monumento, & suscitauit eum à mortuis. Propterea & obuiam venit ei turba: quia audierunt eum fecisse hoc signum. Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos. Videtis, quia nihil proficimus? Ecce mundus totus post ipsum abit. Erant autem quidam gentiles ex his qui ascenderant, vt adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat à Bethsaida Galilææ: & rogabant eum dicentes. Domine, volumus Iesum videre. Venit Philippus, & dicit Andreę. Andreas rursum & Philippus dixerunt Iesu. Iesus autem respondit eis, dicens. Venit hora, vt clarificetur filius hominis. Amen amen dico vobis: nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit: ipsum solum manet. Si aũt mortuum fuerit multum fructũ affert. Qui amat aĩam suã, perdet eam. Et qui odit aĩam

suam

suã in hoc mundo, in vitã æternã custodit eã. Si qs mihi ministrat, me sequatur. Et vbi ego sum: illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eũ Pater meus. Nũc anima mea turbata est. Et qd dicã? Pater clarifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc. Pater, clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cęlo, dicẽs, Et clarificaui, & iterum clarificabo. Turba ergo q̃ stabat & audierat, dicebat tonitruum factum esse. Alij dicebant: angelus ei locutus est. Respõdit Iesus, & dixit. Nõ propter me venit hæc vox, sed propter vos. Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mũdi eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. (Hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus.) Rñdit ei turba. Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum: & quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis Iesus. Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis: vt non tenebræ vos comprehẽdant. Et qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat. Dũ lucem habetis, credite in lucẽ: vt filij lucis sitis. Hæc locutus est Iesus, & abijt, & abscondit se ab eis. Offert. Benedictus es domine, doce me iustificationes tuas: & non tradas calumniantibus me superbis, & respondebo exprobrantibus mihi verbum. ℣. 118.

Secreta.

Aũctis nos, q̃s dñe, reatibus, & periculis, propitiatus absolue: quos tanti mysterij tribuis esse cõsortes. Per.

Deinde Protege nos, vel Oblatis. fol. 68. Commu. Ne tradideris me domine in animas p̃sequentium me, quoniam insurrexerunt in me testes iniqui: & mentita est iniquitas sibi. ℣. 26.

Postcommunio.

Diuini muneris largitate satiati, q̃s dñe Deus noster: vt huius semper participatione viuamus. Per dominum.

Deinde Quæsumus. vel Hæc nos quæsumus do. f. 69. Super populum. Cremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

Tueatur, quæsumus dñe, dextera tua populum deprecãtem, & purificatum dignanter erudiat: vt consolatione præsenti ad futura bona p̃ficiat. Per dominum nostrum.

IN DIE PALMARVM.

COmpleta tertia, & facta aspersione aquę more solito sacerdos procedit indutus pluuiali violaceo, & ministri cum indumentis eiusdem coloris: & ramis in medio ante altare, vel ad cornu Epistolæ positis, à choro cuntatur Aña. H osanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine Dñi. O Rex Israel: Hosanna in excelsis. Deinde dicit sacerdos. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

DEus, quem diligere, & amare iustitia est: ineffabilis gratiæ tuæ in nobis dona multiplica: & qui fecisti nos in morte filij tui sperare quæ credimus: fac nos eodẽ resurgẽte peruenire quo tendimus. Qui tecum. Subscripta lectio legitur ī tono Epistolæ ferialis.

Lectio libri Exodi. cap.

IN diebus illis. Venerũt filij Israel in Elim, vbi erãt duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmæ: & castrametati sũt iuxta aquas. Profectiq; sunt de Elim: & venit oĩs multitudo filiorum Israel in desertum Sin, quod est inter Elim, & Sinai: qntodecimo die mẽsis secundi, postquã egressi sũt de terra Ægypti. Et murmurauit oĩs cõgregatio filiorum Israel cõtra Moysen & Aarõ in solitudine. Dixeruntq; ad eos filij Israel. Vtinam mortui essemus per manum Dñi ī terra Ægypti, quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panẽ in saturitate. Cur induxistis nos in desertũ istud, vt occideretis omnẽ multitudinẽ fame? Dixit aũt Dñs ad Moysẽ. Ecce ego pluam vobis panẽ de cœlo. Egrediatur populus, & colligat quæ sufficiunt per singulos dies: vt tentem eum, vtrũ ambulet in lege mea, an non. Die aũt sexto parent quod inferãt: & sit duplũ quã colligere solebant per singulos dies. Dixerũtq; Moyses & Aaron ad oẽs filios Israel. Vespere scietis q̃ Dñs eduxerit

vos

vos de terra Ægypti: & mane videbitis gloriã eius. Deinde
Joã 11. cãtatur pro Graduali. ℟. Collegerunt põtifices & phariſæi cõcilium, & dixerunt: quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? ſi dimittimus eum ſic, oẽs credent in eũ. Et veniẽt Romani, & tollent noſtrũ locum & gentem. ℣. Vnus autẽ ex illis Caiphas noĩe, cum eſſet pontifex anni illius prophetauit dicẽs. Expedit vobis, vt vn⁹ moriatur homo pro populo, & nõ tota gens pereat. Ab illo ergo die cogitauerunt interficere eum: dicentes. Et venient.
Luc 16 Vel aliud ℟. In monte Oliueti orauit ad patrem, Pater ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte. Spũs quidẽ prõptus eſt, caro aũt infirma, fiat voluntas tua. ℣. Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma: fiat voluntas tua.

Poſtea legitur Euangelium.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthæum.
Luc. 21.

IN illo tpe. Cum appropinquaſſet Ieſus Ieroſolymis, & veniſſet Bethphage ad montẽ Oliueti, tunc miſit duos diſcipulos ſuos, dicens eis. Ite in caſtellum, quod contra vos eſt: & ſtatim inuenietis aſinã alligatam, & pullum cum ea. Soluite, & adducite mihi. Et ſi qs vobis aliquid dixerit: dicite, qa Dñs his opus habet: & confeſtim dimittet eos. Hoc autem totum factum eſt: vt adimpleretur quod dictum eſt per prophetam dicentem. Dicite filiæ Iſa. 62.
Sion. Ecce Rex tuus venit tibi Zach. 9.
manſuetus, ſedens ſuper aſinã & pullum, filium ſubiugalis. Euntes autẽ diſcipuli, fecerunt ſicut præceperat illis Ieſus. Et adduxerunt aſinã, & pullum: & impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua, & eum deſuper ſedére fecerũt. Plurima autem turba ſtrauerunt veſtimẽta ſua in via. Alij autẽ cedebãt ramos de arboribus, & ſternebant in via. Turbæ autẽ quæ præcedebant, & quæ ſequebantur, clamabant, dicentes. Hoſanna filio Dauid, benedictus qui venit in noĩe Dñi. Poſt hæc benedicuntur rami: & tunc dicit ſacerdos. Dñs vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. O rem⁹. Oẽo.

AVge fidem in te ſperãtiũ Deus, & ſupplicum preces clementer exaudi: & veniat ſuper nos multiplex miſericordia tua: bene ✝ dicantur & hi palmites palmarũ, ſeu oliuarũ:

& ſicut in figura Eccleſię multiplicaſti Noe egredientem de arca, & Moyſen exeuntem de Ægypto cum filijs Iſrael: ita nos portantes palmas & ramos oliuarum, bonis actibus occurramus obuiam Chriſto, & per ipſum in gaudium introeamus æternum. Qui tecũ viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus.

























Deum cognoſcunt: & omnis



mi litia cęleſtis exercit⁹ hymnū



factura tua te collaudat: & be-



glorię tuę ꝯcinūt ſine fine dicētes.

Cantatur Sanctus à Choro, vt ſequit.



nedicunt te ſancti tui. Quia

Sanctus, Sanctus, Sanctus

illud magnū vni geni ti tui



dominus Deus Sabaoth. Ple-



nomen coram regibus,& po-



ni sūt cœli & terra glo ri a tua:

teſtatibus huius ſęculi, libera



Hoſanna in excelſis. Benedi-



voce confitētur. Cui aſſiſtunt

ctus qui venit in nomine Do-



Angeli, & Archangeli, Throni,



mini: Hoſanna in excel ſis.

& Dominationes: cumq; omni

Sequitur Dominus vobiſcū.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

O remus. Oratio.

Petimus,

PEtimus, Dñe ſancte, pater omnipotens, ęterne Deus: vt hanc creaturam oliuæ, quã ex ligni materia prodire iuſſiſti, quamq; columba rediens ad arcã proprio pertulit ore: bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare digneris: vt quicũq; ex ea acceperint, accipiant ſibi protectionem animæ & corporis, fiatq́ue, Dñe, noſtræ ſalutis remedium, tuæq́ue gratiæ ſacramentum. Per Chriſtum dñm noſtrum. ℟. Amen. O remus.

DEus, qui diſperſa congregas, & congregata cõſeruas: qui populis obuiam Ieſu ramos portantibus bñdixiſti: bñ ✠ dic ẽt & hos ramos palmæ & oliuæ, quos tui famuli ad honorem nominis tui fideliter ſuſcipiunt: vt in quẽcũq; locum introducti fuerint, tuã benedictionem habitatores loci illiuſ conſequantur: & omni aduerſitate effugata, dextera tua protegat, quos redemit Ieſus Chr̃s filius tuus dñs nr̃. Qui tecũ viuit & regnat in ſæcula ſæculorum. O rem⁹. Oro.

DEus, qui miro diſpoſitionis ordine, ex rebus etiã inſenſibilibus, diſpenſationẽ noſtrę ſalutis oſtẽdere voluiſti: da q̃s: vt deuota tuorum turba fidelium, ſalubriter intelligat, quicquid myſtice deſignatur in facto: quæ hodie cœleſti lumine affiata, redẽptori obuiam, procedens palmarum, atq; oliuarum ramos veſtigijs eius ſubſtrauit. Palmarũ igitur rami de mortis principe triũphos expectãt, ſurculi vero oliuarũ ſpiritalem vnctionẽ adueniſſe quodãmodo clamant. Intellexit enim iã tunc illa hominum beata multitudo præfigurari: quia redẽptor noſter humanis cõdolẽs miſerijs pro totius mundi vita cum mortis principe eſſet pugnaturus, ac moriendo triumphaturus. Et ideo talia obſequens adminiſtrauit, quæ in illo & triũphos victoriæ, & miſericordiæ pinguedinem declararent. Quod nos quoq; plena fide, & factũ & ſignificatum retinentes, te dñe ſancte, pater oẽps, æterne Deus, per eũdem dñm noſtrũ Ieſum Chriſtũ ſuppliciter exoramus, vt in ipſo atq; per ipſum: cuius nos mẽbra fieri voluiſti, de mortis imperio victoriã reportãtes, ipſius glorioſę reſurrectionis participes eſſe mereamur. Qui tec. O remus.

DEus, qui per oliuæ ramũ pacem terris columbam nunciare

nunciare voluisti: præsta q̃s: vt hos oliuæ, cæterarũq; arborũ ramos: cęlesti bene ✠ dictione sanctifices: vt cuncto populo tuo proficiant ad salutem. Per Chr̃m dn̄m nr̄m. Orem⁹.

BEne ✠ dic, q̃s dn̄e, hos palmarũ seu oliuarũ ramos: & præsta, vt, qđ populus tuus in tua veneratione hodierna die corporaliter agit, hoc spiritualiter summa deuotione pficiat, de hoste victoriã reportando, & opus misericordiæ sũmopere diligẽdo. Per Chr̃m. Hic rami aspergũtur aqua benedicta, dicendo antiphonã. Asperges me. sine cantu, & sine psalmo: & incẽsantur oliuæ. Deinde dicit sacerdos Dn̄s vobiscum. O remus. Oratio.

DEus qui filiũ tuũ Iesum Christum dn̄m nr̄m pro salute nostra in hunc mũdum misisti: vt se humiliaret ad nos, & nos reuocaret ad te: cui etiã dum Ierusalẽ veniret, vt adimpleret scripturas, credentiũ populorũ turba, fidelissima deuotione vestimenta sua cũ ramis palmarũ in via sternebãt: pręsta q̃s: vt illi fidei viam pręparemus: de qua, remoto lapide offensionis & petra scandali, frondeãt apud te opera nostra iustitiæ ramis: vt eius vestigia sequi mereamur. Qui te. Postea sacerdos stans ante altare versus ad populum distribuit ramos, primo clericis, deinde laicis: & interim a choro cantantur Antiphonæ.

Pueri Hebræorũ portantes ramos oliuarũ obuiauerũt dn̄o, clamantes, & dicentes: Hosanna in excelsis. Alia Aña.

Pueri Hebræorum vestimẽta prosternebant in via: & clamabant dicentes Hosanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine Domini.

Quæ si non sufficiãt, repetantur quousq; ramorũ distributio finiatur. Deinde dicit Sacerdos. ℣. Dn̄s vobiscũ. ℟. Et cũ spũ tuo. O remus. Oratio.

OMn̄s sempiterne Deus, q̃ dn̄m nostrũ Iesum Christum, super pullũ asinę sedere fecisti: & turbas populorũ vestimenta vel ramos arborũ in via sternere, & hosanna decantare in laudem ipsius docuisti: da q̃s: vt illorum innocentiam imitari possimus, & eorũ meritum consequi mereamur. Per eundem Chr̃m. ℟. Amen. Postea fit processio: & cãtant sequẽtes añæ, vel oẽs, vel aliquę, quousq; durat processio. Aña.

Cum

Cum appropinquaret dñs Ieroſolymã, miſit duos ex diſcipulis ſuis, dicẽs. Ite in caſtellũ, quod eſt cõtra vos: & inuenietis pullum aſinæ alligatum, ſuper quem nullus hominũ ſedit: ſoluite, & adducite mihi. Siquis vos interrogauerit, dici te: opus domino eſt. Soluentes adduxerũt ad Ieſum: & impoſuerunt illi veſtimenta ſua, & ſedit ſuper eũ: alij expandebãt veſtimenta ſua in via: alij ramos de arboribus ſternebant: Et qui ſequebãtur, clamabãt, Hoſanna, benedictus q̃ venit in nomine domini: benedictũ regnum patris noſtri Dauid: Hoſanna in excelſis: miſerere nobis fili Dauid. Alia Antiph. Cum audiſſet populus, quia Ieſus venit Ieroſolimã, accepe runt ramos palmarũ, & exierunt ei obuiam, & clamabant pueri, dicẽtes: Hic eſt qui venturus eſt in ſaluté populi. Hic eſt ſalus noſtra, & redẽptio Iſrael. Quantus eſt iſte, cui throni, & dñationes occurrũt? Noli timere filia Siõ: ecce rex tuus venit tibi, ſedens ſuper pullũ aſinæ, ſicut ſcriptum eſt. Saluc rex fabricator mundi, qui veniſti redimere nos. Alia Aña. Ante ſex dies ſolẽnis paſchæ, q̃ venit dñs in ciuitatem Ieruſalem, occurrerunt ei pueri: & in manibus portabant ramos palmarum: & clamabant voce magna, dicentes. Hoſanna in excelſis: bñdict⁹ qui veniſti in multitudine miſericordię tuę, Hoſanna ĩ excelſis. Alia Aña. Occurrunt turbæ cũ floribus, & palmis redẽptori obuiã: & victori triũphanti digna dant obſequia. Filium Dei ore gentes prædicãt: & in laudẽ Chri voces tonant per nubila: Hoſanna in excelſis. Alia Aña. Cum angelis & pueris, fideles inueniamur, triũphatori mortis clamantes: Hoſanna in excelſis. Alia Antiphona. Turba multa, quæ cõuenerat ad diem feſtũ, clamabat dño: benedictus qui venit in nomine Dñi: Hoſanna in excelſis.

¶ In reuerſione Proceſſionis ad Eccleſiam: duo vel quatuor amplius intrãt, & clauſo oſtio ſtãtes verſa facie ad proceſſionẽ incipiunt ℣. Gloria laus. Et totum decãtant vſq; ad Iſrael es tu rex. Sacerdos vero cum alijs ſtantibus extra eccleſiam, repetit illud idẽ. Deinde ſtantes intus, cantant verſus ſequentes: vel omnes, vel partem: pro diſpoſitione cantorũ. Et ſtantes

extra.

extra, ad quoſlibet duos, verſus reſpondent. Gloria laus. ſicut à principio verſus.

GLoria, laus, & honor, tibi ſit rex Chriſte redẽptor.
Cui puerili decus prõpſit hoſanna pium.
Iſrael es tu rex, & Dauidis inclyta proles.
Nomine qui in domini, rex benedicte, venis. ℟. Gloria laꝰ.
Cętus in excelſis te laudat cęlius omnis.
Ét mortalis homo, cũcta creata ſimul. ℟. Gloria, laus.
Plebs Hebræa tibi cum palmis obuia venit.
Cũ prece, voto, hymnis, adſumus ecce tibi. ℟. Gloria, laus.
Hi tibi paſſuro ſoluebant munia laudis.
Nos tibi regnanti pangimus ecce melos. ℟. Gloria, laus.
Hi placuere tibi, placeat deuotio noſtra.
Rex bone, rex clemens, cui bona cũcta placẽt. ℟. Gloria, laus.
Fecerat Hebræos hos gloria ſanguinis almi.
Nos facit Hebræos trãſitus ecce pius. ℟. Gloria, laus.
Sis pius aſcenſor tu, & nos ſimus aſellus.
Tecum nos capiat vrbs veneranda Dei. ℟. Gloria, laus.
Veſtis apoſtolicę rutilo fulgore tegamur.
Te bene docta, vt ea, noſtra caterua vehat. ℟. Gloria, laus.
Tegmine ſic animæ ſternamꝰ corpora noſtra.
Quo per nos ſemper ſit via tuta tibi. ℟. Gloria, laꝰ, & honor.
Sit pia pro palmæ nobis victoria ramis.
Vt tibi victrici ſorte canamus ita. ℟. Gloria, laus, & honor.

Poſtea intrat proceſſio eccleſiã cantando ℟. Ingrediente Dño in ſanctã ciuitatem, Hebręorũ pueri reſurrectionem vitę prænunciantes, Cũ ramis palmarum Hoſanna clamabant in excelſis. ℣. Cum audiſſet populus q̃ Ieſus veniret Ieroſolymam exierunt obuiam ei. Cũ ramis palmarum: Hoſanna. Et non dicitur Gloria patri, & ſi.

DOMINICA IN PALMIS.

Statio ad S. Iohannem in Laterano. Non dicitur Iudica me Deus. Introitus.

DOmine ne longe facias auxilium tuũ à me, ad defenſionem meã aſpice: libera me de ore leonis, & à cor-

& à cornibus vnicornium humilitatem meam. Psal. Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti: longe à salute mea: verba delictorũ meorũ. Domine ne longe. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus: qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum Saluatorem nostrũ carnem sumere, & crucem subire fecisti: concede propitius: vt & patientiæ ipsius habere documenta, & resurrectionis consortia mereamur. Per eũdẽ. Et hæc oratio tantum dicitur.

Lectio Epistolæ Beati Pauli Apostoli ad Philippenses.

FRatres: Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu. Qui cũ in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinaniuit formã serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsum factus obediens vsq; ad mortem, mortẽ autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum: & donauit illi nomen, quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua cõfiteatur, quia Dñs Iesus Christus in gloria est Dei patris. Gradu. Tenuisti manũ dexterã meã, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria assumpsisti me. ℣. Quàm bonus Israel Deus rectis corde? mei autem penè moti sunt pedes; penè effusi sunt gressus mei, quia zelaui in peccatoribus, pacem peccatorum videns. Tract. Deus Deus meus respice in me: quare me dereliquisti. ℣. Longe à salute mea verba delictorum meorum. ℣. Deus meus clamabo per diem, nec exaudies in nocte, & non ad insipientiam mihi. ℣. Tu autem in sancto habitas, laus Israel. ℣. In te speraverunt patres nostri: speraverunt, & liberasti eos. ℣. Ad te clamauerũt, & salui facti sunt, in te sperauerunt, & non sunt confusi. ℣. Ego autem sum vermis, & non homo: opprobriũ hominum & abiectio plebis. ℣. Omnes qui videbant me, aspernabantur me: locuti sunt labijs, & mouerunt caput. ℣. Sperauit in domino, eripiat eum: saluum faciat eum, quoniã vult eum. ℣. Ipsi verò considerauerunt & cõspexerunt me: diuiserunt sibi vestimẽta mea, & super

& super vestem meam miserũt sorte. ℣. Libera me de ore leonis: & à cornibus vnicornium humilitatẽ meã. ℣. Qui timetis dñm, laudate eũ: vniuersum semen Iacob magnificate eũ. ℣. Annunciabitur dño generatio ventura: & annunciabunt cœli iustitiam eius. ℣. Populo qui nascetur, quem fecit dñs. ¶ Passio Dñi incipitur absolute: non dr̃ Munda cor meum. nõ petit benedictio, nõ deferũtur luminaria, nec incẽsum: non dr̃ Dñs vobiscum, nec respõdetur Gloria tibi dñe, Peruento tñ ad partem illã quę in tono euangelij legitur, dicitur Munda cor meũ. petitur bñdictio, & incẽsat liber. Qđ & in alijs diebꝰ seruatur, qñ legitur Passio. In parasceue aũt nec petit bñdictio, nec incẽsat liber. Passio Dñi nostri Iesu Christi secundùm Matthæum.

IN illo tempore dixit Iesus discipulis suis. ✝ Scitis quia post biduum pascha fiet: & filius hominis tradetur, vt crucifigatur. C Tunc congregati sunt principes sacerdotũ, & seniores populi, in atriũ principis sacerdotũ, qui dicebatur Caiphas: & concilium fecerunt, vt Iesum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autem. S Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. C Cum autẽ esset Iesus in Bethania in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti precioſi, & effudit super caput ipsius recũbentis. Videntes autem discipuli indignati sunt, dicentes. S Vt quid perditio hæc? potuit enim vnguẽtum istud venundari multo, & dari pauperibꝰ. C Sciens autem Iesus, ait illis. ✝ Quid molesti estis huic mulieri? Opus enim bonum operata est in me. Nã semper pauperes habebitis vobiscum: me autem non semper habebitis. Mittens enim hæc vnguẽtum hoc in corpus meum: ad sepeliendum me fecit. Amen dico vobis: vbicunq; prædicatũ fuerit hoc euangeliũ in toto mundo, dicetur, & quod hæc fecit in memoriam eius. C Tunc abijt vnus de duodecim, qui dicit Iudas Iscariotes, ad principes sacerdotum: & ait illis. S Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? C At illi con-

constituerunt ei triginta argēteos. Et exinde q̄rebat opportunitatem vt eum traderet. Prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes. S Vbi vis paremus tibi comedere pascha? C At Iesus dixit. ✠ Ite in ciuitatē ad quēdam: & dicite ei. Magister dicit. Tempus meū prope est: apud te facio pascha cum discipulis meis. C Et fecerunt discipuli, sicut constituit illis Iesus: & parauerunt pascha. Vespere autem facto discūbebat cū duodecim Discipulis suis. Et edētibꝰ illis, dixit. ✠ Amē dico vobis: quia vnus vestrum me traditurus est. C Et contristati valde, cœperunt singuli dicere. S Nūquid ego sum domine? C At ipse respondens, ait. ✠ Qui intingit mecū manum in paropside, hic me tradet. Filius quidem hominis vadit sicut scriptū est de illo. Væ autem homini illi, per quē filius hominis tradetur. Bonū erat ei si natus non fuisset homo ille. C Rñdens autē Iudas qui tradidit eum dixit. S Nunq̄d ego sum rabbi? C Ait illi. ✠ Tu dixisti. C Cœnantibus autem eis, accepit Iesus panē, & benedixit, ac fregit, deditq̄; discipulis suis: & ait. ✠ Accipite, & comedite. Hoc est corpus meum. C Et accipiens calicem, gratias egit: & dedit illis, dicens. ✠ Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur ī remissionem peccatorum. Dico autem vobis: non bibam amodo de hoc genimine vitis, vsq; in diē illum, cum illud bibā vobiscum nouum, in regno patris mei. C Et hymno dicto exierunt in montem Oliueti. Tūc dicit illis Iesus. ✠ Omnes vos scandalum patiemini in me, in ista nocte. Scriptū est enim. Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galileam. C Rñdens autem Petrus, ait illi. S Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. C Ait illi Iesus. ✠ Amen dico tibi: quia in hac nocte, anteq̄ gallus cantet, ter me negabis. C Ait illi Petrus. S Etiam si oportuerit me mori tecum non te negabo. C Similiter & omnes discipuli dixerunt. Tūc venit Iesus cum illis in villā quæ dicitur Gethsemani, & dixit discipulis suis. ✠ Sedete hic

hic donec vadã illuc, & orẽ. ℂ Et assumpto Petro, & duobus filijs Zebedæi, cępit cõtristari, & mæstus esse. Tũc ait illis. ✠ Tristis est aĩa mea vsq; ad mortẽ. Sustinete hic, & vigilate mecũ. ℂ Et progressus pusillũ, procidit in faciẽ suã, orans, & dicens. ✠ Pr̃ mi, si possibile est transeat à me calix iste. Verũtn̄ nõ sicut ego volo, sed sicut tu. ℂ Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormiẽtes: & dicit Petro. ✠ Sic? Non potuisti vna hora vigilare mecũ? Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationẽ, Spũs quidẽ promptus est, caro aũt infirma. ℂ Iterũ secundo abijt, & orauit, dicens. ✠ Pr̃ mi, si nõ põt hic calix trãsire, nisi bibã illũ: fiat voluntas tua. ℂ Et venit iterũ, & inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorũ grauati. Et relictis illis, iterũ abijt & orauit tertio, eundẽ sermonẽ dicens. Tũc venit ad discipulos, & dicit illis. ✠ Dormite iã & requescite: Ecce appropinquauit hora: & filius hoĩs tradetur in manus peccatorũ. Surgite, eamus: ecce appropinquauit q me tradet. ℂ Adhuc eo loquẽte, ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cũ eo turba multa cum gladijs, & fustibus, missi à principibus sacerdotũ & senioribus populi. Qui aũt tradidit eum, dedit illis signũ, dicẽs. S Quẽcũq; osculatus fuero, ipse est, tenete eũ. ℂ Et cõfestim accedẽs ad Iesum dixit. S Aue rabbi. ℂ Et osculatus est eũ. Dixitq; illi Iesus. ✠ Amice, ad qd venisti? ℂ Tũc accesserunt & manus iniecerũt in Iesum: & tenuerunt eũ. Et ecce vnus ex his qui erant cũ Iesu, extendens manũ exemit gladiũ suũ, & percutiens seruũ principis sacerdotũ, amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Iesus. ✠ Conuerte gladium tuũ in locum suum. Oẽs enim qui acceperint gladiũ, gladio peribunt. An putas, quia nõ possum rogare patrẽ meum: & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones angelorũ? Quomodo ergo implebuntur scripturæ? quia sic oportet fieri. ℂ In illa hora dixit Iesus turbis. ✠ Tanquam ad latronem existis cum gladijs & fustibus cõprehẽdere me? Quotidie apud vos sedebam docẽs in templo: & non me tenuistis. ℂ Hoc autem totum factum est, vt adimplerentur scripturę prophetarum. Tunc discipuli omnes,

relicto eo fugerunt. At illi tenentes Iesum, duxerũt ad Caipham principẽ sacerdotũ, vbi scribæ & seniores cõuenerant. Petrus autem sequebatur eum à longe, vsq; in atrium principis sacerdotũ. Et ingressus intro sedebat cũ ministris: vt videret finẽ. Principes autẽ sacerdotum, & omne cõciliũ, quærebant falsum testimoniũ contra Iesum: vt eum morti traderent: & non inuenerunt, cum multi falsi testes accessissent. Nouissime aũt venerunt duo falsi testes: & dixerunt. S Hic dixit. Possum destruere templũ Dei, & post triduũ reædificare illud. C Et surgens princeps sacerdotum, ait illi. S Nihil respondes ad ea, quæ isti aduersum te testificantur? C Iesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi. S Adiuro te per Deum viuũ, vt dicas nobis si tu es Christus filius Dei. C Dicit illi Iesus. ✠ Tu dixisti. Verumtamen dico vobis: amodo videbitis filium hoīs sedentẽ à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli. C Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens. S Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiã. Quid vobis videtur? C At illi rñdentes dixerunt. S Reus est mortis. C Tunc expuerunt in faciem eius: & colaphis eum ceciderunt. Alij autem palmas in faciem eius dederunt, dicentes. S Prophetiza nobis Christe: quis est qui te percussit. C Petrus vero sedebat foris, in atrio. Et accessit ad eum vna ancilla, dicens. S Et tu cum Iesu Galilęo eras. C At ille negauit corã omnibus dicens. S Nescio quid dicis. C Exeunte autem illo ianuam, vidit eum alia ancilla: & ait his qui erant ibi. S Et hic erat cũ Iesu Nazareno. C Et iterum negauit cum iuramento, quia non noui hominem. Et post pusillum accesserunt qui stabant: & dixerunt Petro. S Vere & tu ex illis es: nam & loquela tua manifestũ te facit. C Tũc cœpit detestari & iurare: quia non nouisset hominẽ. Et continuo gallus cantauit. Et recordatus est Petrus verbi Iesu, qđ dixerat: Priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amare. Mane autem facto consilium inierunt omnes principes sacerdotum & seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderẽt. ca. 27.

Et

Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præsidi. Tunc videṡ Iudas qui tradidit eum, quod damnatus esset: pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum & senioribus, dicens. S Peccaui, tradens sanguinem iustum. C At illi dixerunt. S Quid ad nos? Tu videris. C Et proiectis argenteis in templo, recessit: & abiens laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum acceptis argenteis, dixerunt, S Non licet eos mittere in corbonam: quia pretium sanguinis est. C Consilio autem inito emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille, Haceldama, hoc est, ager sanguinis, vsq; in hodiernum diem. Tunc impletum est quod dictum est per Ieremiam prophetam, dicentem. Et acceperunt triginta argenteos preciũ appretiati, quem appretiauerunt à filijs Israel: & dederunt eos in agrum figuli, sicut cõstituit mihi dñs. Iesus autem stetit ante præsidem. Et interrogauit eum Præses, dicẽs. S Tu es rex Iudæorum? C Dicit ei Iesus. ✠ Tu dicis. C Et cum accusaretur à principibus Sacerdotũ & Senioribus, nihil respondit. Tũc dicit illi Pilatus. S Non audis quãta aduersum te dicunt testimonia? C Et nõ rñdit ei ad vllum verbum: ita vt miraretur præses vehementer. Per diem autẽ solennẽ consueuerat præses dimittere populo vnũ vinctũ, quẽ voluissent. Habebat aũt tũc vinctum insignẽ, q̃ dicebaṫ Barabbas. Congregatis autem illis, dixit Pilatus. S Quẽ vultis dimittã vobis: Barabbã, an Iesum qui dr̃ Christus? C Sciebat enim q̃ per inuidiam tradidissent eum. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad illum vxor eius, dicens. S Nihil tibi & iusto illi: multa enim passa sum per visum hodie propter eum. C Principes autem sacerdotũ & seniores persuaserunt populis, vt peterent Barabbam, Iesum vero perderent. Respõdẽs autẽ præses, ait illis. S Quem vultis vobis de duobus dimitti? C At illi dixerunt. S Barabbam. C Dicit illis Pilatus. S Quid igitur faciam de Iesu, qui dicitur Christus? C Dicunt omnes. S Crucifigatur. C Ait illis præses. S Quid enim mali fe-

cit? C At illi magis clamabant dicentes. S Crucifigatur. C Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: accepta aqua lauit manus coram populo, dicens. S Innocens ego sum à sanguine iusti huius. Vos videritis. C Et respondens vniuersus populus, dixit. S Sanguis eius super nos, & super filios nostros. C Tunc dimisit illis Barabbam: Iesum autem flagellatum tradidit eis vt crucifigeretur. Tũc milites præsidis suscipientes Iesum in prætorio, congregauerunt ad eum vniuersam cohortem. Et exuentes eum, clamydẽ coccineam circundederunt ei. Et plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius: & arundinẽ in dextera eius. Et genu flexo ante eũ, illudebant ei, dicentes. S Aue rex Iudæorum. C Et expuentes in eũ, acceperunt arundinẽ, & percutiebãt caput eius. Et postq̃ illuserunt ei, exuerunt eũ clamydẽ: & induerũt eũ vestimẽtis eius, & duxerunt eũ: vt crucifigerent. Euntes autem, inuenerunt hominẽ Cirenæum, nomine Simonẽ. Hunc angariauerunt, vt tolleret Crucẽ eius. Et venerunt in locum, qui dr Golgotha: quod est Caluariæ locus. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mistũ. Et cũ gustasset, noluit bibere. Postquã autẽ crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius, sortẽ mittentes: vt adimpleret qd dictũ est per prophetã dicentẽ. Diuiserunt sibi vestimenta mea: & super vestẽ meã miserunt sortẽ. Et sedentes seruabant eum. Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptã. Hic est Iesus rex Iudæorum. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones: vnus à dextris, & vnus à sinistris. Prætereuntes autem blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes. S Vah qui destruis tẽplum Dei, & ĩ triduo reædificas illud: salua temetipsum: si filius Dei es, descende de cruce. C Similiter & principes Sacerdotum illudentes cum Scribis, & senioribus, dicebant. S Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Si rex Israel est, descendat nunc de Cruce, & credimus ei. Cõfidit in Deo: liberet eum nunc si vult: dixit enim, Quia filius Dei sum. C Idipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. A sexta autem

Ps 21.

hora,

ora, tenebræ factæ sunt super vniuersam terrā vsq; ad horā nonam. Et circa horā nonā clamauit Iesus voce magna dicens. ✠Eli, Eli, lamasabacthani? CHoc est.. ✠Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? CQuidam autē illic stantes & audientes, dicebant. SEliam vocat iste. CEt cōtinuo currens vnus ex eis acceptam spōgiā impleuit aceto: & imposuit arūdini, & dabat ei bibere. Cæteri vero dicebāt. SSine, videamus an veniat Elias liberās eum. CIesus autē iterū clamās voce magna, emisit spiritum.

Hic paulsatur aliquantulum, & genuflectitur.

Et ecce velū templi scissum est in duas partes, à summo vsq; deorsū. Et terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumēta aperta sunt: & multa corpora sctōrū q dormierāt, surrexerūt. Et exeuntes de monumētis post resurrectionē eius, venerunt in sanctā ciuitatē: & apparuerūt multis. Cēturio aūt, & qui cum eo erant custodientes Iesū, viso terrę motu & his quæ fiebant, timuerunt valde dicentes. SVere filius Dei erat iste. Erant autem ibi mulieres multæ à longe, quæ secutæ erant Iesum à Galilęa, ministrātes ei: inter quas erat Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi, & Ioseph mater: & mater filiorū Zebedæi. Cū sero autē factū esset, venit qdā homo diues ab Arimathæa, nomine Ioseph: q & ipse discipul⁹ erat Iesu. Hic accessit ad Pilatū, & petijt corpus Iesu. Tūc Pilatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore, Ioseph inuoluit illud in sindone mūda: & posuit illud in monumento suo nouo: qđ excidę rat in petra. Et aduoluit saxum magnum ad ostiū monumēti, & abijt. Erat autem ibi Maria Magdalenæ, & altera Maria sedentes contra sepulcrum.

¶ Hic daf bñdictio, & defert incēsum sine luminaribus, nō tñ dr Dñs vobiscū. & cantatur in tono euangelij. Quæ oīa in alijs passionibus seruantur.

ALtera autē die, q̄ est post parasceuem, cōuenerunt principes sacerdotū, & Pharisæi ad Pilatū, dicentes: Dñe, recordati sumus, qa seductor ille dixit adhuc viuens, Post tres dies resurgā. Iube ergo custodiri sepulcrum vsque in diem tertium: ne forte veniant discipuli eius, & furentur eū: & dicant plebi, Surrexit à mortuis. Et

Et erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pilatus. Habetis custodia m: ite, custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes, munierunt sepulcrum: signantes lapidem, cum custodibus.

Et dicitur Credo. Offertoriū.

Improperium expectauit cor meum, & miseriā: & sustinui qui simul mecum contristaretur, & non fuit: consolantem me q̄siui, & nō inueni: & dederūt in escā meā fel, & ī siti mea potauerunt me aceto. Secre.

COncede, quęsumus domine: vt oculis tuæ maiestatis munus oblatum, & gratiā nobis deuotionis obtineat, & effectum beatæ perennitatis acquirat. Per dominum nr̄m.

Matt. 26. Commu. Pater, si non potest, hic calix trāsire, nisi bibā illū: fiat volūtas tua. Postcommu.

PEr huius domine operatio nē misterij: & vitia nostra purgentur, & iusta desideria compleantur. Per dominum.

FERIA SECVNDA Maioris hebdomadæ.

Statio ad sanctā Praxedē. Non dr̄ Iudica me Deus. Introitus. fo. 34.

IVdica dñe nocentes me: expugna impugnantes me: apprehende arma, & scutū, & exurge in adiutorium meum, dñe virtus salutis meę. ps. Effunde frameam, & conclude aduersus eos qui persequuntur me: dic aię meę, salus tua ego sum. Iudica dñe nocentes me. Oro.

DA, quæsumus omnipotens Deus: vt, qui in tot aduersis ex nostra infirmitate deficimus: intercedente vnigeniti filij tui passione respiremus. Per eundem do. Deinde Ecclesiæ. vel Deus omniū. 68.

Lectio Isaiæ prophetæ. cap. 1

IN diebus illis. Dixit Isaias. Dñs Deus aperuit mihi aurem: ego autem non contradico, retrorsum nō abij, Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Faciē meam non auerti ab increpātibus, & consuentibus. Dñs Deus auxiliator meus, & ideo non sum confusus: ideo posui faciem meam vt petram durissimam: & scio q̄m non cōfundar. Iuxta est qui iustificat me: quis cōtradicet mihi? Stemus simul: qs est aduersarius meus? Accedat ad me. Ecce dominus Deus, auxiliator meus: quis est qui condemnet me? Ecce, omnes quasi vestimentum conterētur, tinea comedet eos. Quis ex vobis timens Deum, audiēs

vocem

vocem ſerui ſui? Qui ambulauit in tenebris, & nõ eſt lumẽ ei? Speret in nomine Domini, & innitatur ſuper dñm Deum ſuum. Gradu. Exurge dñe, & intẽde iudicio meo Deus me⁹, & dominus meus in cauſam meam. ℣. Effunde frameã, & cõclude aduerſus eos qui me perſequuntur. Tractus.

Domine non ſecundum peccata noſtra, quæ fecimus nos: neq; ſecundũ iniquitates noſtra retribuas nobis. ℣. Domine, ne memineris iniquitatũ noſtrarum antiquarũ: cito anticipent nos miſericordię tuę, quia pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter, & propter gloriã nominis tui dñe libera nos: & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundùm Iohannem.

ANte ſex dies Paſchę venit Ieſus Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus, quẽ ſuſcitauit Ieſus. Fecerunt autem ei cœnam ibi: & Martha miniſtrabat. Lazarus vero vnus erat ex diſcumbentibus cũ eo. Maria ergo accepit libram vnguẽti nardi piſtici pretioſi: & vnxit pedes Ieſu, & exterſit capillis ſuis pedes eius: & domus ĩpleta eſt ex odore vnguẽti. Dixit ergo vnus ex diſcipulis ei⁹ Iudas Iſcariotes, qui erat eum traditurus. Quare hoc vnguentum non venijt trecentis denarijs, & datum eſt egenis? Dixit autem hoc, nõ quia de egenis pertinebat ad eũ: ſed quia fur erat, & loculos habens, ea quę mittebãtur portabat. Dixit ergo Ieſus. Sine illam, vt in diem ſepulturæ meæ ſeruet illud. Pauperes enim ſemper habebitis vobiſcum: me autem nõ ſemper habebitis. Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, quia illic eſſet: & venerunt, non propter Ieſum tantum, ſed vt Lazarum viderent, quem ſuſcitauit a mortuis. Offertorium.

Eripe me inimicis meis domine: ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam: quia Deus meus es tu. Secreta.

HÆc ſacrificia nos omnipotens Deus potenti virtute mundatos, ad ſuũ faciant puriores venire principium. Per dominum noſtrũ. Deinde Protege. vel Oblatis. folio 68.

Commu. Erubeſcant, & reuereantur ſimul, qui gratulantur malis meis: induantur pudore & reuerentia, qui maligna lo-

quunt aduersum me. Postcõ.

PRæbeãt nobis dñe diuinũ tua sancta feruorem: quo eorum pariter & actu delectemur, & fructu. Per dominum. Deinde Quæsumus dñe. vel Hæc nos. folio 69. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

ADiuua nos Deꝰ salutaris noster: & ad beneficia recolenda, quibus nos instaurare dignatus es: tribue venire gaudentes. Per dominum no.

FERIA TERTIA.

Statio ad sanctã Priscam. Nõ dicitur Iudica me. Introitus. Gal. 6.

NOs aũt gliari oportet in cruce dñi nostri Iesu Christi: in quo est salus, vita, & resurrectio nostra, per quẽ saluati, & liberati sumus. Psal. 66. Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. Nos autẽ. Oro.

OMnipotens sempiterne Deus: da nobis ita Dominicæ passionis sacramenta peragere: vt indulgẽtiam percipere mereamur. Per eundem dominum nostrum Iesum. Deinde Ecclesiæ tuæ. vel Deus omnium fide. folio 68.

Lectio Ieremiæ prophetæ.

IN diebus illis: Dixit Ieremias. Dñe demonstrasti mihi, & cognoui: tu ostendisti mihi studia eorum. Et ego quasi agnus mansuetus, qui portat ad victimam: & non cognoui, qa cogitauerũt sup me cõsilia, dicentes. Venite, mittamus lignũ in panẽ eius, & eradamus eũ de terra viuentiũ, & nomen eius nõ memoretur amplius. Tu aũt dñe Sabaoth, qui iudicas iuste, & probas renes & corda, videam vltionẽ tuã ex eis: tibi enim reuelaui causam meam: domine Deus meus. Gradua. Ego aũt dum mihi molesti essent, induebãm cilicio, & humiliabã in ieiunio aiam meã, & oratio mea in sinu meo conuertetur. ℣. Iudica dñe nocentes me, expugna impugnantes me: apprehende arma, & scutũ, & exurge ĩ adiutoriũ mihi.

Passio Domini nri Iesu Christi secundùm Marcum.

IN illo tpe. Erat pascha & azima post biduũ: & quærebãt summi sacerdotes, & scribæ quomodo Iesum dolo tenérent & occi-

occiderent Dicebant autem. S Non in die festo: ne forte tumultus fieret in populo. C Et cũ esset Iesus Bethaniæ in domo Simonis leprosi,& recumberet:venit mulier habens alabastrum vnguenti nardi spicati pretiosi:& facto alabastro effudit super caput eius. Erant autem quidem indigne ferentes intra semetipsos, & dicentes. S Vt quid perditio ista vnguenti facta est? Poterat enim vnguentum istud venundari plusquam trecentis denarijs, & dari pauperibus. C Et fremebant in eam. Iesus autem dixit. ✠ Sinite eã. Quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me. Semper enim pauperes habebitis vobiscum: & cum volueritis, potestis illis benefacere: me autem non semp habebitis. Quod habuit hæc, fecit: præuenit vngere corpus meũ in sepulturã. Amen dico vobis: vbicunq; prædicatũ fuerit euangelrũ istud in vniuerso mundo,& quod hæc fecit, narrabitur in memoriã eius. C Et Iudas Iscariotes vnus de duodecim abijt ad summos sacerdotes, vt proderet eũ illis. Qui audientes gauisi sunt:& promiserunt ei pecuniam se daturos. Et quærebat quomodo illum opportune traderet. Et prima die azymorum quando pascha immolabant: dicunt ei discipuli. S Quo vis eamus, & paremus tibi vt manduces pascha? C Et mittit duos ex discipulis suis:& dicit eis. ✠ Ite in ciuitatẽ: & occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans; sequimini eum: & quocunq; introierit, dicite domino domus, quia magister dicit. Vbi est refectio mea, vbi pascha cũ discipulis meis manducem? Et ipse vobis demõstrabit cœnaculum grande stratum: & illic parate nobis. C Et abierunt discipuli eius, & venerunt in ciuitatem:& inuenerũt sicut dixerat illis: & parauerunt pascha. Vespere autem facto venit cum duodecim. Et discumbentibus eis: & manducantibus, ait Iesus. ✠ Amen dico vobis tradet me, quia vnus ex vobis tradet me, q manducat mecũ. C At illi cœperũt cõtristari, & dicere ei singillatim. S Nunqd ego? C Qu ait illis. ✠ Vnus ex duodecim q intingit mecum manum in catino. Et quidem filius hominis vadit, sicut scriptum est de eo. Væ autem homini illi, per quem

filius

filius hominis tradetur. Bonū erat ei, si nō esset natus homo ille. ℂ Et manducātibus illis, accepit Iesus panem: & benedicēs fregit, & dedit eis, & ait. ✠ Sumite: hoc est corpꝰ meū. ℂ Et accepto calice, gratias agēs dedit eis. Et biberūt ex illo omnes. Et ait illis. ✠ Hic est sanguis meus noui testamēti, qui pro multis effundet. Amē dico vobis: q̄ iam non bibam de genimine vitis, vsq; in diē illum, cum illud bibam nouū in regno Dei. ℂ Et hymno dicto: exierunt in montem Oliuarū. Et ait illis Iesus. ✠ Omnes scandalizabimini in me in nocte ista, quia scriptum est. Percutiam pastorem, & dispergentur oues. Sed postquā resurrexero, præcedam vos in Galilæam. ℂ Petrus autem ait illi. ℣ Et si omnes scandalizati fuerint, sed non ego. ℂ Et ait illi Iesus. ✠ Amē dico tibi, quia tu hodie in nocte hac, prius quam gallus bis vocem dederit, ter me es negaturus. ℂ At ille amplius loquebatur. ℣ Et si oportuerit me simul cōmori tibi, nō te negabo. ℂ Similiter autem & oēs dicebant. Et veniunt in prædiū, cui nomen Gethsemani: & ait discipulis suis. ✠ Sedete hic donec orē. ℂ Et assumit Petrū & Iacobū, & Iohannem secum, & cœpit pauere & tędere. Et ait illis. ✠ Tristis est anima mea vsq; ad mortem, Sustinete hic, & vigilate. ℂ Et cū processisset paululum: procidit super terrā: & orabat, vt si fieri posset, transiret ab eo hora: & dixit. ✠ Abba pater, omnia tibi possibilia sunt, transfer calicem hunc à me. Sed nō quod ego volo: sed quod tu. ℂ Et venit, & inuenit eos dormiētes. Et ait Petro. ✠ Simon dormis? Non potuisti vna hora vigilare mecum? Vigilate, & orate, vt non intretis intentationem. Spiritus quidē promptus est caro autem infirma. ℂ Et iterum abiēs orauit, eundem sermonem dicens. Et reuersus, denuo inuenit eos dormientes (erāt enim oculi eorum grauati) & ignorabant quid responderent ei. Et venit tertio: & ait illis. ✠ Dormite iam, & requiescite. Sufficit. Venit hora. Ecce tradetur filius hominis in manus peccatorū. Surgite, eamus, ecce, q̄ me tradet, prope est. ℂ Et adhuc eo loquente, venit Iudas Iscariotes vnus de duodecim, & cum illo turba multa cū gladijs & lignis,

lignis, missi à summis sacerdotibus, & scribis, & senioribus. Dederat aũt traditor eis signũ, dicens. S Quemcunq; osculatus fuero, ipse est: tenete eũ, & ducite caute. C Et cũ venisset, statim accedens ad eum, ait. S Rabbi. C Et osculatus est eũ. At illi manus iniecerunt in Iesum, & tenuerũt eum. Vnus autem de circunstantibus educẽs gladium, percussit seruũ summi sacerdotis: & amputauit illi auriculam. Et respondens Iesus, ait illis. ✠ Tãquam ad latronem existis cum gladijs & lignis cõprehendere me. Quotidie apud vos eram in tẽplo docens, & nõ me tenuistis. Sed vt impleant scripturæ. C Tũc discipuli eius relinquẽtes eũ, omnes fugerunt. Adolescens autem quidã sequebatur eum amictus sindone super nudo: & tenuerunt eũ. At ille relicta sindone, nudus pfugit ab eis. Et adduxerunt Iesum ad summum sacerdotem, & conuenerunt omnes sacerdotes: & scribæ, & seniores. Petrus autem à longe secutus est eũ, vsq; intro in atrium summi sacerdotis, & sedebat cũ ministris, & calefaciebat se ad ignem. Summi vero sacerdotes & omne concilium, quærebant aduersus Iesum testimonium, vt eũ morti traderẽt: nec inueniebant. Multi enim testimoniũ falsum dicebant aduersus eum: & cõuenientia testimonia nõ erat. Et quidem surgentes, falsum testimonium ferebant aduersus eum, dicentes. S Qm̃ nos audiuimus eum dicentẽ. Ego dissoluam tẽplum hoc manufactũ: & post triduum, aliud nõ manufactum ædificabo. C Et nõ erat conueniens testimonium illorum. Exurgẽs aũt summus sacerdos in medium, interrogauit Iesum, dicens. S Non respondens quicquam ad ea, q̃ tibi obijciuntur ab his? C Ille autem tacebat, & nihil respondit. Rursum summus sacerdos interrogabat eũ: & dixit ei. S Tu es Christus filius Dei benedicti? C Iesus autem dixit illi. ✠ Ego sũ. Et videbitis filiũ hominis sedẽtem à dextris virtutis Dei, & venientem cũ nubibus cœli. C Summus autem sacerdos scindens vestimenta sua, ait. S Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? C Qui omnes condemnauerunt eum esse reum mortis. Et cœperunt quidam conspuere eum, & velare

& velare faciē eius, & colaphis eū cædere, & dicere ei. S Prophetiza. C Et ministri alapis eum cædebāt. Et cum esset Petrus in atrio deorsum, venit vna ex ancillis summi sacerdotis: & cum vidisset Petrū calefacientem se, aspiciēs illum ait. S Et tu cū Iesu Nazareno eras. C At ille negauit, dicēs. S Neque scio, neq; noui qd dicas. C Et exijt foras ante atrium: & gallus cantauit. Rursus aūt cū vidisset illum alia ancilla, cœpit dicere circunstantibus: qa hic ex illis est. At ille iterū negauit. Et post pusillū rursus q astabant, dicebat Petro. S Vere ex illis es: nam & Galilæus es. C Ille autē cœpit anathematizare, & iurare: qa nescio hominē istū quē dicitis. Et statim iterū gallus cantauit. Et recordatus est Petrus verbi, qđ dixerat ei Iesus. Priusquam gallus cantet bis, ter me negabis. Et cœpit flere. Et confestim, mane consiliū facientes summi sacerdotes cū senioribus & scribis & vniuerso cōcilio, vinciētes Iesum, duxerūt & tradiderūt Pilato. Et interrogauit eum Pilatus. S Tu es rex Iudæorū? C At ille respondens, ait illi. S Tu dicis. C Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. Pilatus autē rursum interrogauit eum, dicens. S Non respondens qcquā? Vide in quātis te accusant. C Iesus aūt amplius nihil respondit: ita vt miraretur Pilatus. Per diem autē festum solebat illis dimittere vnum ex vinctis, quemcunq; petijssent. Erat autē qui dicebatur Barabbas, qui cū seditiosis erat vinctus, qui in seditione fecerat homicidium. Et cū ascendisset turba, cœpit rogare, sicut semper faciebat illis. Pilatus autem respondit eis, & dixit. S Vultis dimittam vobis regem Iudæorum? C Sciebat enim q per inuidiā tradidissent eum summi sacerdotes. Pontifices autem concitauerūt turbam, vt magis Barabbam dimitteret eis. Pilatus autem iterum respondens, ait illis. S Quid ergo vultis faciam regi Iudæorum? C At illi iterum clamauerunt. S Crucifige eum. C Pilatus vero dicebat eis: S Quid enim mali fecit? C At illi magis clamabant. S Crucifige eum. C Pilatus autem volens populo satisfacere, dimisit illis Barabbā: & tradidit Iesum flagellis cęsum, vt crucifigeretur. Milites

lites aũt duxerunt eũ intro in atriũ prætorij, & cõuocãt totã cohortẽ: & induũt eũ purpurã, & imponunt ei plectentes spineã coronã. Et cœperunt salutare eũ: Aue rex Iudæorum. Et percutiebant caput eius arundine: & cõspuebãt eũ, & ponẽtes genua, adorabãt eũ. Et postquam illuserunt ei, exuerunt illũ purpura: & induerũt eũ vestimentis suis: & educunt illũ vt crucifigerẽt eũ. Et angariauerunt prætereuntẽ quẽpiã Simonẽ Cirenęum venientẽ de villa, patrem Alexãdri, & Ruffi, vt tolleret crucem eius. Et perducũt eum in Golgotha locũ: quod est interpretatum, Caluariæ locus: Et dabant ei bibere mirrhatum vinum: & nõ accepit. Et crucifigentes eum diuiserunt vestimenta eius, mittentes sortẽ super eis, quis qd tolleret. Erat aũt hora tertia: & crucifixerunt eum. Et erat titulus causæ eius inscriptus, Rex Iudæorum. Et cum eo crucifixerũt duos latrones: vnũ à dextris, & alium à sinistris. Et impleta est scriptura, quæ dicit. Et cum iniquis reputatus est. Et prætereuntes blasphemabant eũ, mouentes capita sua, & dicẽtes. S Vah, qui destruis tẽplum Dei, & in tribus diebꝰ reædificas: saluũ fac temetipsum descendens de cruce. C Similiter & summi sacerdotes illudentes, ad alterutrum cum scribis dicebãt. S Alios saluos fecit, seipsum nõ potest saluũ facere. Christus rex Israel descendat nũc de cruce: vt videamus, & credamus. C Et qui cũ eo crucifixi erant, conuiciabãtur ei. Et facta hora sexta, tenebræ factæ sunt super totã terram, vsq; in horam nonam. Et hora nona exclamauit Iesus voce magna, dicens. ✱ Eloi Eloi: lamasabactani? C Quod est interpretatum. ✱ Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? C Et quidam de circunstantibus audientes dicebant. S Ecce, Eliam vocat. C Currẽs autẽ vnus, & implens spongiã aceto, circumponẽsq; calamo, potũ dabat ei dicens. S Sinite: videamus si veniat Elias ad deponendũ eum. C Iesus aũt emissa voce magna expirauit.

Hic pausatur aliquantulum, & genuflectitur.

Et velũ templi scissum est in duo, à summo vsq; deorsum. Videns autem Cẽturio qui ex aduersa stabat, quia sic clamans expirasset, ait. S Vere hic

hic homo filius Dei erat. CErant autem & mulieres de longe aſpicientes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & Ioſeph mr, & Salome, & cũ eſſet ī Galilęa, ſequebãtur eũ, & miniſtrabãt ei: & aliæ multæ, quæ ſimul cũ eo aſcenderant Ieroſolymam. Hic cantatur in tono euangelij, & alia fiunt vt ſupra.

ET cum iam ſero eſſet factũ (quia erat Paraſceue, quod eſt ante ſabbathum) venit Ioſeph ab Arimathęa nobilis decurio, qui & ipſe erat expectãs regnũ Dei. Et audacter introiuit ad Pilatũ, & petijt corpus Ieſu. Pilatus autem mirabatur, ſi iam obijſſet. Et accerſito Cẽturione, interrogauit eum ſi iã mortuus eſſet. Et cum cognouiſſet à Centurione: donauit corpus Ioſeph. Ioſeph autem mercatus eſt ſindonẽ, & deponẽs eum inuoluit ſindone, & poſuit eum in monumẽto, qđ excisũ erat de petra, & aduoluit lapidem ad oſtium monu-
Ps 139. menti. Offer. CUſtodi me Dñe de manu peccatoris: & ab hõibus iniquis eripe me. Secreta.

SAcrificia nos, quæſumus domine, propenſius iſta reſtaurent, quæ medicinalibus ſunt inſtituta ieiunijs. Per do. Deinde Protege. vel Oblatis. 68. Cõm. Aduerſum me exercebantur, qui ſedebant in porta, & in me pſallebant qui bibebant vinũ: ego vero orationem meã ad te dñe, tẽpus bene placiti Deus: in multitudine miæ tuæ exaudi me. Poſtc.

SAnctificationibus tuis, oĩpotens Deus, & vitia noſtra curẽtur, & remedia nobis ſempiterna ꝓueniant. Per. Deinde Quæſumus, vel Hæc nos. 69. Sup populũ Oremus. Humiliate capita veſtra Deo. Oro.

TVa nos miſericordia De', & ab oĩ ſurreptione vetuſtatis expurget, & capaces ſanctæ nouitatatis efficiat. Per do.

FERIA QVARTA.

Statio ad ſanctam Mariam maiorem. Non dicitur Iudica me. Introitus.

IN nomine Ieſu oẽ genu flectatur, cę leſtiũ, terreſtriũ, & infernorũ: quia dominus factus eſt obediens, vſque ad mortem, mortem autẽ crucis: ideo dñs Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris. ꝑs. Domine exaudi orationẽ meã: & clamor meus ad te veniat. In nomine. poſt Kyrie eleiſ. dicitur

dicitur O remus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

PRæsta q̃sumus oꝑs Deus: vt qui pro nostris excessibus incessanter affligimur, per vnigeniti tui passionem liberemur. Qui tecum viuit, & reg.

Lectio Isaiæ prophetæ.

HÆc dicit dñs Deus, Dicite filiæ Siõ. Ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cũ eo. Quis est iste qui venit de Edon, tinctis vestibus de Bosra? Iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ. Ego qui loquor iustitiã, & propugnator sum ad saluandum. Quare ergo rubrũ est indumentũ tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum. Calcaui eos in furore meo: & conculcaui eos in ira mea. Et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & oĩa indumenta mea inquinaui. Dies enim vltionis in corde meo: annus retributionis meę venit. Circunspexi, & non erat auxiliator: quæsiui, & non fuit qui adiuuaret. Et saluauit mihi brachium meũ: & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi. Et conculcaui populos in furore meo: & inebriaui eos ĩ indignatione mea, & detraxi in terrã virtutem eorũ. Miserationum dñi recordabor: laudem dñi super oĩbùs quæ reddidit nobis dñs Deus noster. Grad. Ne auertas faciẽ tuam à puero tuo, qm̃ tribulor: velociter exaudi me. ℣. Saluum me fac Deus, qm̃ intrauerunt aquæ vsq; ad animam meam: infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Hic dicitur Dominus vobiscum. sine Flectamus genua. Oratio. Ps 68.

DEus, qui pro nobis filiũ tuũ Crucis patibulũ subire voluisti, vt inimici à nobis expelleres potestatem: concede nobis famulis tuis: vt resurrectionis gratiam cõsequamur. Per eund. Deinde Ecclesiæ tuæ. vel Deus oĩum. fo. 68.

Lectio Isaiæ prophetæ. ca. 53.

IN diebus illis. Dixit Isaias. Dñe, quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est? Et ascendet sicut virgultum coram eo: & sicut radix de terra sitiẽti. Nõ est species ei, neq; decor. Et vidimus eum, & non erat aspectus, & desideraui mus eũ despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum, & sciẽtem

tem

tem infirmitatem. Et quasi absconditus vultus eius, & despectus: vnde nec reputauimus eum. Vere languores nostros ipse tulit: & dolores nostros ipse portauit. Et nos putauimus eũ quasi leprosum, & percussũ à Deo, & humiliatũ. Ipse autẽ vulneratus est pp scelera nostra. Disciplina pacis nr̃æ sup eũ: & liuore eius sanati sumus. Oẽs nos quasi oues errauimus, vnusquisq; in viã suã declinauit: & posuit dñs in eo iniquitatẽ oĩum nr̃m. Oblatus est, qa ipse voluit, & non aperuit os suũ. Sicut ouis ad occisionẽ ducetur: & quasi agnus corã tondente se obmutescet: & nõ aperiet os suum. De angustia & de iudicio sublatus est. Generationẽ eius qs enarrabit? Quia abscissus est de terra viuẽtiũ. Propter scelus populi mei percussi eũ. Et dabit impios pro sepultura, & diuites p morte sua: eo q iniquitatẽ nõ fecerit, nec dolus inuẽtus fuerit ĩ ore eius. Et dñs voluit cõterere eũ in infirmitate. Si posuerit pro peccato aĩam suã videbit semen longæuum, & voluntas dñi in manu eius dirigẽt. Pro eo q laborauit aĩa eius, videbit, & saturabitur. In sciẽtia sua iustificabit ipse iustus seruus me⁹ multos, & iniquitates eorum ipse portabit. Ideo dispertiã ei plurimos, & fortiũ diuidet spolia, pro eo q tradidit in mortẽ animam suã, & cũ sceleratis reputatus est. Et ipse pctã multorũ tulit: & pro transgressoribus rogauit. Trac. Dñe exaudi orationẽ meã, & clamor meus ad te veniat. ℣. Ne auertas faciẽ tuam à me in quacũq; die tribulor, inclina ad me aurẽ tuã. ℣. In quacunq; die inuocauero te, velociter exaudi me. ℣. Quia defecerunt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut in frixorio confrixa sunt. ℣. Percussus sum sicut fœnũ, & aruit cor meũ, q̃ oblit⁹ sum mãducare panẽ meum. ℣. Tu exurgens dñe misereberis Siõ: quia venit tempus miserendi eius.

Ps 101.

Passio Domini nr̃i Iesu Christi secundùm Lucam.

cap. 22.

IN illo tempore: Appropinquabat dies festus azymorũ, qui dr̃ pascha: & quærebant principes sacerdotum & scribæ, quomodo Iesum interficerẽt: timebãt vero plebem. Intrauit autẽ Satanas in Iudam, qui cognominabatur

nabatur Iscariotes, vnũ de duodecim: & abijt, & locutus est cũ principibus sacerdotum & magistratibus, quemadmodũ illũ traderet eis. Et gauisi sunt: & pacti sunt peccuniã illi dare. Et spopondit. Et q̃rebat opportunitatẽ, vt traderet illũ sine turbis. Venit autẽ dies azymorũ, in qua necesse erat occidi pascha. Et misit Petrum & Iohannem, dicens. ✠ Euntes parate nobis pascha, vt mãducemus. ℂ At illi dixerũt. ℣ Vbi vis paremus? ℂ Et dixit ad eos. ✠ Ecce introeũtibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo amphoram aquæ portans: sequimini eum in domũ, in quam intrat, & dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magister: Vbi est diuersoriũ, vbi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse vobis ostendet cœnaculũ magnũ stratũ: & ibi parate. ℂ Euntes autẽ inuenerunt sicut dixit illis Iesus: & parauerunt pascha. Et cum facta esset hora discubuit, & duodecim apostoli cum eo, & ait illis. ✠ Desiderio desideraui hoc pascha mãducare vobiscũ, antequã patiar. Dico enim vobis: quia ex hoc nõ mãducabo illud, donec impleatur in regno Dei. ℂ Et accepto calice, egit, & dixit. ✠ Accipite, & diuidite inter vos. Dico enim vobis, q̃ non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat. ℂ Et accepto pane, gratias egit, & fregit: & dedit eis, dicẽs. ✠ Hoc est corpus meũ, quod pro vobis datur. Hoc facite in meam commemorationem. ℂ Similiter & calicem, postquam cœnauit dicens. ✠ Hic calix nouum testamentũ est in sanguine meo, q̃ pro vobis effundetur. Veruntamẽ ecce manus tradentis me mecũ est in mensa. Et quidẽ filius hominis secundũ quod definitũ est, vadit: veruntamẽ vę homini illi per quẽ tradetur. ℂ Et ipsi cœperũt quærere inter se, quis esset, qui hoc facturus esset. Facta est aũt & cõtẽtio inter eos, q̃s eorũ videretur esse maior. Dixit autem eis. ✠ Reges gentiũ dominantur eorũ, & qui potestatẽ habent super eos, benefici vocantur. Vos autẽ non sic: sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: & qui præcessor est, sicut ministrator. Nã quis maior est, qui recumbit, an q̃ ministrat? Nonne qui recũbit, Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat: vos autem

antẽ estis qui permãsistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut dispo suit mihi pater meus regnũ: vt edatis, & bibatis, sup mensam meã ĩ regno meo: & sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israel. C Ait autem dñs Simoni. ✝ Simon, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum. Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. C Qui dixit ei. S Domine, tecũ paratus sum, & carcerem, & in mortem ire. C At ille dixit. ✝ Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me. C Et dixit eis. ✝ Quãdo misi vos sine sacculo, & pera, & calciamentis: nunquid aliquid defuit vobis? C At illi dixerunt. S Nihil. C Dixit ergo eis. ✝ Sed nũc qui habet sacculum, tollat similiter & peram. Et qui non habet, vẽdat tunicam suam, & emat gladiũ. Dico enim vobis, qm̃ adhuc hoc quod scriptũ est, oportet impleri in me. Et cum iniquis deputatus est. Etenim ea quæ scripta sunt de me, finem habent. C At illi dixerunt. S Dñe, ecce gladij duo hic. C At ille dixit eis. ✝ Satis est. C Et egressus ibat secundum cõsuetudinem in montem Oliuarũ. Secuti sunt autem illum & discipuli eius. Et cum peruenisset ad locũ, dixit illis. ✝ Orate, ne intretis in tentationẽ. C Et ipse auulsus est ab eis quãtum iactꝰ est lapidis: & positis genibus orabat, dicens. ✝ Pater, si vis, transfer calicem istũ à me. Veruntamen nõ mea volũtas, sed tua fiat. C Apparuit autẽ illi angelus de cœlo, confortans eũ. Et factus in agonia, prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terrã. Et cũ surrexisset ab oõne, & venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes præ tristitia: & ait illis. ✝ Quid dormitis? Surgite, orate, ne intretis in tentationẽ. C Adhuc eo loquẽte, ecce turba: & qui vocabatur Iudas, vnꝰ de duodecim antecedebat eos: & appropinquauit Iesus, vt oscularetur eum. Iesus autẽ dixit illi. ✝ Iuda? osculo filiũ hominis tradis? C Videntes autem hi qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerũt ei. S Dñe si percutimus in gladio? C Et percussit vnus ex eis seruum principis sacerdotum: & ampu-

amputauit auriculã eius dexteram. Rñdẽs autem Iesus, ait. ✠ Sinite vsq; huc. C Et cũ tetigisset auriculam eius, sanauit eum. Dixit autem Iesus ad eos qui venerant ad se princeps sacerdotum, & magistratus templi, & seniores. ✠ Quasi ad latronem existis cum gladijs & fustibus. Cum quotidie vobiscum fuerim in templo, nõ extendistis manus in me. Sed hęc est hora vestra, & potestas tenebrarum. C Cõprehendẽtes autem eũ duxerũt ad domũ principis sacerdotũ. Petrus vero sequebatur eum à lõge. Accenso autẽ igne in medio atrij, & circunsedẽtibus illis, erat Petrus in medio eorum. Quẽ cum vidisset ancilla quædã sedentem ad lumẽ, & eũ fuisset intuita, dixit. S Et hic cum illo erat. C At ille negauit eũ dicẽs. S Mulier nõ noui illũ. C Et post pusillum alius vidẽs eũ, dixit. S Et tu de illis es. C Petrus vero ait. S O homo nõ sum. C Et ĩteruallo facto, quasi horæ vniꝰ: alius quidã affirmabat dicens. S Vere & hic cum illo erat. Nã & Galilęus est. C Et ait Petrus. S Homo, nescio quid dicis. C Et continuo adhuc illo loquẽte, cantauit gallus. Et conuersus dominus respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi domini, sicut dixerat: qa priu quàm gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras Petrus fleuit amare. Et viri qui tenebant Iesum, illudebant ei, cædentes eum. Et velauerunt eũ: & percutiebant faciem eius: & interrogabant eum dicentes. S Prophetiza, quis est qui te percussit? C Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. Et vt factus est dies, conuenerunt seniores plebis, & Principes Sacerdotum, & Scribæ, & duxerant illum in cõcilium suũ, dicẽtes. S Si tu es Christus, dic nobis. C Et ait illis. ✠ Si vobis dixero, non credetis mihi: si autem & interrogauero, nõ respondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc autem erit filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. C Dixerunt autem omnes. S Tu ergo es filius Dei? C Qui ait. ✠ Vos dicitis, quia ego sum. C At illi dixerunt. S Quid adhuc desideramus testimonium? Ipsi enim audiuimus de ore eiꝰ. C Et surgens omnis multitudo eorum, duxerunt illum ad Pilatum. Cœperunt autem accusare illum, dicentes. S Hunc inueni-

uenimus subuertentem gentē nostram: & prohibentem tributa dari Cæsari, & dicentē se Christum regem esse. C Pilatus aūt interrogauit eū, dicēs. S Tu es rex Iudæorū? C At ille respondens ait. ✠ Tu dicis. C Ait autem Pilatus ad principes sacerdotum & turbas. S Nihil inuenio causæ in hoc homine. C At illi inualescebant, dicentes. S Commouit populum, docens per vniuersam Iudæam, incipiens à Galilæa vsq; huc. C Pilatus autem audiens Galilęā, interrogauit si homo Galilæus esset: Et vt cognouit, q̄ de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodē, q̄ & ipse Ierosolymis erat illis diebus. Herodes autem viso Iesu, gauisus est valde. Erat enim cupiens ex multo tempore videre illū, eo quod audierat multa de illo: & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat aūt illū multis sermonibus. At ipse nihil illi rñdebat. Stabāt aūt principes sacerdotum & scribæ cōstanter accusantes eum. Spreuit autē illum Herodes cum exercitu suo: & illusit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die: nā antea inimici erant adinuicem. Pilatus autem cōuocatis principibus sacerdotum, & magistratibus, & plebe, dixit ad illos. S Obtulistis mihi hūc hominem, quasi auertentem populum: & ecce ego coram vobis interrogans, nullam causam inuenio in homine isto ex his, in quibus eorum accusatis. Sed neq; Herodes. Nam remisi vos ad illum: & ecce, nihil dignum morte actum est ei. Emendatum ergo illum dimittam. C Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum, vnum. Exclamauit aūt simul vniuersa turba, dicens. S Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbā. C Qui erat propter seditionem quandam factam in ciuitate, & homicidium, missus in carcerem. Iterum autem Pilatus locutus est ad illos, volens dimittere Iesum. At illi succlamabāt, dicētes. S Crucifige, Crucifie eū. C Ille aūt tertio dixit ad illos. S Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illum, & dimittam. C At illi instabant vocibus magnis postulantes vt crucifigeretur: & inualescebant voces eorum. Et Pilatus

adiu-

adiudicauit fieri petitionē eorum. Dimisit autē illis eū, q̄ pp homicidiū & seditionē missus fuerat in carcerē, quē petebāt: Iesum vero tradidit voluntati eorum. Et cum ducerent eum, apprehenderunt Simonē quēdam Cirenensem venientē de villa: & imposuerunt illi crucē portare post Iesum. Sequebatur autē illū multa turba populi, & mulierū, quæ plāgebāt & lamentabantur eum. Cōuersus autē Iesus ad illas, dixit. ✠ Filię Ierusalē, nolite flere super me: sed super vos ipsas flete, & super filios vestros. Q̄m ecce vēnient dies, in q̄bus dicent. Beatæ steriles, & vēntres qui nō genuerunt, & vbera q̄ nō lactauerunt. Tūc incipiēt dicere montibus, cadite sup nos: & collib⁹ operite nos. Quia si in viridi ligno hęc faciūt: in arido q̄d fiet? C Ducebātur autē & alij duo nequā cum eo, vt interficerentur. Et postquā venerunt in locum qui vocatur Caluariæ, ibi crucifixerunt eum, & latrones, vnum à dextris, & alterū à sinistris. Iesus autē dicebat. ✠ Pr̄, dimitte illis: nō enim sciūt q̄d faciunt. C Diuidentes vero vestimenta eius, miserunt sortes. Et stabat populus spectans, & deridebant eum principes cum eis, dicentes. S Alios saluos fecit: se saluū faciat, si hic est Christus, Dei electus. C Illudebant autē ei & milites accedentes, & acetum offerentes illi, & dicentes. S Si tu es rex Iudæorum, saluum te fac. C Erat autē & superscriptio scripta super eum literis Gręcis, & Latinis, & Hebraicis: Hic est rex Iudęorum. Vnus autem de his qui pendebāt latronibus, blasphemabat eū, dicens. S Si tu es Christus, saluum fac temetipsum, & nos. C Respondens autem alter, increpabat eum dicens. S Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es? Et nos quidem iustè, nam digna factis recipimus: hic vero nihil mali gessit. C Et dicebat ad Iesum. S Dñe, memēto mei, cū veneris in regnū tuum. C Et dixit illi Iesus. ✠ Amē dico tibi: hodie mecum eris in paradiso. C Erat autem fere hora sexta: & tenebræ factæ sunt in vniuersa terra, vsq; in horam nonam. Et obscuratus est sol, & velū tēpli scissum est mediū. Et clamans Iesus voce magna, ait. ✠ Pater, in manus tuas commendo spiritum meū. C Et hęc dicēs, expirauit.

Hic paulatim aliquantulum, & genuflectitur.

Videns autem Centurio qđ factum fuerat, glorificauit Deũ dicens. ℣ Vere hic homo iustus erat. ℭ Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant: percutientes pectora sua, reuertebantur. Stabant autem omnes noti eius à longe: & mulieres, quæ secutæ erant eum à Galilæa, hæc videntes. Hic legitur in tono euangelij, & alia fiunt vt supra.

ET ecce vir nomine Ioseph qui erat decurio: vir bonus & iustus: (hic non consenserat consilio & actibus eorum:) ab Arimathæa ciuitate Iudeæ: qui expectabat, & ipse regnũ Dei. Hic accessit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu. Et depositum inuoluit sindone, & posuit eũ in monumento excisso, in quo nondum quisquã positus fuerat. Offerto. Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te perueniat: ne auertas faciem tuam à me. Secreta.

VScipe quæsumus domine munus oblatum, & dignãter operare, vt quod passionis filij tui dñi nostri mysterio gerimus, pijs affectibus consequamur. Per eũd. Deinde Protege. vel Oblatis. 68. Commu. Potũ meũ cũ fletu tẽperabam: quia eleuãs allisisti me: & ego sicut fœnũ arui: tu aũt dñe in ęternũ permanes: tu exurgens misereberis Sion, quia venit tẽpus miserendi eius. Postcom.

LArgire sensib⁹ nostris, oĩpotens Deus: vt, p tẽporalẽ filij tui mortẽ, quã mysteria veneranda testantur: vitã tenobis dedisse perpetuã confidamus. Per eundem do. Deinde Quæsumus. vel Hæc nos. 69. Sup populũ. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

RElpice, quæsumus domine, super hanc familiam tuam: pro qua dñs noster Iesus Christus non dubitauit manibus tradi nocentiũ: & Crucis subire tormentum. Qui tecũ.

FERIA QVINTA in Cœna Domini.

Statio ad S. Iohãnẽ ĩ Laterano. Non dicit ps Iudica. Introit⁹.



NOs autẽ gloriari oportet in cruce Dñi nostri Iesu Christi: ĩ quo est salus, vita, & resurrectio nostra, p quem saluati, & liberati sum⁹. ps. Deus misereatur nostri, & bene-

Gal. 6.

ps 66.

benedicat nobis: illumin et vultum suum super nos, & misereatur nostri. Nos autem gloriari opor, dicitur Gloria in excelsis. Et tunc pulsantur cãpanæ, & deinceps nõ amplius vsq; ad sabbathũ sanctũ. Oro.

DEus à quo, & Iudas proditor reatus sui pœnam, & confessionis suæ latro prẽmium sumpsit: concede nobis tuæ propitiationis effectum: vt sicut ĩ passione sua Iesus Christus dñs noster diuersa vtrisq; intulit stipendia meritorum: ita nobis, ablato vetustatis errore, resurrectionis suæ gratiam largiatur. Qui tecum vi.

Et hæc oratio tantùm dicitur.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Cor.

FRatres: Conuenientibus vobis in vnum, iam nõ est Dominicam cẽnam manducare. Vnusquisque enim cẽnam suam præsumit ad manducandum. Et alius quidem ésurit, alius autem ebrius est. Nunqd domos non habetis ad mãducandum & bibendum? Aut ecclesiam Dei contemnitis: & cõfunditis eos qui non habent? Quid dicã vobis? Laudo vos? In hoc non laudo. Ego enim accepi à dño, quod & tradidi vobis: qm̃ dñs Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem & gratias agens fregit, & dixit: Accipite, & mãducate: hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur: Hoc facite in meam commemorationẽ. Similiter & calicem, postquam cẽnauit, dicens. Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine: Hoc facite, quotiescunq; bibetis, in meam commemorationẽ. Quotiescunque enim manducabitis panem hunc, & calidem bibetis, mortẽ dñi annunciabitis, donec veniat. Itaque, quicũq; manducauerit panẽ, & biberit calicẽ dñi indigne: reus erit corporis & sanguinis dñi. Probet autẽ seipsum homo: & sic, de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim mãducat, & bibit indigne: iudiciũ sibi manducat & bibit, nõ diiudicãs corpus dñi. Ideo inter vos multi ĩfirmi & imbecilles: & dormiunt multi. Quod si nosmetipsos diiudicarem⁹: nõ vtique iudicaremur. Dũ iudicamur aũt à dño corripimur, vt nõ cũ hoc mũdo dãnemur.

Mat. 26 Mat. 14 Luc. 22

Grad. Christus factus est pro nobis obediens vsq; ad mortẽ, mortem autem crucis. ℣. Propter quod & Deus exaltauit

illum : & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundùm Iohannem.

cap 13

ANte diẽ feſtũ paſchæ, ſciẽs Ieſus quia venit hora eiꝰ vt trãſeat ex hoc mũdo ad patrẽ : cum dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finẽ dilexit eos. Et cœna facta, cum Diabolus iam miſiſſet in cor : vt traderet eũ Iudas Simonis Iſchariotis : ſciens quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit : ſurgit à cœna, & ponit veſtimẽta ſua. Et cum accepiſſet linteum ꝑcinxit ſe. Deinde miſit aquã in peluim, & cœpit lauare pedes diſcipulorũ, & extergere linteo quo erat præcinctꝰ. Venit ergo ad Simonẽ Petrum. Et dicit ei Petrus. Dñe, tu mihi lauas pedes? Reſpondit Ieſus, & dixit ei. Quod ego facio, tu neſcis modo: ſcies autẽ poſtea. Dicit ei Petrus. Non lauabis mihi pedes in æternum. Reſpondit ei Ieſus. Si non lauero te, nõ habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus. Domine, non tantùm pedes meos, ſed & manus & caput. Dicit ei Iesꝰ. Qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totꝰ. Et vos mundi eſtis, ſed nõ omnes. Sciebat enim quiſnam eſſet qui traderet eum: propterea dixit, non eſtis mundi omnes. Poſtquam ergo laũit pedes eorum, accepit veſtimenta ſua. Et cum recubuiſſet iterũ, dicit eis. Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me magiſter & dñe: & bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui pedes veſtros, dominus & magiſter : & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplũ enim dedi vobis, vt quẽadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.

Et dicitur Credo. Offertoriũ.

Dextera domini fecit virtutẽ : dextera domini exaltauit me. Dextera domini fecit virtutẽ : non moriar, ſed viuam : & narrabo opera domini. Secreta.

ps 117.

IPſe tibi quæſumus domine ſancte pater, omnipotens æterne Deus, ſacrificium noſtrum reddat acceptũ, qui diſcipulis ſuis in ſui commemorationem hoc fieri hodierna traditione monſtrauit, Ieſus Chriſtus filius tuus, dominus noſter. Qui tecum viuit, & reg.

Præ-

Præfatio de Cruce. Infra actio.

COmmunicantes, & diem ſacratiſſimũ celebrantes, quo dominus nr̃ Ieſus Chriſtus pro nobis eſt traditus, ſed & memoriam venerantes, in primis glorioſæ ſemperq́; Virginis Mariæ genitricis Dei, & domini noſtri Ieſu Chriſti. Sed & Beatorum Apoſtolorum, ac martyrum tuorũ Petri & Pauli, Andreæ, Iacobi, Iohannis, Thomæ, Iacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis, & Thadæi: Lini, Cleti, Clemẽtis, Xiſti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Chriſogoni, Iohannis & Pauli, Coſmæ & Damiani, & omnium ſanctorum tuorum: quorum meritis, precibusq́ue concedas: vt in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. Per eundẽ.

Alia infra actionem.

HAnc igitur oblationem ſeruitutis noſtræ, ſed & cunctæ familiæ tuę, quam tibi offerimus ob diem, qua dñs noſter Ieſus Chriſtus tradidit diſcipulis ſuis corporis & ſanguinis ſui myſteria celebrãda: quæſumus domine, vt placatus accipias: diesq́; noſtros in tua pace diſponas: atq; ab æterna damnatione nos eripi: & in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per eũdem Chri.

QVã oblationẽ tu Deus in oĩbus, q̃s: Bñdictã ✠ Aſcriptã ✠ Ratam ✠ Rationabilẽ, Acceptabilẽq́; facere digneris: vt nobis Corpus ✠ & ſanguis ✠ fiat dilectiſſimi filij tui dñi nr̃i Ieſu Chriſti.

Alia infra actionem.

QVi pridie, quã ꝑ nr̃a omniũq́; ſalute pateret, hoc eſt, hodie: accepit panem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas: & eleuatis oculis in cœlũ ad te, &c. Agnus Dei. ſed Pax non datur.

¶ Hodie reſeruat ſacerdos ĩ loco honeſto & cõueniẽti vnã hoſtiã cõſecratã ꝑ die ſequẽti in quo nõ cõficit: vel ẽt plures, ſi neceſſe fuerit, ꝑ infirmis: ſanguinẽ verò totũ ſumit. Deinde fiat cõio, & poſtea cõpleat miſſa Cõm. Dñs Ieſus poſtq̃ cęnauit cum diſcipulis ſuis, lauit pedes eorum, & ait illis: ſcitis qd fecerim vobis ego dñs & magiſter? exemplũ dedi vobis, vt & vos ita faciatis. Poſtcommu. Io. 13.

REfecti vitalib⁹ alimẽtis q̃s dñe De⁹ nr̃: vt qd tpe nr̃æ mortalitatis cultu exequimur, tuę ĩmortalitatis, munere cõſequamur. ꝑ. Et dr̃ Ite miſſa eſt.

¶ Finita

¶ Finita Missa, accenduntur torchitia, & fit processio more solito. Celebrãs genuflectit ante altare, imponit incensum in duobus thuribulis, & cũ altero incensat ter sacramentum: deinde de manu diaconi accepto calice cum sacramento, & cooperto extremitatibus veli, quo tegũtur humeri, procedit medius ĩter diaconũ à dextris, & subdiaconum à sinistris sub baldachino, duobus acolythis sacramẽtũ cõtinue incẽsantib' vsq; ad locũ prẽparatũ, vbi pro crastino seruãdum est. Interea dũ fit processio, cantat Hymn

PAnge lingua glorioſi,
Corporis myſterium,
Sanguinisq́; pretioſi,
Quem in mundi pretium,
Fructus ventris generoſi
Rex effudit gentium.

Nobis datus nobis natus,
Ex intacta Virgine
Et in mundo conuerſatus,
Sparſo verbi ſemine,
Sui moras incolatus
Miro clauſit ordine.

In ſupremæ nocte cẽnæ,
Recumbens cum fratribus,
Obſeruata lege plene,
Cibis in legalibus,
Cibum turbæ duodenæ,
Se dat ſuis manibus.

Verbum caro panem verum,
Verbo carnem efficit,
Fitq́; ſanguis Chriſti merũ,
Et ſi ſenſus deficit,
Ad firmãdum cor ſincerũ,
Sola fides ſufficit.

Tantum ergo ſacramentum
Veneremur cernui,
Et antiquum documentũ,
Nouo cedat ritui:
Præſtet fides ſupplementũ,
Senſuum defectui. (latio,

Genitori, genitoq́; laus & iubi
Salus, honor, virtus quoq;
Sit & benedictio.
Procedenti ab vtroque,
Cõpar ſit laudatio. ℟. Amẽ.

Repoſito ſacramento, & rurſus incenſato, in choro dicantur veſperę: poſtea ſacerdos cũ miniſtris denudet altaria legẽdo antiphonã Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Cum toto pſalmo Deus Deus meus reſpice in me, &c. pſ 21.

¶ Poſt denudationẽ altariũ hora competẽti, facto ſigno cum tabula conueniunt Clerici ad faciendum mandatum. Superior abluit pedes inferioribus: tergit, & oſculatur. Et interim hæc ſubſcripta cantantur, vel omnia, vel in parte pro diſpoſitione cãtorum. Antiphona.

Manda-

Mandatum nouum do vobis: vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, dicit dominus. Psalm⁹. 11. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Et repetitur immediate Aña. Mãdatum nouum. Et sic aliæ antiphonæ, quæ habent psalmos, vel versus repetuntur. Et de quolibet psalmo non dicitur nisi vnus ℣. Antiphona. Postquam surrexit dominus à cœna, misit aquam in peluim & cœpit lauare pedes Discipulorum suorum: hoc exemplũ 47. reliquit eis. Psal. Magnus dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. Antiphona. 13. Dominus Iesus postquam cœnauit cum Discipulis suis, lauit pedes eorum, & ait illis: scitis quid fecerim vobis ego dominus & magister? Exemplum dedi vobis: vt & vos ita faciatis. 24. Psalmus. Benedixisti Domine terram tuam auertisti captiuitatem Iacob. Antiphona. Domine tu mihi lauas pedes? respõdit Iesus, & dixit ei: si nõ lauero tibi pedes, non habebis partem mecum. ℣. Venit ergo ad Simonem Petrũ, & dixit ei Petrus. Et repetitur Antipho. Domine, tu mihi lauas pedes? respondit Iesus, & dixit ei: si non lauero tibi pedes, non habebis partem mecum. ℣. Qđ ego facio tu nescis modo scies aũt postea. Tertio repetit͂ aña. Domine tu mihi lauas pedes? respondit Iesus, & dixit ei: Si non lauero tibi pedes, non habebis partem mecum. ℣. Si ego dominus, & magister vester laui vobis pedes, quanto magis debetis alter alterius lauare pedes? ps. Audite hæc omnes gentes: auribus percipite qui habitatis orbem. Antiph. In hoc cognoscent omnes, qa mei estis discipuli: si dilectionẽ habueritis adinuicẽ. ℣. Dixit Iesus discipulis suis. Aña. Maneant in vobis fides, spes, charitas, tria hæc: maior autẽ horum est charitas. ℣. Nunc autem manent, fides, spes, charitas, tria hęc: maior autem horum est charitas. Antiphona. Benedicta sit sancta Trinitas, atque indiuisa vnitas: confitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam. ℣. Benedicamus patrem, & filium, cũ sancto spiritu. Psalmus. Quã dilecta tabernacula tua dñe virtutũ, cõcupiscit, & deficit aĩa mea in atria Domini. Antiph. Vbi charitas & amor, Deus ibi est.

Ps 42. Ps 83. 1. Io. 13. 1. Co. 13. Io. 3.

eſt. ℣. Cõgregauit nos in vnũ Chriſti amor. ℣. Exultemus, & in ipſo iucũdemur. ℣. Timeamus, & amemus Deũ viuũ. ℣. Et ex corde diligamus nos ſincero. Et repetit̃ aña. V bi charitas & amor Deus ibi eſt. ℣. Simul ergo cũ in vnũ congregamur. ℣. Ne nos mente diuidamur, caueamus. ℣. Ceſſent iurgia maligna, ceſſent lites. Et in medio noſtri ſit Chriſtꝰ Deus. Et repetit̃ aña. V bi charitas & amor: Deus ibi eſt. ℣. Simul quoq; cũ beatis videamus. ℣. Glorianter vultũ tuũ Chriſte Deus. ℣. Gaudiũ, qđ eſt immẽſum, atq; probũ. ℣. Sęcula per infinita ſeculorum. Amen.

Poſt lotionem, qui alijs abluit pedes, capite detecto dicit.

P̃r nr̃. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libe. ℣. Tu mãdaſti mãdata tua domine. ℟. Cuſtodiri nimis. ℣. Tu lauaſti pedes diſcipulorũ tuorũ. ℟. Opera manuũ tuarũ ne deſpicias. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vobiſcũ. ℟. Et cum ſpiritu. Oremꝰ. Oř.

ADeſto dñe, q̃s officio ſeruitutis noſtræ: & quia tu diſcipulis tuis pedes lauare dignatus, ne deſpicias opera manuum tuarum, quæ nobis retinenda mãdaſti: vt ſicut hic nobis & à nobis exteriora abluũtur iniquinamenta: ſic à te omnium noſtrum interiora lauentur peccata. Quod ipſe pręſtare digneris, qui viuis, & regnas Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

FERIA SEXTA in Paraſceue.

Statio ad ſanctam Crucem in Ieruſalem.

FInita nona, ſacerdos, & miniſtri induti veſtimẽtis nigri coloris, procedunt ſine luminaribus, & incenſo, & ante altare proſtrati aliquandiu orant. Iterim acolythi vnam tantùm tobaleam extendunt ſup altare. Sacerdos aũt cum miniſtris facta oratione accedit ad altare: deinde ſubdiaconus ꝓcedit ad legendum, & ſine titulo incipit propheriam.

Hæc

HÆc dicit dñs. In tribulatione ſua mane cõſurgẽt ad me. Venite, reuertamur ad dñm: quia ipſe cœpit, & ſanabit nos: percutiet, & curabit nos. Viuificabit nos poſt duos dies, & in die tertio ſuſcitabit nos, & viuemus in conſpectu eius. Sciemus, ſequemurq; vt cognoſcamus dñm. Quaſi diluculũ præparatus eſt egreſſus eius, & veniet quaſi imber nobis temporaneus, & ſerótinus terrę. Quid faciã tibi Ephraim Quid faciam tibi Iuda? Miſericordia veſtra quaſi nubes matutina: & quaſi ros mane pertrãſiens. Propter hoc dolaui in prophetis, & occidi eos in verbis oris mei. Et iudicia tua quaſi lux, egredientur. Quia miſericordiam volui, & non ſacrificium: & ſcientiam Dei pluſquam holocauſta. Tractus. Dñe, audiui auditum tuũ, & timui: cõſideraui opera tua, & expaui. ℣. In medio duorũ animaliũ innoteſces: dũ appropinquauerint anni, cognoſceris: dũ aduenerit tẽps, oſtẽderis. ℣. In eo, dũ conturbata fuerit ãia mea: in ira, miſericordiæ memor eris. ℣. Deus à Libano veniet, & ſanctus de monte vmbroſo, & condenſo. ℣. Operuit cœlos maieſtas eius: & laudis eius plena eſt terra.

Finito tractu Sacerdos dicit Oremus. Diaconus, Flectamus genua. & Subdiaconus. Leuate. Oratio.

DEus, à quo & Iudas, pditor reatus ſui pœnam, & cõfeſſionis ſuæ latro præmium ſumpſit: concede nobis tuæ, ppitiationis effectum: vt ſicut in paſſione ſua Ieſus Chriſtus dominus noſter diuerſa vtriſque intulit ſtipendia meritorũ: ita nobis, ablato vetuſtatis errore, reſurrectionis ſuæ gratiã largiatur. Qui tecũ viuit & reg.

Finita oratione, legitur ſecũda prophetia etiam ſine titulo.

IN diebus illis. Dixit dñs ad Moyſen & Aaron in terra Ægypti. Menſis iſte, vobis principium menſium: primus erit in menſibus anni. Loquimini ad vniuerſum cętũ filiorum Iſrael & dicite ei. Decima die menſis huius tollat vnuſquiſq; agnũ p familias, & domos ſuas. Sinautẽ minor eſt numerus, vt ſufficere poſſit ad veſcendũ agnũ, aſſumet vicinum ſuum, qui iunctus eſt domui ſuæ: iuxta numerum animarum quæ ſufficere poſſunt ad eſum agni. Erit autem agnus Ex. 12.

abſq;

absq; macula, masculus anniculus, iuxta quem ritum tolletis & hædum. Et seruabitis eũ vsq; ad quartamdecimã diem mensis huius. Immolabitq; eũ vniuersa multitudo filiorũ Israel ad vesperã. Et sument de sanguine eius: ac ponent super vtrunq; postem, & in superliminaribus domorũ, in quibus comedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni, & azymos panes cum lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctũ aqua, sed assum tm̃ igni. Caput cum pedibus eius & intestinis vorabitis: & os eius nõ cõfringetis: nec remanebit ex eo quicquã vsq; mane. Siquid residuũ fuerit, igni cõburetis. Sic autẽ comedetis illum. Renes vestros accingetis: & calceamẽta habebitis in pedibus: tenẽtes baculos in manibus: & comedetis festinanter. Est enim phase (id est trãsitus) Domini. Tractus.

Ps. 139. Eripe me dñe ab homine malo: à viro iniquo libera me. ℣. Qui cogitauerunt malitias in corde, tota die constituebant prælia. ℣. Acuerunt linguas suas sicut serpentes: venenum aspidum sub labijs eorum. ℣. Custodi me dñe de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis libera me. ℣. Qui cogitauerũt supplãtare gressus meos: abscõderunt superbi laqueũ mihi. ℣. Et funes extẽderũt in laqueum pedib⁹ meis: iuxta iter scandalum posuerunt mihi. ℣. Dixi dño Deus meus es tu: exaudi dñe vocẽ oronis meæ. ℣. Dñe virtus salutis meæ: obũbra caput meum in die belli. ℣. Ne tradas me à desiderio meo peccatori: cogitauerunt aduersum me, ne derelinquas me: ne vnquam exaltentur. ℣. Caput circuitus eorum: labor labiorũ ipsorum operiet eos. ℣. Veruntamẽ iusti cõfitebuntur nomini tuo, & habitabunt recti cum vultu tuo.

Finito tractu, Passio super nudum pulpitum dicitur.

Passio Domini nr̃i Iesu Christi secundùm Iohannem. cap. 18

IN illo tempore. Egressus est Iesus cũ discipulis suis trans torrentẽ Cedron, vbi erat hortus in quem introiuit ipse & discipuli eius. Sciebat autem & Iudas qui tradebat eum, locum: quia frequenter Iesus cõuenerat illuc

luc cum discipulis suis. Iudas ergo cũ accepisset cohortẽ, & à pontificibus & pharisæis ministros: venit illuc cũ laternis, & facibus, & armis. Iesus autẽ sciens oĩa, quæ ventura erant super eum: processit, & dixit eis. ✠ Quem quæritis? C Responderunt ei. S Iesum Nazarenum. C dixit eis Iesus. ✠ Ego sum. C Stabat autem Iudas, qui tradebat eum, cum ipsis. Vt ergo dixit eis, ego sum: abierunt retrorsum, & ceciderunt in terrã. Iterum ergo eos interrogauit. ✠ Quem quæritis? C Illi autem dixerunt. S Iesum Nazarenum. C Respondit Iesus. ✠ Dixi vobis, quia ego sum. Si ergo me quæritis, sinite hos abire. C Vt impleretur sermo quem dixit: qa quos dedisti mihi, nõ perditi ex eis quẽquam. Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eũ: & percussit pontificis seruum, & abscidit auriculam eius dexteram. Erat autem nomen seruo Malchus. Dixit ergo Iesus Petro. ✠ Mitte gladium tuũ in vaginam. Calicem quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum? C Cohors ergo & tribunus, & ministri Iudæorum cõprehenderun Iesum, & ligauerunt eum, & adduxerũt eum ad Annã primum. Erat enim socer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius. Erat autem Caiphas, qui cõsilium dederat Iudæis: quia expedit vnum hominem mori pro populo. Sequebatur autem Iesum Simon Petrus, & alius discipulus, Discipulus autem ille, erat notus põtifici: & introiuit cum Iesu in atrium pontificis: Petr⁹ autem stabat ad ostiũ foris. Exiuit ergo Discipulus ille qui erat notus pontifici: & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum. Dixit ergo Petro ancilla ostiaria. S Nũquid & tu ex discipulis es hominis istius? C Dicit ille. S Nõ sum. C Stabant autem serui & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se. Erat autem cum eis, & Petrus stans & calefaciens se. Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrina eius. Respondit ei Iesus. ✠ Ego palã locutus sum mundo. Ego semper docui in synagoga, & in tẽplo, quo omnes Iudæi conueniunt: & in occulto locus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos, qui audierunt qd locut⁹ sum ipsis. Ecce, hi sciũt quæ dixerim ego. C Hæc autẽ

cum

cum dixisset, vnus assistens ministrorum dedit alapã Iesu, dicens. S Sic respondes pontifici? C Respondit ei Iesus. ✠ Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autẽ bene, quid me cædis? C Et misit eum Annas ligatum ad Caipham pontificem. Erat autem Simon Petrus stans & calefaciens se. Dixerũt ergo ei. S Nũquid & tu ex discipulis eius es? C Negauit ille, & dixit. S Non sum. C Dicit ei vnus ex seruis pontificis, cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculam. S Nonne ego te vidi in horto cũ illo? C Iterũ ergo negauit Petrus: & statim gallus cantauit. Adducunt ergo Iesum à Caipha in prætorium. Erat aũt mane. Et ipsi non introierunt in prætorium, vt nõ contaminarentur: sed vt manducarent pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit. S Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc? C Responderunt, & dixerũt ei. S Si non esset hic malefactor: non tibi tradidissemus eum. C Dixit ergo eis Pilatus. S Accipite eum vos, & secundùm legem vestram iudicate eum. C Dixerunt ergo ei Iudæi. S Nobis non licet interficere quenquam. C Vt sermo Iesu impleretur, quẽ dixit: significãs qua morte esset moriturus. Introiuit ergo iterũ Pilatus prætoriũ, & vocauit Iesũ, & dixit ei. S Tu es rex Iudæorum? C Respondit Iesus. ✠ A temetipso hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? C Respondit Pilatus. S Nunquid ego Iudæus sum? Gens tua, & pontifices tui tradiderunt te mihi. Quid feciſti? C Respondit Iesus. ✠ Regnum meũ nõ est de hoc mũdo. Si ex hoc modo esset regnum meũ, ministri mei vtiq; decertarent, vt non traderer Iudæis. Nunc autem regnũ meũ non est hinc. C Dixit itaque ei Pilatus. S Ergo rex es tu? C Respondit Iesus. ✠ Tu dicis quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum vt testimonium perhibeã veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocẽ meã. C Dicit ei Pilatus. S Quid est veritas? C Et cum hoc dixisset, iterum exiuit ad Iudæos, & dicit eis. S Ego nullam inuenio in eo causam. Est autem cõsuetudo vobis, vt vnum dimittã vobis in pascha. Vultis ergo dimittam vobis regem Iudæorum? C Clamauerunt rursum om-

omnes dicentes, S Non hunc; sed Barabbam. C Erat autem Barabbas latro. Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius, & veste purpurea circundederunt eum. Et veniebant ad eũ, & dicebãt. S Aue Rex Iudæorum. C Et dabant ei alapas. Exiuit iterũ Pilatus foras, & dicit eis, S Ecce adduco eum vobis foras: vt cognoscatis, quia in eo nullam causam inuenio. C Exiuit ergo Iesus portans spineam coronam, & purpureum vestimentum. Et dicit eis Pilatus, S Ecce homo. C Cum ergo vidissent eum pontifices & ministri clamabant dicentes. S Crucifige, Crucifige eum. C Dicit eis Pilatus. S Accipite eum vos, & Crucifigite. Ego enim non inuenio in eo causam. C Respõderunt ei Iudæi. S Nos legem habemus, & secundùm legem debet mori, quia filium Dei se fecit. C Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit. Et ingressus est prætorium iterum: & dicit ad Iesum. S Vnde es tu? C Iesus autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus. S Mihi non loqueris? Nescis, quia potestatẽ habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? C Respondit Iesus, ✠ Nõ haberes potestatem aduersum me vllã, nisi tibi datũ esset desup. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. C Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autẽ clamabant, dicentes, S Si hũc dimittis, nõ es amicus Cæsaris. Omnis enim qui se regem facit, contradicit Cæsari. C Pilatus autem cum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum: & sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithostrotos, Hæbraice autem Gabbata. Erat autem parasceue paschæ, hora quasi sexta. Et dicit Iudæis, S Ecce Rex vester. C Illi autem clamabant S Tolle, tolle, crucifige eum. C Dicit eis Pilatus, S Regem vestrum crucifigam? C Responderunt pontifices. S Non habemus regem, nisi Cæsarem. C Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur. Susceperunt autem Iesum, & eduxerunt. Et baiulans sibi crucem, exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ locum: Hebraicæ autẽ Golgotha: vbi eum crucifixe-

rũt: & cum eo alios duos hinc & hinc, medium autẽ Iesum. Scripsit autem & titulum Pilatus, & posuit super crucẽ. Erat autem scriptum. Iesus Nazarenus Rex Iudæorum. Hunc ergo titulum multi legerunt Iudæorum: quia prope ciuitatem erat locus, vbi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum Hębraice, Gręce, & Latine. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæorum. S Noli scribere Rex Iudæorũ: sed quia ipse dixit: Rex sum Iudæorum. C Respondit Pilatus. S Quod scripsi, scripsi. C Milites ergo cũ crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius (& fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem) & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totũ. Dixerunt ergo ad inuicem. S Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit. C Vt scriptura impleretur, dicens. Partiti sunt vestimenta mea sibi: & in vestem meam miserũt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt. Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius, Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. Cũ vidisset ergo Iesus matrem & discipulum stantem quẽ diligebat, dicit matri suæ. ✠ Mulier, ecce filius tuus. C Deinde dicit discipulo. ✠ Ecce mater tua. C Et ex illa hora accepit eã discipulus in suam. Postea sciens Iesus quia iã omnia consummata sunt, vt cõsummaret scriptura, dixit. ✠ Sitio. C Vas ergo positum erat aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes, obtulerũt ori eius. Cũ ergo accepisset Iesus acetũ, dixit. ✠ Cõsummatũ est. C Et inclinato cãpite tradidit spm̃.

Hic paulatur aliquantulum, & genuflectitur.

Iudæi ergo quoniam parasceue erat, vt non remanerent in cruce corpora Sabbatho, (erat enim magnꝰ dies ille Sabbathi) rogauerunt Pilatum vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidẽ fregerunt crura, & alterius qui crucifixꝰ est cum eo. Ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt eũ iam mortuum, non fregerunt eius crura, sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & cõtinuo exiuit sanguis & aqua. Et qui vidit, testimoniũ perhibuit: & verũ est testimoniũ eiꝰ.

Et

Et ille ſcit quia vera dicit, vt & vos credatis. Facta sũt eñ hæc, vt ſcriptura impleretur. Os nõ comminuetis ex eo. Et iterum alia ſcriptura dicit. Videbunt in quem transfixerunt.

Hic legitur in tono euangelij ſine benedictione, incenſo, & luminaribus.

POſt hæc autem rogauit Pilatũ Ioſeph ab Arimathęa, (eo quod eſſet diſcipulus Ieſu, occultus autem propter metũ Iudæorum) vt tolleret corpus Ieſu. Et permiſit Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus Ieſu: Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Ieſum nocte primum, ferens miſturam mirrhæ & aloes, quaſi libras centum. Acceperunt ergo corpus Ieſu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, ſicut mos eſt Iudæis ſepelire. Erat autem in loco vbi crucifixus eſt, hortus: & in horto monumentum nouum, in quo nondum quiſquam poſitus erat. Ibi ergo propter paraſceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, poſuerunt Ieſum.

Deinde ſacerdos ſtans in cornu epiſtolæ, incipit abſolute.





omnipotentem. Oremus.
Diaconus dicit.



Flectamus genua.
Subdiaconus respondet.



Le ua te.

Oratio cãtatur in tono feriali orationis Missæ. Hic modus seruatur in subsequentibus.

OMnipotens sempiterne Deus: qui gloriã tuã oĩb⁹ in Christo gẽtibus reuelasti: custodi opera misericordiæ tuæ: vt ecclesia tua toto orbe diffusa, stabili fide in cõfessione tui nominis perseueret. Per eundẽ dominum nostrum. ℟. Amen.

ORemus, & ꝓ beatissimo Papa nostro N. vt Deus & dñs noster, qui elegit eũ in ordine episcoparus, salnũ, atq; incolumen custodiat ecclesiæ suæ sanctæ, ad regẽdum populum sanctũ Dei. Oremus. Flectam⁹ genua. ℟. Leuate.

OMps sempiterne Deus, cuius iudicio vniuersa fundãtur: respice propiti⁹ ad preces nostras: & electũ nobis antistitem tua pietate conserua: vt Christiana plebs, quæ tali gubernatur auctore, sub tãto põtifice, credulitatis suæ meritis augeatur. Per domi. ℟. Amen.

ORemus & ꝓ oĩbus epis, ꝑsbyteris, diaconib⁹, subdiaconibus, acoluthis, exorcistis, lectoribus, ostiarijs, cõfessoribus, virginibus, viduis: & ꝓ oĩ populo sctõ Dei. Orem⁹ Flectamus genua. ℟. Leuate.

OMps sempiterne De⁹, cuius spiritu totũ corpus ecclesiæ sanctificatur, & regitur: exaudi nos pro vniuersis ordinibus supplicantes: vt gratiæ tuæ munere ab omnibus tibi gradibus fideliter seruiatur. Per dominum nost. ℟. Amen.

ORemus & ꝓ Christianissimo Imperatore nro N. vt Deus, & dñs noster subditas illi faciat omnes Barbaras nationes, ad nostram perpetuam pacem. Oremus. Flectamus. genua. ℟. Leuate.

OMnipotens sempiterne Deus, in cui⁹ manu sunt omnium potestates, & omnium iura regnorum: respice ad Romanum benignus imperium.

periũ: vt gentes, quæ in ſua feri tate cõfidũt, potẽtiæ tuæ dexte ra cõprimant. Per dñm. ℟. Am̃.

OREmus & ꝓ catechumenis noſtris: vt Deus & dñs noſter adaperiat aures præcordiorum ipſorũ, ianuamq; miſericordiæ: vt per lauacrũ regenerationis, accepta remiſſione omnium peccatorum, & ipſi inueniãtur in Chriſto Ieſu domino noſtro. O remus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

OMnipotens ſempiterne Deus qui eccleſiam tuã noua ſemper prole fœcundãs: auge fidem & intellectum catechumenis noſtris: vt renati fonte baptiſmatis, adoptionis tuæ filijs aggregentur. Per dominum nr̃m Ieſum. ℟. Amen.

ORemus, dilectiſſimi nobis, Deum patrem oĩpotentem, vt cunctis mũdũ purget erroribus: morbos auferat: famem depellat: aperiat carceres: vincula diſſoluat: peregrinantibus reditum: infirmãtibus ſanitatẽ: nauigantibus portũ ſalutis indulgeat. O remus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

OMnipotens ſempiterne Deus, mæſtorũ cõſolatio, laborantiũ fortitudo: pueniãt ad te preces de quacunq; tribulatione clamantium: vt omnes ſibi in neceſſitatibus ſuis miſericordiam tuam gaudeãt affuiſſe. Per dominũ. ℟. Amen.

ORemus & ꝓ hæreticis, & ſciſmaticis. vt Deus & dominus noſter eruat eos ab erroribus vniuerſis: & ad ſanctam matrem eccleſiam catholicam atq; apoſtolicam reuocare dignetur. O remus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui ſaluas omnes, & neminẽ vis perire: reſpice ad animas Diabolica fraude deceptas, vt omni hęretica prauitate depoſita, errantium corda reſipiſcant, & ad veritatis tuæ redeant vnitatem. Per dominum noſtrum. ℟. Amen.

ORemus & pro perfidis Iudæis: vt Deus & dñs nr̃ auferat velamen de cordibus eorum: vt & ipſi agnoſcãt Ieſum Chriſtum dominum noſtrũ. non reſpondet Amen. nec dr̃ Flectamus gen. ſed ſtatim dr̃

OMnipotens ſempiterne Deus qui ẽt Iudaicã perfidiam à tua miſericordia nõ repellis: exaudi preces noſtras, quas ꝓ illius populi obcæcatione deferim⁹: vt agnita veritatis tuæ luce, quæ Chriſtus eſt,

à ſuis tenebris eruantur. Per eundem dominum. ℟. Amen.

ORemus, & pro paganis: vt Deus omnipotens auferat iniquitatem à cordibus eorum: vt relictis idolis ſuis, conuertantur ad Deum viuũ, & verum, & vnicũ filium eius Ieſum Chriſtum Deum & dominum noſtrum, cum quo viuit & regnat cum ſpiritu ſancto Deus, Per omnia ſæcula ſæculorum. Non reſpondetur Amen. Oremus. Flectamus gen. ℟. Leuate.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui non mortẽ peccatorum: ſed vitam ſemper inquiris: ſuſcipe propitius orationem noſtram: & libera eos ab idolorum cultura: & aggrega eccleſiæ tuæ ſanctæ ad laudem, & gloriam nominis tui. Per dominum noſt. ℟. Amen.

¶ Completis orationibus, ſacerdos depoſita caſula, procedit ad cornu epiſtolæ, & ibi in poſteriori parte anguli altaris accipit crucem à miniſtris ſibi præparatam: quam, verſa facie ad chorũ, à ſummitate parũ diſcooperit, incipiẽs ſolus añam. Ecce lignum crucis. Ab illo loco in antea iuuatur in cantu à miniſtris vſque ad Venite adoremus. Choro vero cantante, Venite adoremus omnes ſe proſternunt. Deinde procedit ad anteriorem partẽ anguli eiuſdem cornu epiſtolæ: & diſcooperiens amplius crucem, eleuans eam puliſper altius, quã primo, incipit, Ecce lignũ crucis. Alijs cãtantibus & adorantibus, vt ſupra. Deinde ſacerdos procedit ad medium altaris: & diſcooperiens crucem totaliter ac eleuãdo eam tertio, altiꝰ incipit. Ecce lignũ crucis. Alijs cantantibus, & adorantibus, vt ſupra. Poſtea ſacerdos deponit crucẽ in loco ad hoc præparato ante altare.



Ecce lignum crucis, in quo



ſalus mundi pe pen dit,

Chorus reſpondet.



Ve ni te a do remus.

Deinde deponit calceamenta: & accedit ad adorandum crucem, ter genua flectens ante deo-

deoſculationem crucis. Hoc facto reuertitur, & accipit calceamenta & caſulam. Poſtmodum miniſtri altaris: deinde alij ter genibus flexis, vt dictū eſt, crucem adorant. Interim dum fit adoratio cantātur improperia, & alia quæ ſequunt totaliter, vel in parte: put multitudo adorantium vel paucitas requirit, hoc modo, Duo cantores cātant in medio chori. ℣ Populeme⁹. vſq; ad Agios otheos. ℣. Populeus quid feci tibi? aut in quo cōtriſtaui te reſponde mihi? ℣. Quia eduxi te de terra Ægypti: paraſti crucē ſaluatori tuo. Vnus chorus cantat. Agios otheos. Alius chorus reſpondet Sāctus De⁹. Primus chor⁹. Agios iſchiros. Secundus chorus. Sanctus fortis. Primus chor⁹ Agios athanatos eleiſon imas: Secundus chorus. Sanctus & immortalis miſerere nobis. Poſtea duo de ſecundo Choro cātāt Verſum. Quia eduxi te per deſertū quadraginta annis: & manna cibaui te, & introduxi te in terram ſatis optimam. Chori reſpondent alternatim. Agios otheos, &c. Sanctus Deus, &c. Ita tñ, q̄ primus chorus ſemper repetat Agios. Deinde duo de primo choro cātāt Verſum. Quid vltra debui facere tibi, & non feci? Ego quidem plātaui te vineam meā ſpecioſiſſimam & tu facta es mihi nimis amara: aceto namq; ſitim meā potaſti: & lancea perforaſti latus ſaluatori tuo. Item chori alternatim reſpondent. Agios otheos. Sāct⁹ & immortalis. &c. ¶ Verſus ſequētis īproperij à duobus cātoribus alternatim cāntātur, vtroq; choro ſimul repetēte poſt quēlibet. Verſum Populeme⁹ qd feci tibi? aut in quo contriſtaui te? rñde mihi.

¶ Incipiunt Improperia.

Duo de ſecundo Choro cātāt. ℣. Ego propter te flagellaui Ægyptum cum primogenitis ſuis: & tu me flagellatum tradidiſti. Chorus repetit. Populeus quid feci tibi?

Duo de primo choro.

℣. Ego eduxi te de Ægypto, demerſo Pharaone in mare rubrum: & tu me tradidiſti principibus ſacerdotum. Chorus. Populeus quid feci.

Duo de ſecundo choro.

℣. Ego ante te aperui mare: & tu aperuiſti lancea latus meū. Chorus. Populeus.

Duo de primo Choro.

℣. Ego ante te preiui in colum

na nubis: & tu me duxiſti ad prætorium Pilati. Chorus. Populo meus quid feci.

Duo de ſecundo choro.

℣. Ego te paui manna per deſertũ: & tu me cæciſti alapis, & flagellis. Chorus. Populo meus quid feci tibi.

Duo de primo choro.

℣. Ego te potaui aqua ſalutis de petra: & tu me potaſti felle, & aceto. Chorus. Populo meꝰ.

Duo de ſecundo choro.

℣. Ego propter te Chananæorum reges percuſſi: & tu percuſſiſti arũdine caput meum. Chorus. Populo meus quid feci.

Duo de primo choro.

℣. Ego dedi tibi ſceptrũ regale: & tu dediſti capiti meo ſpineã coronã. Chorus. Populo meꝰ.

Duo de ſecundo choro.

℣. Ego te exaltaui magna virtute: & tu me ſuſpẽdiſti ĩ patibulo crucis. Chorꝰ. Populo meꝰ.

¶ Sequens aña. Crucem tuam adoramus. cum pſalmo. Deus miſereatur noſtri. cantatur cõmuniter & repetitur immediate antiphona poſt ℣. Antipho. Crucem tuam adoramus domine: & ſanctam reſurrectionem tuam laudamus, & glorificamus. Ecce enim pp lignum venit gaudiũ in vniuerſo mũdo. ℘s. Deus miſereat noſtri, & benedicat nobis: illuminet vultum ſuũ ſuper nos, & miſereatur noſtri. Deinde hym. Crux fidelis. Cum verſibus hymnorum ſequentiũ. Pange lingua. Luſtris ſex qui iã. Et cum repetitionibus vt inferius ponũtur pro diſpoſitione cantorũ, hym. Crux fidelis, inter oẽs arbor vna nobilis: nulla ſilua talẽ ꝓfert fronde: flore, germine. Dulce lignum, dulces claũos, dulce pondus ſuſtinet. Hym. Pãge lingua glorioſi prẽlium certaminis, & ſuper crucis trophæo dic triumphum nobilẽ, qualiter redemptor orbis immolatus vicerit. Repetit Crux fidelis vſq; ad Dulce lignum. Et ſic quoties repetitur Crux fidelis. ℣. De parentis protoplaſti fraude factor condolens: quando pomi noxialis morſu in mortem corruit: ipſe lignũ tũc notauit damna ligni vt ſolueret. Repetitur Dulce lignũ. ℣. Hoc opus noſtræ ſalutis ordo depoposcerat, multiformis proditoris ars vt artem falleret: & medelam ferret inde, hoſtis vnde læſerat. Repetitur Crux fidelis. ℣. Quando venit ergo ſacri plenitudo temporis, miſſus eſt ab arce patris natus orbis

bis conditor: atq; ventre virginali caro factus prodijt. Repetitur Dulce lignum.

℣. V agit infans inter arcta cõditus præsepia: membra pannis inuoluta virgo mater alligat, & manus, pedesque, & crura stricta cingit fascia. Repetit Crux fidelis. Alius hym. Lustris sex qui iam peractis, tempus implens corporis: se volente natus ad hoc, passioni deditus, agnus in cruce leuatur, immolandus stipite. Repetitur Dulce lignum.

℣. Hic acetum, fel, arundo, sputa claui, lancea: mite corpus perforatur: sanguis, vnda profluit: terra põdus, astra, mundus, quo lauantur flumine. Repetitur Crux fidelis.

℣. Flecte ramos arbor alta: tensa laxa viscera: & rigor lentescat ille, quem dedit natiuitas: vt superni membra regis, miti tendas stipite. Repetitur Dulce lignum.

℣. Gloria, & honor Deo vsque quo altissimo, vna patri, filioque, inclyto paraclito, cui laus est & potestas, per eterna secula. ℟. Amen.

¶ Circa finem adorationis Crucis: accenduntur candelæ super altare: & Diaconus, accipiens bursam corporalium, extendit corporale more solito: & finita adoratione, Crucem reuerenter accipit, & reportat ad altare. Postea ordinatur processio ad locum, vbi pridie Sacramentum repositum fuerat. Præcedit Crux inter duos acolythos deferentes candelabra cum cereis accensis, & clerus per ordinem, vltimus Sacerdos cum ministris. Cum peruentum fuerit ad locum Sacramenti accẽduntur intortitia, quæ non extinguuntur nisi post sumptionem Sacramenti: & sacerdos genuflectit ante Sacramentum, & orat aliquantulum: Diaconus interim aperit capsulam, in qua reconditum est corpus Domini: postea Sacerdos imponit incensum in duobus thuribulis, Diacono nauiculam ministrante, & genuflexus incensat Sacramentum. Deinde Diaconus extrahens calicem cum Sacramento de capsula, dat ad manus Sacerdotis, & regit extremitatibus veli quod humeros Sacerdotis circundat: & procedunt ordine quo venerunt: defertur baldachinum super sacramentum: & duo acolythi

lythi cum turribulis continue ſacramentum incenſant: interim cantatur Hymnus.

VExilla regis prodeunt,
Fulget crucis myſteriũ,
Quo carne carnis cõditor,
Suſpenſus eſt patibulo.

Quo vulneratus inſuper,
Mucrone diro lanceæ,
Vt nos lauaret crimine,
Manauit vnda ſanguine.

Impleta ſunt quæ concinit
Dauid fidelis carmine,
Dicens in nationibus,
Regnauit à ligno Deus.

Arbor decora, & fulgida,
Ornata regis purpura,
Electa digno ſtipite,
Tã ſancta mẽbra tangere.

Beata cuius brachijs,
Sæcli pependit pretium,
Statera facta corporis:
Prædamq́ue tulit tartari.

O crux aue ſpes vnica,
Hoc paſſionis tempore,
Auge pijs iuſtitiam,
Reisq́ue dona veniam.

Te ſumma Deus Trinitas,
Collaudet omnis ſpiritus,
Quos per crucis myſteriũ
Saluas, rege p ſæcula. Amẽ.

Cum venerit Sacerdos ad altare poſito ſuper illud Sacramẽto, genuflexus, rurſus incẽſat, & accedens ponit hoſtiam ſuper patenam, quam diaconus tene: deinde accipiens patenã cum ſacramento de manu diaconi, hoſtiam ſactam ponit ſuper corporale nihil dicens: interim diaconus imponit vinũ in calicem, & ſubdiaconus aquam: & ſacerdos accipiẽs calicem à diacono, ponit ſuper altare, nihil dicens, & diaconꝰ illum cooperit: deinde imponens incenſum in thuribulo, incenſat oblata & altare more ſolito, dicens:

INcenſum iſtud à te bñdictũ, aſcendat ad te dñe: & deſcendat ſup nos miſericordia tua.

Cum incenſat altare, dicit.

DIrigatur Domine oratio mea ſicut incenſum in cõſpectu tuo: eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. Pone domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circunſtantię labijs meis: vt non declinet os meũ ĩ verba malitię, ad excuſandas excuſationes ĩ peccatis.

Quando reddit thuribulum diacono, dicit.

ACcendat in nobis Dñs ignem ſui amoris, & flãmam æternæ charitatis. Amẽ.

Poſtea lauat manus, nihil dicens: deinde in medio altaris inclinatus dicit.

IN ſpiritu humilitatis, & in animo cõtrito ſuſcipiamur Dñe à te: & ſic fiat ſacrificium noſtrũ in cõſpectu tuo hodie, vt placeat tibi domine Deus.

Deinde vers⁹ ad populũ, dicit.

ORate fratres, vt meum ac veſtrum ſacrificium accẽptabile fiat apud Deum patrem omnipotentem.

Conſequenter omiſſis alijs dicit.



Oremus. Præceptis ſalutaribus moniti, & diuina inſtitutione formati audemus dicere.



Pater noſter, qui es in cęlis ſanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua ſicut in cęlo, & in terra.



Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra: ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo.



Sacerdos ſub ſilẽtio dicto Aũ. in eadem voce qua dixit Pater noſter. abſolute ſine Oremus. In tono Orationis Miſſe dicit.

Libera

LIbera nos, q̃s dñe, ab omnibus malis, præteritis, præſentibus, & futuris: & intercedente beata & glorioſa ſemper virgine Dei Genitrice Maria, cũ beatis apoſtolis tuis Petro & Paulo, atq; Andrea & omnibus ſanctis: da propitius pacem in dieb⁹ noſtris: vt ope miſericordiæ tuæ adiuti: & à peccato ſim⁹ ſp liberi, & ab oĩ pturbatione ſecuri. Per eund.

¶ Tunc celebrans facta reuerẽtia vſq; ad terrã, ſacrãmentũ in dexteram accipit, & eleuat vt videri poſſit à populo, & ſtatim diuidit in tres partes, quarum vltimã mittit in calicem more ſolito, nihil dicens. Pax dñi, non dr̃, nec Agnus Dei, neque pacis oſculum datur. Poſtmodũ prætermiſſa or̃one Dñe Ieſu Chriſte qui dixiſti. quia facit mẽtionem de pace: & oratione Domine Ieſu Chriſte fili Dei viui. quia facit mentionem de ſanguine: dicit tantum orationem ſequentem.

PErceptio corporis tui dñe Ieſu Chriſte, quod ego indignus ſumere præſumo, non mihi proueniat in iudicium & condemnationem: ſed pro tua pietate proſit mihi ad tutamentum mentis & corporis, & ad medelam percipiendam, Qui viuis & regnas cum Deo.

Accipit patenam cum corpore Chriſti, & cum maxima humilitate & reuerentia dicit.

PAnem cœleſtem accipiam, & nomen domini inuocabo.

Percutiat pectus ſuũ ter dicẽs.

Dñe, nõ ſum dignus, vt intres ſub tectũ meũ: ſed tantùm dic verbo, & ſanabit̃ anima mea.

Poſtea ſignat ſe ſcẽo, dicens.

COrpus dñi noſtri Ieſu Chriſti, cuſtodiat animã meam in vitam æternam. ℟. Amen.

Tunc ſumit corpus reuerẽter. Deinde omiſſis omnibus quæ dici ſolent ante ſumptionem calicis immediate particulam hoſtiæ cum vino reuerenter ſumi de calice. Poſtea, more ſolito facta ablutione digitorũ, in medio altaris inclinatus, dicit.

QUod ore ſumpſimus, domine pura mẽte capiamus: & de munere temporali fiat nobis remedium ſempiternum. Nõ dicit Corpus tuum domine, nec Poſtcomunio. nec Placeat tibi, nec datur benedictio: ſed facta purificatione, Sacerdos cum miniſtris diſcedit, & dicũtur veſperæ ſine cantu. & denudatur altare.

SAB-

SABBATHO Sancto.

Statio ad S. Iohan. in Laterano.

HOra cõpetenti cooperiũtur altaria, & dñr horæ. Interim excutit ignis de lapide, & accenditur. Dicta Nona, sacerdos indutus amictu, alba, cingulo, stola, & pluuiali violaceo, astantibus sibi ministris cum cruce, aqua bñdicta, & incẽso, bñdicit nouũ ignẽ dicens. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oratio.

DEus, qui per filium tuũ, angularẽ scilicet lapidẽ, claritatis tuæ fidelibus ignem cõtulisti, productũ ex silice, nris profuturũ vsibus: nouũ hunc ignẽ sanctifica: & concede nobis: ita, p hæc festa paschalia, cęlestibus desiderijs inflãmari, vt ad perpetuę claritatis, puris mentibus valeamus festa pertingere. Per eundem do. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

DOmine Deus, pater oĩpotens, lumen indeficiẽs, & sancte conditor omnium luminum: bene ✠dic hoc lumen, quod à te sanctificatum atque benedictum est: qui illuminasti omnem mundum: vt ab eo lumine accendamur, atque illuminemur igne claritatis tuæ: vt sicut illuminasti Moysen exeuntẽ de Ægypto: ita illumines corda, & sensus nostros: vt ad vitam æternam mereamur peruenire. Per Christum dominũ. ℟. Amen. Oro.

DOmine sancte, pr ops, æterne Deus, bñdicentibus nobis hunc ignẽ in noĩe tuo, & vnigeniti filij tui, Dei ac dñi nostri Iesu Christi, & spiritus sancti, cooperari digneris: & adiuua nos. Qui viuis & regnas cum eodẽ vnigenito tuo & spiritu sancto Deus: Per omnia sæcula sæculorũ. ℟. Amẽ.

Deinde benedicit quinq; grana incensi ponenda in cereo: dicens hanc orationẽ. Oratio.

VEniat, qs, oĩpotens De, sup hoc incensum larga tuæ bñ ✠ dictionis infusio:

&

& hunc nocturnũ ſplendorem inuiſibilis regenerator accende: vt non ſolũ ſacrificiũ quod hac nocte litatũ eſt, arcana luminis tui admiſtione refulgeat: ſed ĩ quocũq; loco ex huius ſanctificationis myſterio fuerit deportatũ, expulſa diabolicæ fraudis nequitia, virtus tuæ maieſtatis aſſiſtat. Per Chriſtum dñm noſtrum. ℟. Amẽ. Dũ benedicit incenſum, acolythus aſſumens de carbonibus benedictis ponit ĩ thuribulo. Finita vero benedictione incẽſi, ſacerdos incenſum & ignẽ benedictum aſpergit aqua benedicta: & de nauicula poſito incenſo in thuribulo, inde adolet prædicta grana incenſi & ignem benedictum. Interim omnia luminaria eccleſiæ extinguuntur, vt de igne benedicto poſtmodum accẽdantur.

¶ Deinde Diaconus indutus dalmatica albi coloris, accipit arundinem cum tribus candelis in ſummitate illius triangulo diſtinctis. Præcedit thuriferarius cũ acolytho deferente in vaſe quinq; grana incenſi. Sequitur Subdiaconus cũ cruce, & clerus per ordinem: deinde Diaconus cum arundine, poſt eum celebrans. Cum Diaconus ingreſſus eſt eccleſiam, inclinat arundinẽ, & acolythus deferens candelam accenſam de nouo igne, accendit vnam ex illis tribus candelis deſuper poſitis: & diaconus eleuãs arundinem genuflectit, ſimiliter & omnes alij cum eo: & cantat ſolus. **Lumen Chriſti.** ℟. **Deo gratias.** Procedens deinde ad medium Eccleſiæ, ibi accenditur alia candela: & iterum genuflexus vt ſup. altius cantat **Lumen Chriſti.** ℟. **Deo gratias.** Tertio procedit ante altare, vbi accenditur tertia candela, & rurſus genuflexus vt prius, adhuc altius dicit. **Lumen Chriſti.** ℟. **Deo gratias.** Deinde dat arundinem vni acolytho: & accipiens librum, petit à celebrante benedictionem, vt ſit ad Euangelium, poſtea vadit ad pulpitũ, & ponit ſuper eo librũ: & incẽſat. A dextris Diaconi ſtẽt Subdiaconus cũ cruce, & Thuriferarius: à ſiniſtris duo acolythi, ille qui tenet arundinem, & alius tenens in vaſe quinq; illa grana incenſi benedicti figenda in cereo. Tunc ſurgentibus & ſtantibus omnibus, Diaconus cantat.

Exultet


Xul tet iam angelica
turba cęlorum. Exultent diui-
na mysteria, & pro tanti regis
victoria, tuba insonet salu-
ta ris. Gaude at & tel lus
tantis iradiata fulgori bus:
& æterni regis splendore il lu-
strata, totius orbis se sentiat
ami sis se ca li ginem. Læte-
tur & mater Ecclesia, tanti lu-
minis adornata fulgoribus: &
magnis popu lorũ vocibus hæc
au la re sul tet. Quapropter
astantes vos fratres ca ris si-
mi, ad tam miram huius sancti
luminis claritatem, vna me-
cum, quæso, Dei omnipotentis
misericor di am inuoca te.

Vt


Vt qui me non meis meritis
cti, Deus. P er omnia ſæcula
intra Leuitarum nu me rum
ſæculorum. ℟. Amen. ℣.
dignatus eſt aggregare : lumi-
Dominus vobiſcum. ℟.
nis ſui claritatem infundens,
Et cum ſpiritu tuo. ℣. Sur-
cerei huius laudem implere
ſum cor da. ℟. Ha be mus
per fi ci at. Per dominum
ad Dominum. ℣. Grati as
noſtrum Ieſum Chriſtum fi-
agamus domino Deo noſtro.
lium ſuum : qui cum eo vi uit &
℟. Di gnum & iuſtum eſt.
regnat in vnitate ſpiritus ſan-
V ere dignum & iuſtum eſt.

inui si bi lem Deum patrem



sunt enim festa paschalia, in q-



omnipotentem, si li umq;



bus verus ille agnus occiditur,



eius vnigenitum, dominum



cuius sãguine postes si de li um



nostrum Iesum Christum, to-



consecrantur. Hæc nox est, in



to cordis ac mentis affectu, & vo-



qua primum patres nostros,



cis ministerio personare. Qui p



filios Israel, eductos de Aegy-



nobis æterno patri Adæ debitũ



pto, mare rubrum sicco vestigio



soluit: & veteris piaculi cautio-



transire fecisti. Hæc igitur nox



nem, pio cruore detersit. Hæc



est, quæ peccatorum tenebras,



colũnæ illuminatione purgauit.



hil enim nobis nasci profuit, nisi



Hæc nox est, quæ hodie per v-



redimi profuisset. O mira cir-



niuersum mundum, in Christo



ca nos tuæ pietatis dignatio,



credẽtes, à vitijs sæculi, & cali-



O inæstimabilis dilectio ca ri-



gine peccatorum se gregatos,



tatis: vt seruum redimeres, fi-

reddit gratiæ, sociat sanctita-



lium tradidisti. O certe necessa-



ti. Hæc nox est, in qua destru-



rium Adæ peccatum, qđ Chri-



ctis vinculis mortis Christus



sti morte deletũ est. O fœ lix



ab inferis victor ascendit. Ni-



culpa, quæ talem ac tantum me-

ruit



ruit habere redemptorē . O



ſcelera , culpas lauat: & red-



vere bea ta nox, quæ ſola me-



dit innocentiam lapſis, & mœ-



ruit ſcire tempus & horam, in



ſtis læ ti tiam . Fu gat o-



qua Chriſtus ab inferis reſurre-



di a , concor di am pa rat ,



xit . Hæc nox eſt, de qua ſcri-



cur uat im pe ri a.

Hic Diaconus infigit quinque grana incenſi benedicti in cereo in modū crucis.



ptū eſt: & nox ſicut dies illumi-



nabitur: & nox illuminatio mea



In huius igitur noctis gratia,



in de li cijs meis . Huius igi-



ſuſcipe ſancte pater incenſi hu-



tur ſanctificatio noctis fugat



ius ſacrificium veſpertinum.


quod tibi in hac cerei oblatio-
ne ſo lenni, per miniſtrorum
manus, de operibus apum,
ſacroſancta reddit Eccle ſi a.
Sed iam columnæ hu ius
præconia nouimus, quam in
ho no rem De i ru ti lans
ignis accendit.
Hic Diaconus accēdit cereum.
Qui licet ſit diuiſus in partes,
mutuati tamen luminis detri-
menta non nouit. Alitur enim
liquantibus ceris, quas in ſub-
ſtantiam pretioſæ huius lampa-
dis apis mater eduxit.
Hic accēdūrur lāpades.
O vere bea ta nox, quæ expo-
liauit Aegyptios, ditauit He-
bræos. Nox in qua terrenis cœ-
leſtia, humanis diuina iungun-
tur.

tur. Oramus ergo te domine:



lucifer, qui neſcit oc ca ſum,



vt cereus iſte in honorem tui



Ille qui regreſſus ab inferis,



nominis conſecratus, ad noctis



humano ge ne ri ſe re nus



huius caliginem deſtruendam,



il lu xit, Precamur ergo te



indeficiens perſeueret. Et in



Domine, vt nos fa mu los



odorem ſuauitatis acceptus,



tuos, omnemq; clerum, & de-

ſupernis luminaribus miſcea-



uotiſſi mum po pu lum: vna



tur. Flammas eius lucifer ma-



cum beatiſſimo Papa noſtro

tutinus inueniat, Ille, inquam



N. & An ti ſtite no ſtro N.


quiete temporum conceſſa, in
diæ tuæ munere tranquillum
his paſchalibus gaudijs, aſſidua
perpetuæ pacis accommoda :
protecti o ne regere, guber-
& cęleſtem victoriam cum om-
nare , & conſeruare digneris.
ni popu lo ſuo . Per eundem
Reſpice etiam ad de uo tiſſi-
dominum noſtrū Ieſum Chri-
mum Imperatorem noſtrum
ſtum filium tuum: qui tecum
N. cuius tu Deus de ſide rij
viuit, & regnat in vnitate ſpiri-
vota prænoſcens , in effa bi li
tus ſancti Deus : per omnia ſæ-
pic ta tis , & mi ſe ri cor-
cula ſæculorum. Amen.

¶ Com-

¶ Cõpleta benedictione cerei. Diacon⁹ depositis albis sumit violacea paramẽta, & vadit ad celebrantem. Postea leguntur prophetiæ sine titulo, & in fine prophetiarum dicũtur orationes modo subscripto.

Prophetia prima.

IN principio creauit De⁹ cęlum & terram. Terra autem erat ina nis, & vacua: & tenebræ erant super faciem abyssi, & spiritus Domini ferebatur super aquas. Dixitq́ue Deus. Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit Deus lucem, quod esset bona: & diuisit lucem à tenebris. Appellauitq́; lucem, diẽ: & tenebras, noctẽ. Factumq́; est vespere, & mane dies vnus. Dixit quoque Deus. Fiat firmamentũ in medio aquarũ: & diuidat aquas ab aqs. Et fecit Deus firmamentũ, diuisitq́; aquas, quæ erant sub firmamento, ab his, quæ erant super firmamentum. Et factũ est ita. Vocauitq́; Deus firmamentum, cœlum. Et factũ est vespere, & mane, dies secundus. Dixit vero Deus. Cõgregentur aquæ quæ sub cęlo sunt, in locũ vnũ: & appareat arida. Factũq́; est ita. Et vocauit Deus aridã, terram: cõgregationesq́; aquarum appellauit Maria. Et vidit Deus, quod esset bonũ: & ait. Germinet terra herbã virentẽ, & facientẽ semen: & lignũ pomiferum faciens fructũ iuxta genus suũ: cuius semen in semetipso sit super terram. Et factũ est ita. Et protulit terra herbam virentẽ, & afferentẽ semẽ iuxta genus suũ, lignũq́; faciẽs fructũ, & habens vnũquodq́; sementẽ secundùm speciẽ suã. Et vidit Deus ꝙ esset bonũ. Factũq́; est vespere, & mane, dies tertius. Dixit aũt Deus. Fiant luminaria in firmamento cęli, & diuidant diẽ ac noctem, & sint in signa, & tempora, & dies, & annos: vt luceant in firmamento cęli: & illuminẽt terram. Et factũ est ita. Fecitq́; Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præesset diei: & luminare minus, vt pręesset nocti: & stellas. Et posuit eas in firmamento cœli: vt lucerent sup terram, & præessent diei ac nocti, & diuiderent lucẽ ac tenebras. Et vidit Deus ꝙ esset bonũ. Et factũ est vespere, & mane, dies quartus. Dixit etiã Deus. Producant aquæ reptile animæ viuẽtis,

tis,& volatile ſuper terrã, ſub firmamento cœli. Creauitq́ue Deus cete grandia, & oẽm animam viuẽtem atq; motabilẽ, quã produxerant aquæ in ſpecies ſuas:& omne volatile ſecũdùm genus ſuũ. Et vidit Deꝰ ꝙ eſſet bonũ:benedixit eis, dicẽs. Creſcite,& multiplicamini,& replete aquas maris: auesq́ue multiplicentur ſuper terrã. Et factũ eſt veſpere,& mane, dies quintus. Dixit quoq; Deꝰ. Producat terra aĩam viuentẽ in genere ſuo:iumenta, & reptilia, & beſtias terrę ſecundùm ſpecies ſuas. Factũq́; eſt ita. Et fecit Deꝰ beſtias terræ iuxta ſpecies ſuas:& iumenta,& omne reptile terræ,in genere ſuo. Et vidit Deus quod eſſet bonum,& ait. Faciamus hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinem noſtrã:& p̃ſit piſcibus maris, & volatilibus cœli,& beſtijs, vniuerſæq́; terræ,omniq́; reptili quod mouetur in terra. Et creauit Deus hominẽ ad imaginem & ſimilitudinẽ ſuã:ad imaginẽ Dei creauit illũ:maſculũ & fęminã creauit eos. Bñdixitq́; illis Deus: & ait. Creſcite, & multiplicamini:& replete terram:& ſubijcite eam: & dominamini piſcibus maris,& volatilibus cœli, & vniuerſis animantibus,quæ mouentur ſuper terrã. Dixitq́; Deus. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſup terram: & vniuerſa ligna quæ habent in ſemetipſis ſementẽ generis ſui,vt ſint vobis in eſcã, & eunctis animantibus terræ, omniq́; volucri cęli,& vniuerſis quæ mouẽtur in terra, & in quibus eſt aĩa viuens:vt habeãt ad veſcendum. Et factũ eſt ita. Viditq́; Deus cuncta quæ fecerat:& erant valde bona. Et factum eſt veſpere,& mane dies ſextus. Igitur perfecti ſunt cęli & terra,& oĩs ornatus eorum. Cõpleuitq́; Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat:& requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrarat.

Qua cõpleta, ſacerdos dicat. Oremus. & Diaconus. Flectamus genua. Subdiaconus. Leuate.

Orario.

DEus, qui mirabiliter creaſti hominẽ, & mirabilibus redemiſti:da nobis,q̃s cõtra oblectamẽta peccati mẽtis rõne p̃ſiſtere: vt mereamur ad æterna gaudia puenire. Per do.

Prophetia ſecunda.

NOe vero cũ quingentorũ eſſet annorũ,genuit Sem, Cham,& Iaphet. Cumq́ue cępiſſent

piſſent homines multiplicari ſuper terram,& filias ptocreaſſent:videntes filij Dei filias hominũ ꝙ eſſent pulchræ:acceperunt ſibi vxores ex oĩbus quas elegerant.Dixitq; Deus. Nõ pmanebit ſpiritus meus in homine in æternũ,quia caro eſt: eruntq; dies illius centũ viginti annorũ. Gigantes autẽ erant ſuper terrã in diebus illis.Poſtquam enim ingreſſi ſunt filij Dei ad filias hominum, illæq; genuerunt:iſti ſunt potentes à ſæculo viri famoſi. Videns aũt Deus ꝙ multa malitia hominum eſſet in terra: & cũcta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore: pœnituit eum,ꝙ hominẽ feciſſet in terra. Et præcauens in futurũ, & factus dolore cordis intrinſecus:Delebo (inquit) hominẽ quem creaui à facie terræ, ab homine vſque ad animantia: à reptili vſque ad volucres cœli. Pęnitet enim me feciſſe eos. Noe vero inuenit gratiam coram Deo. Hæ ſunt generationes Noe. Noe vir iuſtus atq; pfectus fuit in generationibus ſuis,cũ Deo ambulauit. Et genuit tres filios,Sem,Chã,& Iapheth, Corrupta eſt autẽ terra corã Deo,& repleta eſt iniquitate.Cumq; vidiſſet Deus terrã eſſe corruptã, (omnis quippe caro corruperat viam ſuam ſuper terram) dixit ad Noe:Finis vniuerſæ carnis venit corã me: repleta eſt terra iniquitate à facie eorum:& ego diſperdã eos cum terra,Fac tibi arcam de lignis læuigatis. Manſiunculas in arca facies: & bitumine linies intrinſecus, & extrinſec⁹. Et ſic facias eam. Trecentorũ cubitorũ erit longitudo arcæ: quinquaginta cubitorũ altitudo illi⁹.Feneſtrã in arca facies: & in cubito cõſummabis ſummitatem eius. Oſtium aũt arcę pones ex latere deorſum.Cęnacula & triſtega facies in ea. Ecce ego adducam diluuij aquas ſuper terrã: vt interficiã omnẽ carnẽ, in qua ſpiritus vitæ eſt ſubter cœlum:& vniuerſa quæ in terra ſunt,conſumentur:Ponamq́ fędus meum tecũ: & ingredieris arcã tu & filij tui, vxor tua,& vxores filiorũ tuorum tecum. Et ex cunctis animantibus vniuerſę carnis bina induces in arcam,vt viuant tecum,maſculini ſexus, & fęmi nini. De volucribus iuxta genus ſuum,& de iumentis in genere ſuo, & ex omni reptili terræ ſecundùm genus ſuum: bina

bina de omnibus ingrediẽtur tecũ, vt possint viuere. Tolles igitur tecũ ex oĩbus escis quæ mandi possunt, & cõportabis apud te: & erunt tam tibi quã illis ĩ cibũ. Fecit ergo Noe oĩa quæ pręceperat illi Deus. Eratque sexcentorũ annorũ qñ diluuij aquæ inundauerunt sup terram. Rupti sunt aũt oẽs fontes abyssi magnæ, & cataractæ cęli apertę sunt: & facta est pluuia super terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. In articulo diei illius ingressus est Noe, Sem, Cham, & Iapheth filij eius, vxor illius, & vxores filiorum eius cum eo in arcam: ipsi & omne animal secundum genus suũ, vniuersaq́; iumenta in genere suo, & omne quod mouetur super terrã in genere suo, cunctũq́; volatile secundũ genus suum. Porro arca ferebatur super aquas. Et aquæ præualuerunt nimis sup terram: opertique sunt omnes montes excelsi sub vniuerso cę lo. Quindecim cubitis fuit altior aqua super montes quos operuerat. Cõsumptaq́; est oĩs caro, quæ mouebatur super terram, volucrum, animantium, bestiarũ, omniumq́; reptiliũ, quæ reptant super terram. Remansit autem solus Noe, & q̃ eum eo erant, in arca. Obtinueruntq́; aquæ terrã cẽtum quinquaginta diebus. Recordatus aũt dñs Noe, cunctorumq́; animantiũ, & omniũ iumentorũ quæ erãt cum eo in arca, adduxit spiritum super terrã, & imminutæ sunt aquę. Et clausi sũt fontes abyssi, & cataractæ cęli, & prohibitæ sunt pluuiæ de cęlo. Reuersæq́; sunt aquæ de terra euntes & redeuntes: & cœperunt minui post centum quinquaginta dies. Cũq́; transissent quadraginta dies, aperiẽs Noe fenestrã arcæ quam fecerat, dimisit coruum. Qui egrediebatur, & nõ reuertebatur, donec siccarentur aquæ super terrã. Emisit quoq; colũbã post eũ, vt videret si iã cessassent aquæ sup faciẽ terræ. Quę cũ non inueniret vbi requiescere pes eius, reuersa est ad eũ in arcã. Aquæ enim erant sup vniuersam terram. Extẽditq́; manũ, & apprehẽsam intulit in arcã. Expectatis autem vltra septẽ diebus alijs, rursum dimisit columbam ex arca. At illa venit ad eum ad vesperam, portans ramũ oliuæ virentibus folijs in ore suo. Intellexit ergo Noe, q̃ cessassent aquæ super terrã. Expectauitq́;

cap. 7.

cap. 8.

nihi-

nihilominus ſeptem diebus alijs. & emiſit columbã, quæ nõ eſt reuerſa vltra ad eum. Locutus eſt aũt dñs ad Noe dicens. Egredere de arca tu, & vxor tua: filij tui, & vxores filiorum tuorũ tecũ. Cuncta animantia quæ ſunt apud te, ex oĩ carne tã in volatilibus quã in beſtijs & vniuerſis reptilibus, quę reptãt ſuper terrã, educ tecũ: & ingredimini ſup terram. Creſcite, & multiplicamini ſup eã. Egreſſus eſt ergo Noe & filij eius: vxor illius, & vxores filiorũ eius cũ eo. Sed & oĩa animantia, iumenta, & reptilia quæ reptant ſuper terrã ſecundũ genus ſuũ, de arca egreſſa sũt. Ædificauit aũt Noe altare dño, & tollẽs de cũctis pecoribus & volucribus mũdis, obtulit holocauſta ſup altare. Odoratusq́; eſt dñs odorẽ ſuauitatis. O remus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

DEus incommutabilis virtus, & lumẽ æternum: reſpice propitius ad totius eccleſiæ tuæ mirabile ſacramentũ, & opus ſalutis humanæ, ꝑpetuæ diſpoſitionis effectu tranquillius operare: totusq́; mundus experiatur, & videat: deiecta erigi, inueterata renouari, & p ipſum redire oĩa in integrum, à quo ſumpſere principium. Per dominum noſtrum, &c.

Prophetia tertia.

IN diebus illis, Tentauit Deꝰ Abrahã, & dixit ad eũ. Abraham, Abraham. At ille rñdit. Adſum. Ait illi. Tolle filiũ tuũ vnigenitum quẽ diligis Iſaac, & vade in terrã viſionis: & offeres eum ibi in holocauſtum ſuper vnũ montuũ, quẽ monſtrauero tibi. Igitur Abrahã de nocte conſurgens, ſtrauit aſinum ſuũ: ducens ſecũ duos iuuenes, & Iſaac filiũ ſuũ. Cumq́; concidiſſet ligna in holocauſtũ: abijt ad locũ quẽ præceperat ei Deꝰ. Die aũt tertio, eleuatis oculis, vidit locũ ꝓcul: dixitq́; ad pueros ſuos: Expectate hic cũ aſino: ego & puer illuc vſq́; ꝓperãtes, poſtq̃ adorauerimus, reuertemur ad vos. Tulit quoq́; ligna holocauſti, & impoſuit ſup Iſaac filiũ ſuum: ipſe vero portabat in manibus ignẽ & gladiũ. Cũq́; duo pergerent ſimul, dixit Iſaac patri ſuo. Pater mi. At ille reſpondit. Quid vis fili? Ecce (inquit) ignis & ligna: vbi eſt victima holocauſti? Dixit Abraham. Deus prouidebit ſibi victimã holocauſti, fili mi. Pergebant ergo pariter, veneruntq́; ad locũ, quẽ oſtenderat

derat ei Deus: in quo ædificauit altare, & desuper ligna cõposuit. Cũq; colligasset Isaac filium suum, posuit eũ in altare sup struem lignorũ. Extenditq; manum, & arripuit gladiũ, vt immolaret filiũ suũ. Et ecce angelus de cęlo clamauit dicens: Abrahã, Abraham. Qui rñdit. Adsum. Dixitq; ei. Ne extẽdas manũ tuã sup puerũ: neq; facias illi quicquã. Nunc cognoui q̃ timeas Deum, & non pepercisti filio tuo vnigenito ꝓpter me. Leuauit Abrahã oculos: viditq; post tergum arietẽ inter vepres, herentẽ cornibus, quem assumens obtulit holocaustũ pro filio. Appellauitq; nomen loci illius, Dñs videt. vnde vsque hodie dr̃: In monte dominus videbit. Vocauit aũt Angelus domini Abraham secundo de cœlo, dicens. Per memetipsum iuraui, dicit dñs, qa fecisti rem hanc, & non pepercisti vnigenito filio tuo ꝓpter me: benedicẽs benedicam tibi, & multiplicabo semen tuũ sicut stellas cęli, & velut arenã, quæ est in litore maris. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, & benedicentur in semine tuo omnes gẽtes terræ, quia obedisti voci meæ. Reuersusq; est Abrahã ad pueros suos: abieruntq; Bersabee simul, & habitauit ibi. Orem⁹. Flectamus gen. ℟. Leuate. Or̃.

DEus fideliũ pater summe: qui in toto orbe terrarũ, promissionis tuæ filios diffusa adoptionis gratia multiplicas, & per paschale sacramentum, Abraham puerum tuum vniuersarum, sicut iurasti, gentiũ efficis patrem: da populis tuis digne ad gratiam tuæ vocationis introire. Per dominum no.

Prophetia quarta. Exod. 14

IN diebus illis: Factum est in vigilia matutina, & ecce respiciens dñs super castra Ægyptiorum per columnã ignis, & nubis, interfecit exercitũ eorũ: & subuertit rotas curruum, ferebanturq; in profundũ. Dixerunt ergo Ægyptij. Fugiamus Israelẽ: dominus enim pugnat pro eis cõtra nos. Et ait dñs ad Moysen. Extende manum tuã super mare: vt reuertant aquæ ad Ægyptios super currus & equites eorum. Cumq; extendisset Moyses manum contra mare, & reuersum est primo diluculo ad priorem locum. Fugientibusq; Ægyptijs, occurrerunt aquæ: & inuoluit eos dominus in medijs fluctibus. Reuersęq;

uerſæq; ſunt aquæ, & operuerũt currus & eqtes cũcti exercitus Pharaonis, qui ſequẽtes ingreſſi fuerãt mare: nec vnus qdẽ ſuperfuit ex eis. Filij autẽ Iſrael prexerũt per mediũ ſicci maris: & aquæ eis erãt quaſi pro muro à dextris & à ſiniſtris. Liberauitq; dñs in die illo Iſrael de manu Ægyptiorũ. Et viderũt Ægyptios mortuos ſup litus maris, & manũ magnã quã exercuerat dñs cõtra eos. Timuitq; populus dñm: & crediderunt dño, & Moyſi ſeruo eius. Tunc cecinit Moyſes, & filij Iſrael, carmen hoc domino, & dixerũt. Tractus.

Cantemus dño: glorioſe ẽm honorificatus eſt: equum & aſcẽſorem ℣iecit in mare: adiutor, & ℣rector factus eſt mihi in ſalutẽ. ℣. Hic eſt Deus meꝰ, & honorificabo eũ: Deꝰ patris mei, & exaltabo eũ. ℣. Dñs conterens bella: dñs nomen eſt illi. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oro.

DEus, cuius antiqua miracula etiam noſtris ſęculis coruſcare ſentimus: dum, quod vni populo, à perſecutione Ægyptiaca liberando, dexteræ tuæ potentia cõtuliſti: id in ſalutem gentium per aquam regenerationis operaris: præſta vt in Abrahæ filios, & in Iſraeliticam dignitatem totius mundi tranſeat plenitudo. Per dominum noſtrum.

Prophetia quinta. Iſa. 55.

HÆc eſt hæreditas ſeruorũ Dñi, & iuſtitia eorum apud me, dicit dñs. Omnes ſitientes venite ad aquas: & qui non hẽtis argentum, ℣perate, emite, & comedite. Venite, emite abſq; argẽto, & abſq; vlla cõmutatione vinũ & lac. Quare appenditis argentũ nõ in panibus, & laborem veſtrum nõ in ſaturitate? Audite audientes me, & comedite bonum: & delectabitur ĩ craſſitudine anima veſtra. Inclinate aurem veſtram, & venite ad me: audite, & viuet anima ueſtra: & feriã vobiſcum pactũ ſempiternũ, miſericordias Dauid fideles. Ecce teſtem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus. Ecce, gentẽ quã neſciebas vocabis: & gentes, quæ non cognouerunt te, ad te current ℣propter dñm Deum tuũ, & ſanctũ Iſrael: qa glorificauit te. Quærite dñm dum inueniri poteſt: inuocate eum dum prope eſt. Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes

nes ſuas:& reuertatur ad dñm, & miſerebitur eius, & ad Deũ nr̃m, qm̃ multus eſt ad ignoſcẽdũ. Non enim cogitationes meæ, cogitationes veſtræ: neque vię meę vię veſtrę, dicit dominus. Quia ſicut exaltãtur cę li à terra: ſic exaltatæ ſunt viæ meę à vijs veſtris, & cogitationes meæ à cogitationibus veſtris. Et quomodo deſcẽdit imber, & nix de cœlo, & illuc vltra non reuertitur, ſed inebriat terram, & infundit eam: & germinare eam facit, & dat ſemen ſerenti, & panẽ comedenti: Sic erit verbum meum quod egre dietur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuum, ſed faciet quæcũque volui, & proſperabitur in his ad quæ miſi illud: dicit dominus omnipotens.

O remus. Flectamus genua.

℟. Leuate.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deꝰ, multiplica in honorem nominis tui quod patrũ fidei ſpopondiſti: & promiſſionis filios ſacra adoptione dilata: vt, quod priores ſancti non dubitauerunt futurum, eccleſia tua iam ex parte cognoſcat impletum. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ filium tuum, Qui tecum, &c.

Prophetia ſexta.

Baruc.

AVdi Iſrael mandata vitę: auribus percipe, vt ſcias prudentiam. Quid eſt Iſrael, quòd in terra inimicorum es? Inueteraſti in terra aliena: coinquinatus es cum mortuis: deputatus es cũ deſcendentibus in infernum. Dereliquiſti fontẽ ſapiẽtiæ. Nã ſi in via Dei ambulaſſes, habitaſſes vtiq; in pace ſuper terram. Diſce vbi ſit ſapientia, vbi ſit virtus, vbi ſit prudentia, vbi ſit intellectus: vt ſcias ſimul, vbi ſit longitur-nitas vitæ & victus, vbi ſit lumẽ oculorũ & pax. Quis inuenit locũ eius? Et qs introiuit in theſauros eius? Vbi ſunt principes gentium, & qui dñantur ſuper beſtias, quæ ſunt ſuper terram? Qui in auibus cęli ludunt, qui argentũ theſaurizãt, & aurum in quo confidunt homines, & non eſt finis acquiſitionis eorum? Qui argentum fabricãt, & ſoliciti ſunt: nec eſt inuentio operum illorum? Exterminati ſunt, & ad inferos deſcenderunt: & alij in locum eorum ſurrexerunt. Iuuenes viderunt lumen: & habitauerũt ſuper terram. Viam autem diſciplinæ neſcierũt: neq; intellexerunt ſemitas eius: neque ſuſcepe-

ſceperunt eā filij eorū. A facie eorum longe facta eſt. Non eſt audita in Chanaā: neq; viſa eſt in Themam. Filij quoq; Agar, qui exquirunt prudentiam, q̄ de terra eſt: negociatores terrę & Themam: & fabulatores, & exquiſitores prudentiæ & ītelligentiæ: viam aūt ſapiētię neſcierūt: neq; meminerūt ſemitarum eius. O Iſrael, q̄ magna eſt domus Dei, & ingens locus poſſeſſionis ei⁹? Magnus, & nō habet conſummationē: excelſus & immēſus. Ibi fuerunt gigātes nominati illi, qui ab initio fuerunt, ſtatura magna ſciētes bellum. Nō hos elegit dñs: neq; viā diſciplinæ dedit illis, propterea perierunt. Et qm̄ nō habuerunt ſapientiam: interierunt pp ſuam inſipientiā. Quis aſcendit in cœlum, & accepit eam, & eduxit eā de nubibus? Quis transfretauit mare, & inuenit eam, & attulit eam ſuper aurum electum? Non eſt, qui ſciat viam eius, neq; qui excogitet ſemitas eius. Sed qui ſcit vniuerſa, nouit illam: & adinuenit eā prudentia ſua. Qui pfecit terrā in ſempiterno tpe: & adimpleuit eā pecudib⁹. Vocauitq; eā, & obaudiuit eum in tremore. Stellæ autē dederunt lumen in cuſtodijs ſuis, & lætatæ ſunt. Vocatæ ſunt, & dixerunt, ádſumus. Et luxerūt ei cū iucūditate, q̄ fecit illas. Hic eſt Deus nr̄: & non æſtimabit ali⁹ ad eum. Hic adinuenit omnē viam diſciplinæ: & dedit illam Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. Poſt hæc ſuper terrā viſus eſt: & cum hoībus conuerſatus eſt. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

DEus, qui eccleſiam tuam ſemper gētium vocatione multiplicas: concede propitius: vt, quos aqua baptiſmatis abluis, continua protectione tuearis. Per dominum noſtrū.

Prophetia ſeptima.

IN diebus illis: Facta eſt ſuper me manus Domini, & eduxit me in ſpiritu Dñi: & diſmiſit me in medio campi, qui erat plenus oſſibus, & circūduxit me per ea in gyrū. Erāt aūt multa valde ſuper faciem campi, ſiccaq́; vehemēter. Et dixit ad me. Fili hominis, putaſne viuēt oſſa iſta? Et dixi. Dñe De⁹, tu noſti. Et dixit ad me. Vaticinare de oſſib⁹ iſtis: & dices eis. Oſſa arida audite verbum dñi. Hæc dicit dñs Deus oſſib⁹ his. Ecce ego intromittā in vos ſpiritū, & viuetis. Et dabo ſup vos ner- Eze. 37

neruos, & ſuccreſcere faciam ſuper vos carnes: & ſuperextẽdam in vobis cutẽ:& dabo vobis ſpũm, & viuetis: & ſcietis qa ego dñs.Et ꝓphetauit ſicut prꝫceperat mihi. Factus eſt aũt ſonitus prophetante me, & ecce commotio. Et acceſſerũt oſſa ad oſſa: vnũquodq; ad iunctũrã ſuã. Et vidi:& ecce ſuper ea nerui, & carnes aſcenderũt: & extenta eſt in eis cutis déſuper: & ſpiritum non habebãt. Et dixit ad me. Vaticinare ad ſpiritum,vaticinare fili hominis, & dices ad ſpiritum. Hæc dicit dñs Deus.A quatuor ventis veni ſpiritus, & inſuffla ſuper interfectos iſtos,& reuiuiſcant.Et prophetaui,ſicut prꝫceperat mihi. Et ingreſſus eſt ĩ ea ſpiritus:& vixerunt: & ſtetерunt ſuper pedes ſuos exercitus grandis nimis valde.Et dixit ad me. Fili hominis, oſſa hæc vniuerſa,domus Iſrael eſt. Ipſi dicunt: aruerunt oſſa noſtra,perijt ſpes nra, & abſciſſi ſumus. Propterea vaticinare, & dices ad eos.Hꝫc dicit dominus Deus.Ecce ego aperiam tumulos veſtros, & educam vos de ſepulcris vris populeme: & inducam vos in terram Iſrael.Et ſcietis quia ego dñs,cũ aperuero ſepulcra vra: & eduxero vos de tumulis vris ppſe meus: & dedero ſpm meũ in vobis,& vixeritis: & reqeſcere vos faciã ſup humũ veſtrã, dicit dñs ops. Oremus. Flectamus gen. ℟. Leuate. Ofo.

DEus, qui nos ad celebrãdum paſchale ſacramẽtũ vtriuſq; teſtaméti paginis, inſtruis: da nobis intelligere mĩam tuã: vt ex perceptione prꝫſentium munerum,firma ſit expectatio futurorũ.Per d.

Prophetia octaua.

APprehendent ſeptẽ mulieres virum vnũ in die illa,dicentes.Panem noſtrum comedemus,& veſtimẽtis noſtris operiemur: tantummõ inuocetur nomen tuũ ſuper nos:aufer opprobriũ nrm. In die illa erit germẽ domini in magnificentia,& in gloria,& fructꝰ terræ ſublimis:& exultatio his q ſaluati fuerint de Iſrael.Et erit, oĩs qui relictus fuerit in Sion:& reſiduis in Ieruſalem: ſanctus vocabitur, oĩs, qui ſcriptus eſt in vita in Ieruſalem. Si abluerit dñs ſordes filiarum Sion: & ſanguinem Ieruſalem lauerit de medio eius,in ſpiritu iudicij, & ſpiritu ardoris.Et creabit dñs

Deus

Deus ſuper omnẽ locum mõtis Sion, & vbi inuocatus eſt, nubem per diem, & fumum, & ſplendorem ignis flammantis in nocte: ſuper omnem enim gloriam protectio. Et tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æſtu: & in ſecuritatem & abſconſionem, à turbine & a pluuia. Tractus.

V. Vinea facta eſt dilecto in cornu, in loco vberi. ℣. Et maceriam circundedit, & circunfodit, & plantauit vineã Sorec, & ædificauit turrim in medio eiº. ℣. Et torcular fodit in ea: vinea enim Domini ſabaoth, domus Iſrael eſt. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

DEus, qui in omnibus eccleſiæ tuæ filijs, ſanctorũ prophetarũ voce manifeſtaſti ĩ oĩ loco dñationis tuæ ſatorẽ te bonorũ ſeminum, & electorum palmitum eſſe cultorem: tribue, quæſumº, populis tuis, qui & vinearum apud te nomine cenſentur & ſegetum: vt, ſpinarum, & tribulorum ſqualore reſecato, digna efficiantur fruge fęcundi. Per Dominum.

Prophetia nona.

IN diebus illis: Dixit Dñs ad Moyſen & Aaron in terra Ægypti, vt ĩ fer. vj. paraſceues. M. R. N.

95. qua finita dr Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oro.

OMps ſempiterne Deus, q in oĩum operũ tuorũ diſpenſatione mirabilis es: intelligant redempti tui, non fuiſſe excellentius, quòd initio factus eſt mundus, quam quòd in fine ſæculorum paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Qui tecum viuit, & reg.

Prophetia decima.

IN diebus illis. Factum eſt verbum Dñi ad Ionã prophetã ſecundò, dicẽs. Surge, & vade in Niniuen ciuitatẽ magnã: & prædica in ea prædicationem quã ego loquar ad te. Et ſurrexit Ionas, & abijt in Niniuen iuxta verbum dñi. Et Niniue erat ciuitas magna itinere dierũ triũ. Et cępit Ionas introire in ciuitatẽ itinere diei vnius: & clamauit, & dixit. Adhuc quadragĩta dies, & Niniue ſubuertẽ. Et crediderũt viri Niniuitę ĩ dño: & p̃dicauerũt ieiunĩũ, & veſtiti ſũt ſaccis à maiore uſq; ad minorẽ. Et puenit verbũ ad regẽ Niniue: & ſurrexit d ſolio ſuo, & abiecit veſtimentũ ſuũ à ſe, & ĩdutus eſt ſacco, & ſedit ĩ cinere. Et clamauit, & dixit in Niniue ex ore regis & prĩcipũ eius, dicẽs. Hoĩes, & iumẽta, & boues,

Ion. 3.

boues, & pecora non guſtent quicquàm, nec paſcantur, & aquam non bibant: Et operiantur ſaccis homines & iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine: & conuertatur vir à via ſua mala, & ab iniquitate quæ eſt in manibus eorum. Quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat Deus: & reuertatur à furore iræ ſuæ, & non peribimus? Et vidit Deus opera eorum, quia conuerſi ſunt de via ſua mala: & miſertus eſt populo ſuo, Dominus Deus noſter. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

DEus, qui diuerſitatem gẽtium in confeſſione tui nominis adunaſti: da nobis & velle & poſſe quæ præcipis: vt populo ad æternitatem vocato, vna fit fides mentium, & pietas actionum. Per Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, Qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Deu. 31

Prophetia vndecima.

IN diebus illis. Scripſit Moyſes canticum: & docuit filios Iſrael. Præcepitque Dominus Ioſue filio Nun: & ait. Confortare, & eſto robuſtus. Tu enim introduces filios Iſrael in terrã quã pollicitus ſum eis: & ego ero tecum. Poſtquam ergo ſcripſit Moyſes verba legis huius in volumine atque compleuit: præcepit leuitis qui portabant arcam fœderis Domini dicẽs. Tollite librum iſtum, & ponite eum in latere arcæ fœderis Domini Dei veſtri: vt ſit ibi cõtra te in teſtimonium. Ego enim ſcio contentionem tuam: & ceruicem tuam duriſſimam. Adhuc viuente me & ingrediente vobiſcum, ſemper contentioſe egiſtis contra Dominum: quanto magis cum mortuus fuero? Congregate ad me omnes maiores natu per tribus veſtras atque doctores: & loquar audiẽtibus eis ſermones iſtos, & inuocabo contra eos cœlum, & terram. Noui enim quod poſt mortem meã inique agetis: & declinabitis cito de via quam præcepi vobis. Et occurrent vobis mala in extremo tempore: quando feceritis malum in cõſpectu Domini, vt irritetis eum per opera manuum veſtrarum. Locutus eſt ergo Moyſes, audiente vniuerſo cẽtu filiorum Iſrael, verba carminis huius: & ad finem vſq; compleuit. Tractus.

At-

Deut. 32. Attende cœlum, & loquar, & audiat terra verba ex ore meo. ℣. Expectetur sicut pluuia eloquium meum: & descendát sicut ros verba mea. ℣. Sicut imber super gramen: & sicut nix super fœnum: & nomen Domini inuocabo. ℣. Date magnitudinem Deo nostro: De⁹, vera opera eius, & oẽs viç eius iudicia. ℣. Deus fidelis, in quo nõ est iniquitas: iustus & sanctus Dñs. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

DEus celsitudo humiliũ, & fortitudo rectorum: qui per sanctum Moysen puerum tuum, ita erudire populum tuum sacri carminis tui decantatione voluisti: vt illa legis iteratio fieret etiam nostra directio: excita in omnem iustificatarum gentium plenitudinem potentiam tuam, & da lætitiam mitigando terrorem: vt omnium peccatis tua remissione deletis: quod denunciatum est in vltionem, transeat in salutem. Per Domi.

Prophetia duodecima.

Dan. 3. IN diebus illis. Nabuchodonosor rex fecit statuam auream, altitudine cubitorũ sexaginta, latitudine cubitorũ sex: & statuit eam in campo Dura prouinciæ Babylonis. Itaque Nabuchodonosor rex misit ad congregandos satrapas, magistratus, & iudices, duces, & tirannos, optimates, & præfectos, omnesque principes regionum: vt conuenirent ad dedicationem statuæ, quam erexerat Nabuchodonosor rex. Tunc cõgregati sunt satrapę, magistratus, & iudices, duces, & tiranni, & optimates qui erant in potestatibus constituti, & vniuersi principes regionum: vt conuenirent ad dedicationem statuæ quam erexerat Nabuchodonosor Rex. Stabant autem in conspectu statuæ quam posuerat Nabucho donosor rex: & præco clamabat valenter. Vobis dicitur populis, tribubus, & linguis. In hora qua audieritis sonitum tubæ, & fistulæ, & citharæ, sambucæ, & psalterij, simphoniæ, & vniuersi generis musicorum: cadentes adorate statuam auream quam constituit Nabuchodonosor rex. Siquis autem nõ prostratus adorauerit, eádem hora mittetur in fornacem ignis ardẽtis. Post hæc igitur statim vt audierũt omnes populi sonitum tubæ, fistulæ, & citharæ, sambucæ, &

psalterij,& simphoniæ, & omnis generis musicorum, cadentes omnes populi,tribus,& linguæ,adorauerunt statuam auream quam cõstituerat Nabuchodonosor rex. Statimq; in ipso tempore accedentes viri Chaldæi accusauerunt Iudęos, dixeruntq; Nabuchodonosor regi. Rex in æternum viue. Tu rex posuisti decretum : vt omnis homo qui audierit sonitũ tubæ,fistulæ,& citharę,sambucæ, & psalterij,& simphonię, & omnis generis musicorum, prosternat se, & adoret statuã auream. Siquis autem nõ procidens adorauerit, mittatur in fornacem ignis ardentis . Sunt ergo viri Iudæi, quos cõstituisti super opera regionis Babyloniæ,Sidrach,Misach, & Abdenago . Viri isti contempserunt rex decretum tuum:Deos tuos non colunt, & statuam auream quam erexisti nõ adorant . Tunc Nabuchodonosor rex in furore & ira præcepit, vt adducerentur Sidrach, Misach, & Abdenago . Qui confestim adducti sunt in conspectu regis. Pronunciansque Nabuchodonosor rex, ait eis. Vere ne Sidrach , Misach , & Abdenago Deos meos non colitis,& statuã auream quam cõstitui,non adoratis?Nunc ergo si estis parati, quacunq; hora audieritis sonitũ tubæ, fistulæ,citharæ,sambucæ, & psalterij,& simphoniæ,oĩsq; generis musicorũ,,psternite vos,& adorate statuam quam feci.Quod si non adoraueritis:eádem hora mittemini in fornacẽ ignis ardentis . Et quis est Deus,qui eripiat vos de manu mea ? Respondentes Sidrach , Misach, & Abdenago,dixerunt Nabuchodonosor regi.Non oportet nos de hac re respondére tibi. Ecce enim Deus noster quem colimus , potest nos eripere de camino ignis ardentis, & de manibus tuis , ò rex, liberare . Quod si noluerit , notum sit tibi rex : quia Deos tuos non colimus, & statuam auream , quam erexisti , non adoramus . Tunc Nabuchodonosor repletus est furore : & aspectus faciei illius immutatus est super Sidrach, Misach, & Abdenago . Et præcepit vt succenderetur fornax septuplum,quàm succendi consueuerat . Et viris fortissimis de exercitu suo iussit:vt ligatis pedibus Sidrach,Misach, & Abdenago,mitterẽt eos in fornacem

cem ignis ardentis. Et cõfestim viri illi vincti cũ braccis suis, & tiaris, & calceamentis, & vestibus, missi sunt in mediũ fornacis ignis ardentis. Nam iussio regis vrgebat. Fornax autẽ succensa erat nimis. Porro viros illos qui miserant Sidrach, Misach, & Abdenago, interfecit flamma ignis. Viri autem hi tres, id est, Sidrach, Misach, & Abdenago ceciderunt in medio camino ignis ardentis, colligati. Et ambulabãt in medio flammæ laudantes Deum, & benedicentes dño. Hic non dr̃ Flectamus genua. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, spes vnica mundi, qui prophetarum tuorum p̃conio prẽsentium temporum declarasti mysteria: auge populi tui vota placatus, quia in nullo fidelium nisi ex tua inspiratione proueniunt, quarumlibet incrementa virtutũ. Per. His expletis, si Ecclesia habuerit fontem baptismalẽ, sacerdos benedicturus fontẽ accipit pluuiale violaceũ, & ꝓcedit vsq; ad fontẽ, ꝓcedentibus ministris cũ cruce, & cereo bñdicto accenso. Interea, dũ descẽdit ad fontẽ cantat seq. Tract⁹.

Sicut ceruus desiderat ad fontẽ aquarũ: ita dsiderat aĩa mea ad te Deus. ℣. Sitiuit aĩa mea ad Deũ fontẽ viuũ, qñ veniã, & apparebo añ faciẽ Dei? ℟ Fuerũt mihi lacrymę meæ panes die, ac nocte: dũ dr̃ mihi p̃ singulos dies, vbi est Deus tuus? Deinde sacerdos anteq̃ intret ad bñdictionẽ fontis, dicit hãc oratiõnẽ ibi iuxta fontẽ. ℣. Dñs vob. ℟. Et cũ spi. Orem⁹. Oro.

OMps sempiterne Deus, respice ꝓpitius ad deuotionẽ ppli renascẽtis: qui, sicut ceruus, aquarum tuarũ expetit fontẽ: & cõcede ꝓpitius, vt fidei ipsius sitis, baptismatis mysterio aĩam corpusq; sctificet. Per. ℟. Amen. Postea ꝓcedit ad benedictionẽ fontis, dicẽs. ℣. Dominus vobiscũ. ℟ Et cũ spiritu tuo. Oremus. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, adesto magnæ pietatis tuæ mysterijs, adesto sacramentis: & ad recreãdos nouos populos, quos tibi fons baptismatis pãrturit, spiritum adoptionis emitte: vt quod nostræ humilitatis gerẽdum est ministerio, virtutis tuæ implea tur effectu. Per dominum nostrum Iesum Christum filiũ. Eleuans vocem in modũ Præfationis prosequitur.


Per omnia sæcula sæculo-
re: Dñe sancte, pater ops, æter-
rū. ℟. Amē. ℣. Dominus vo-
ne Deus. Qui inuisibili poten-
biscum. ℟. Et cum spiri-
tia sacramētorū tuorum mirabi-
tu tuo. ℣. Sursum corda.
liter operaris effectum. Et licet
℟. Habemus ad Dominum.
nos tantis mysterijs exequendis
℣ Gratias agamus dño Deo nro.
simus indigni: tu tamē gratię tuę
℟. Dignum & iustum est.
dona non deserēs, etiā ad preces
Vere dignū & iustū est, æquū & salu-
nostras aures tuæ pietatis incli-
tare: nos tibi sēp & vbiq; gras age-
nas. Deus, cuius spūs sup aquas,

inter

inter ipſa mundi primordia fe-
rebaꝫ : vt iam tũc virtutẽ ſancti-
ficationis aquarũ natura conci-
peret. Deus, q̃ nocentis mundi
crimina p̃ aquas abluens, rege-
nerationis ſpeciem in ipſa dilu-
uij effuſione ſignaſti : vt vnius
eiuſdemq; elementi myſterio, &
finis eſſet vitijs, & origo vir-
tutibus. Reſpice domine in
faciẽ Eccleſiæ tuæ, & multiplica
in ea regñationes tuas, q̃ gratiæ
tuæ affluentis impetu lætificas
ciuitatẽ tuã, fontẽq; baptiſmatis
aperis toto orbe terrarũ gẽtibus
innouandis : vt tuæ maieſtatis
imperio, ſumat vnigeniti tui gra-
tiã de ſpũ ſancto.
Sacerdos diuidit aquã manu in modum crucis dicens.


Qui hanc aquã regenerandis
in vnam pariat gratia mater in-
hominibus ꝑparatã, arcana ſui
fantiam. Procul ergo hinc iu-
numinis admiſtione fęcundet:
bẽtę te Dñe, omnis ſpiritus im-
vt ſanctificatione concepta, ab
mundus abſcedat: ꝓcul tota ne-
ĩmaculato diuini fontis vtero,
quitia diabolicæ fraudis abſiſtat.
in nouã renata creaturam, pro-
Nihil hic loci hẽat cõtrarię virtu-
genies cœleſtis emergat. Et
tis admiſtio: nõ inſidiãdo circũ-
quos aut ſexus in corpore, aut
uolet: nõ latẽdo ſurrepat: non in-
ætas diſcernit in tẽpore, omnes
ficiendo corrumpat.
Aquã manu tãgit.

Sit



Sit hęc ſancta & innocens crea-



tura: libera ab omni impugna-



toris incurſu:& totius nequitiæ



purgata diſceſſu. Sit fons viuus,



aqua regenerans,vnda purifi-



cans,vt omnes, hoc lauacro ſa-



lutifero diluendi, o pe rante



in eis ſpi ri tu ſancto, per fe-



ctæ purgationis indulgentiam



conſequantur.

Facit crucē ſupra fontē dicens.



Vnde bene ✠ dico te creatura



aquę: per Deum ✠ viuū: per



Deum ✠ verū: per Deum ✠



ſanctū: per Deū, qui te in prin-



cipio, verbo ſeparauit ab arida:



cuius ſpiritus ſuper te ferebat.

Diuidit aquam & effundit in quatuor mundi partes dicens.



Qui te de paradiſi fonte ma-

nare

nare fecit, & ī quatuor flumini-
bus diuidens, totam terram riga-
re præcepit. Qui te in deserto
amarā suauitate indita fecit esse
potabilē, & sitiēti populo de pe-
tra produxit. Bene ✠dico te &
per Iesum Chm filiū eius vni-
cū dm nm: q te in Cana Gali-
læ signo admirabili, sua potētia
cōuertit ī vinū. Qui pedibus sup
te ambulauit: & à Iohanne in
Iordane in te baptizatus est:
Qui te vna cum sanguine de la-
tere suo pduxit, & discipulis suis
iussit, vt credentes baptizarentē
in te, dicens. Ite, docete oēs gen-
tes baptizantes eos. In nomine
patris, & filij, & spiritus sancti.

Mutat

Mutat vocem, & prosequitur in modum lectionis.

HÆc nobis p̃cepta seruãtibus, tu Deus op̃s clemẽs adesto: tu benignus adspira. Halat ter in aquam in modũ crucis, dicens. Tu has simplices aquas tuo ore benedicito: vt præter naturalem emundationẽ, quã lauãdis possunt adhibere corporibus, sint etiam purificandis mẽtibus efficaces. Hic sacerdos ponit cereum parum intus in aquam: & resumẽs tonum præfationis dicit.

D escẽdat ĩ hãc plenitudinẽ



fontis virtus spiritus sancti. Deinde extractum cereum de aqua iterum profundius mergit, aliquanto altius repetens, D escendat in hanc. Postea extractum rursus cereum de aqua, tertio immergens vsque ad fundum, altiori adhuc voce repetit. D escendat in hanc. vt supra. Et deinde sũfflans ter in aquam, prosequitur.



Totamq; huius aquæ substantiã



regenerandi fecundet effectu. Hic tollitur cereus de aqua, & prosequitur.



Hic omnium peccatorũ maculę



deleantur: hic natura ad imagi-



nem tuam condita, & ad honorẽ



sui reformata principij, cunctis



vetustatis squaloribus emunde-



tur: vt omnis homo sacramentum



Sequentia dicit legendo. Per Dominum nostrũ Iesum Christum filium tuum, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & sæculũ per ignem. ℟. Amẽ.

Deinde per assistentes sacerdotes spargitur de ipsa aqua benedicta super populum. Et interim vnus ex ministris ecclesiæ, accipit in vase aliquo de eadem aqua, ad aspergendũ in domibus, & alijs locis. His peractis sacerdos qui benedixit fontem, infundit de oleo Catechumenorum in aquam, in modum ✠ intelligibili voce dicens. Sanctificetur & fœcundetur fons iste oleo salutis renascentibus ex eo, in vitam æternam. ℟. Amen. Deinde infundit de Chrismate modo quo supra dicẽs. Infusio chrismatis Domini nri Iesu Christi, & Spiritus sancti paracliti, fiat in nomine sanctę Trinitatis. ℟. Amen. Postea accipit ambas ampullas dicti olei sancti & Chrismatis, & de vtroq; simul in modum crucis infundendo dicit. Commistio Chrismatis sanctificationis, & olei vnctionis, & aquæ baptismatis, pariter fiat, in nomine pa✠tris, & fi✠lij, & spiritus✠ sancti. ℟. Amen.

Tunc miscet ipsum oleum cũ aqua, & spargit cũ manu sua per omnem fontem. Si aderũt baptizãdi, eos baptizat, more consueto. Deinde dñr litaniæ. Postea rediens, pręparatse pro Missa solenniter celebranda. ¶. Vbi vero non sunt fontes baptismales: finita vltima prophetia cũ sua oratione, celebrans casula deposita, cum ministris ante altare pcũbit: & alijs oratibus genuflexis, cantant Litaniæ in medio, chori à duobus cantoribus, vtroq; choro idẽ simul rndente. Circa finẽ litaniarũ sacerdos & ministri ad sacrariũ redeũt: & induũtur paramẽtis albi coloris: & iterim accendantur luminaria in altari. In fine Litaniarũ cãtantur solẽniter Kyrie eleis. & replicantur: vt in Missa moris est.

Ky-



Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon.



Chre audi nos. Chre exaudi nos.



Pr de cœlis Deus, miſerere nobis.



Fili redemptor mundi Deus, mi-



ſerere nobis. Spiritus ſancte,



Deus, miſerere nobis.

Sancta Trinitas vnus Deus,



miſe rere nobis.



Sancta Maria: ora pro nobis.

Sancta Dei genitrix, ora.
Sancta virgo virginum ora.
Sancte Michael ora.
Sancte Gabriel ora.
Sancte Raphael ora.
Omnes ſancti Angeli & Archangeli, orate.
Omnes ſancti beatorum ſpirituum ordines, orate pro nobis.
Sancte Iohannes baptiſta ora.
Omnes ſancti Patriarchæ & Prophetæ. orate.
Sancte Petre ora.
Sancte Paule ora.
Sancte Iohannes ora.
Omnes ſancti apoſtoli & Euãgeliſtæ, orate.
Omnes ſancti diſcipuli Domini, orate.
Sancte Stephane ora.
Sancte Laurenti ora.
Sancte Vincenti ora.
Omnes ſancti Martyres, orate.
Sancte Silueſter ora.
Sancte Gregori ora.
Sancte Auguſtine ora.
Omnes ſancti pontifices & cõfeſſores, orate.
Omnes ſancti doctores, orate.
Sancte Senedicte ora.
Sancte Dominice ora.
Sancte Franciſce ora.
Omnes ſancti ſacerdotes & leuitæ, orate.

Omnes

O mnes ſancti Monachi, & Eremitę, orate pro nobis.
S ãcta Maria Magdalena, ora.
S ancta Agnes ora.
S ancta Anaſtaſia ora.
O mnes ſanctæ virgines, & viduæ orate pro nobis.
O mnes ſancti, & ſanctæ Dei, intercedite pro nobis.



Propiti⁹ eſto, parce nobis dñe.
Propitius eſto, exaudi nos do.
A b omni malo, libera nos.
A b omni peccato, libera nos.
A morte perpetua, libera nos.
Per myſterium ſanctæ incarnationis tuæ, libera nos.
Per aduentum tuũ, libera nos.
Per natiuitatem tuam, libera.
Per baptiſmum & ſanctum ieiunium tuum, libera nos.
Per crucem, & paſſionem tuã, libera nos domine.
Per mortem & ſepulturam tuam, libera nos domine.
Per ſanctam reſurrectionem tuam, libera nos domine.
Per admirabilem aſcenſionẽ tuam, libera nos domine.
Per aduentum ſpiritus ſancti paracliti, libera nos dñe.
In die iudicij, libera nos Domine.



P eccatores, terogam⁹ audi nos



V t nob̃ parcas te rog. audi nos
V t eccleſiam tuam ſanctam regere, & conſeruare digneris, te rogamus audi nos.
V t Domnum apoſtolicum & oẽs eccleſiaſticos ordines i ſancta religione conſeruare digneris, te rogamus.
V t inimicos ſanctæ Eccleſiæ humiliare digneris, te rog.
V t regibus & principib⁹ Chriſtianis pacẽ & veram cõcordiã donare digneris: te rog.
V t noſmetipſos in tuo ſancto ſeruitio confortare & conſeruare digneris: te rogamus audi nos.
V t omnibus benefactoribus nr̃is ſempiterna bona retribuas: te rogamus audi nos.
V t fructus terræ dare, & conſeruare digneris: te rogamus audi nos.
V t omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris: te rogamus.
V t nos exaudire digneris: te rogamus audi nos.

Agnus



Agnus Dei, q̃ tollis peccata



mundi, parce nobis dñe.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Dñe.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Christe audi nos. Christe exaudi nos. Hic cantores solenniter incipiunt Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleisõ. & ter singula repetuntur.

Interim Sacerdos procedens cum ministris in paramentis albis accedit ad altare, & facit confessionem vt moris est in loco consueto: deinde ascendens osculatur altare, incensat more solito, & finitis à choro Kyrie eleison. īcipit solẽniter Gloria in excelsis Deo. & pulsant cãpanæ. Quo finito dicit Dominus vobiscum. ℟. Et cũ spiritu tuo. Oremus. Oratio.

DEus, qui hanc sacratissimam noctẽ gloria Dominicæ resurrectionis illustras: conserua in noua familiæ tuæ progenie adoptionis spiritum quẽ dedisti: vt corpore, & mente renouati, puram tibi exhibeant seruitutem. Per Dominum nostrum. in vnit. eiusdẽ.

Lectio Epistolæ btī Pauli Apostoli ad Colossenses.

FRatres: Si consurrexistis cũ Christo: quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens. Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Mortui enim estis: & vita vestra abscondita est cũ Christo in Deo. Cum autẽ Christus apparuerit vita vestra: tunc & vos apparebitis cũ ipso in gl'ia.

Finita epistola celebrãs īcipit.



Alle lu iah.

Et totum decantat ter, eleuando vocem gradatim: & Chorus post quamlibet vicem, in eadem voce repetit illud idẽ: Postea in choro ꝓsequitur ℣. Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius.

Deīde dī Tract. Laudate Dñm omnes gẽtes, & collaudate eũ oẽs populi. ℣. Qm̃ cõfirmata est super nos misericordia eiº, & veritas Dñi manet in ęternũ.

Ad

Ad Euangelium non portantur luminaria, sed tantum incensum, & petitur benedictio.

Sequentia sčti Euangelij secundùm Matthæum.

VEspere autem sabbathi: quæ lucescit ī prima sabbathi, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre sepulcrum. Et ecce terræmotus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de cœlo, & accedens, reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Erat autem aspectus eius, sicut fulgur: & vestimentum eius, sicut nix. Præ timore autē eius exterriti sunt custodes: & facti sunt velut mortui. Respondens autem Angelus, dixit mulieribus. Nolite timere vos. Scio enim quòd Iesum, q̄ crucifixus est, quæritis. Nō est hic. Surrexit enim, sicut dixit. Venite, & videte locum, vbi positus erat Dominus. Et cito euntes, dicit discipulis eius qa surrexit. Et ecce, præcedet vos in Galilæam. Ibi eū videbitis. Ecce, prædixi vobis. Non dicitur Credo. sed finito euangelio sacerdos dicit Dominus vobiscum. ℟ Et cum spiritu tuo. & postea Oremus. Non dicitur Offertorium. Secreta.

SVscipe Domine, q̄sumus, preces populi tui, cū oblationibus hostiarum: vt paschalibus initiata mysterijs: ad ęternitatis nobis medelam te operante proficiāt Per dominum. Præfatio. Te quidem Domine. vt infra. f. 134. Infra actionem. Communicantes & noctem sacratissimam celebrantes, &c. Sed tantum hodie dī noctem, deinceps vero diem.

Alia infra actionem.

HAnc igitur oblationem, &c. vt ibidem dicitur Pax Domini sit semper vobiscum: sed pacis osculum non datur: nec Agnus Dei. nec Postcommu. dicuntur. Post sumptionem Sacramenti pro vesperis in Choro cantatur Antiphona. Halah, halah, hal. & p̄s Laudate Dominum omnes gētes. cum Gloria patri, & filio, &c.

in

in fine: post quē repetitur eadem Aña. Capitulū, Hymnꝰ, & Versus: non dicuntur, sed statim Sacerdos in cātu incipit Antiphonam ad Magnificat.

Vespere autem sabbathi.

Deinde prosequitur Chorus. Quæ lucescit in prima sabbathi, venit Maria Magdalene, & altera Maria, videre sepulcrum, haleluiah. Deinde cantatur Magnificat. Gloria pri. in fine, & repetita Antiphona, Sacerdos dicit Dñs vobiscum. ℟ Et cū spiritu tuo. Oremus.

SPiritum nobis dñe, tuæ charitatis infunde: vt, quos sacramentis paschalibus satiasti, tua facias pietate concordes. Per do. Deinde dicit, Dñs vobiscum. ℟ Et cum spiritu tuo.

Postea Diaconus cantat.



Ite missa est: Haleluiah,



Ha le luiah. ℟ Deo grās, haleluiah, haleluiah.

M.R.N.

Sacerdos cū ingreditur ad altare signans se signo crucis, clara voce dicit.

IN nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Amen.

Deinde iunctis manibus ante pectus, incipit cum ministris Antiphonam.

Introibo ad altare Dei.

Ministri respondent.

Ad Deum qui lætificat iuuentutem meam.

Postea alternatim cum ministris dicit sequentem Psalmum.

IVdica me Deus, & discerne causam meam: de gente nō sancta ab homine iniquo & doloso erue me.

Quia tu es Deꝰ fortitudo mea: quare me repulisti? & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus?

Emitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipsa me deduxerūt & adduxerunt in montem sanctū tuū, & in tabernacula tua.

Et introibo ad altare Dei: ad Deum qui lætificat iuuentutem meam.

Confitebor tibi in cithara, Deus Deus meus: quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?

Q Spera

Spera in Deo, quoniã adhuc confitebor illi, salutare vultus mei & Deus meus.

Gloria patri, & filio: & spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nũc & semper: & in sæcula sæculorũ. Amen. Repetit cũ ministris Añam. Introibo ad altare Dei. ℟. Ad Deũ qui lætificat iuuentutem meã. Signat se dicẽs ℣. Adiutorium nostrũ in noĩe Dñi. ℟. Qui fecit cęlũ & terrã. Deinde iunctis manibus inclinatus facit cõfessionẽ. In Missis defunctorum, & in Missis à Dñica Passionis vsque ad Sabbathum sanctum exclusiue. In Missis de tẽpore omittitur ps. Iudica. cũ Gloria patri. & repetitione Añæ: sed dicto, In nomine patris, Introibo, & Adiutoriũ, fit cõfessio, vt sequit.

COnfiteor Deo omnipotẽti, beatæ Mariæ semp virgini, beato Michaeli Archangelo: beato Iohanni Baptistæ, sãctis apostolis Petro & Paulo: omnibus sanctis, & vobis fratres: quia peccaui nimis, cogitatione, verbo, & opere, *pcutit sibi pectus dicens*, mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatã Mariã semp virginẽ: beatũ Michaelem Archãgelũ: beatum Iohannẽ Baptistam: sanctos apłos Petrũ & Paulũ: oẽs sanctos, & vos, fratres, orare pro me ad dñm Deũ nostrum. Ministri respondẽt.

MIsereatur tui omnipotẽs Deus, & dimissis oĩbus peccatis tuis, perducat te ad vitã æternã. Sacerdos dicit, Am̃. Deinde ministri repetunt Cõfessionẽ: & vbi à sacerdote dicebatur Vobis fratres, & Vos fratres, à ministris dicitur, Tibi pater, & Te pater. Postea sacerdos iunctis manibus facit absolutionem, dicens.

MIsereatur vestri oꝑs Deꝰ, & dimissis omnibꝰ peccatis vestris, perducat vos ad vitam æternam. ℟. Amen. Signat se signo Crucis, dicens.

INdulgentiam, absolutionẽ, & remissionem omniũ peccatorum nostrorũ tribuat nobis omnipotens, & misericors dominus. ℟. Amen. Inclinatus prosequitur ℣. Deꝰ tu conuersus viuificabis nos. ℟ Et plebs tua lætabitur in te. ℣. Ostende nobis domine misericordiam tuam. ℟. Et salutare tuum da nobis. ℣. Domine exaudi orationem meã. ℟. Et clamor meꝰ ad te veniat. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ spũ tuo.

Ascen-

Ascēdēs ad altare dicit. Orem⁹.

AVfer à nobis, quæsumus domine, cunctas iniquitates nostras: vt ad sancta sanctorum, puris mereamur mētibus introire. Per Christum dominum nostrum. Amen.

Manibus iunctis super altare inclinatus dicit.

ORamus te dñe per merita sanctorum tuorū, oscu-latur altare dicēs, quorū reliquiæ hic sunt, & omnium sanctorum: vt indulgere digneris omnia peccata mea. Amen.

In Missa solenni, celebrans ante quàm legat introitum benedicit incensum dicens. Ab illo bene ✠ dicaris, in cuius honore cremaberis. Amen.

Et accepto thuribulo à Diacono, incensat altare, dicens.

DIrigatur domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuum mearū sacrificium vespertinum.

POne dñe custodiam ori meo, & ostiū circūstātiæ labijs meis.

VT non declinet cor meum in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis.

Deinde diaconus recepto thurbulo à celebrāte incenset illū tantū. Postea celebrans signás se signo crucis: īcipit Introitū: quo finito iūctis manibus, alternatim cum ministris dicit.

KYrie eleison. Kyrie eleis. Kyrie el. Chrē elei. Chrē eleis. Chrē eleis. Kyrie eleison. Kyrie elei. Kyrie elei. Postea ad mediū altaris extēdēs & iūgens manus, caputq; aliquātulū inclinās dicit, si dicēdū est. Gloria ī excelsis Deo. & psequitur iūctis manibus: cū dicit, Adoramus te. & Iesu Chrē. & Suscipe deprecationem, inclinat caput: & in fine dicens, Cum sancto spiritu. signat se.

In duplicibus & solennibus diebus.



In Missis beatæ Mariæ.



In Dñicis festis semiduplicibus, & infra octauas; quæ nō sunt beatæ Mariæ.



In festis simplicibus.



GLoria ī excelsis Deo. Et in terra pax hoīb⁹ bonæ volūtatis. Laudam⁹te. Bñdicim⁹ te. Adoram⁹ te. Glorificamus te. Gr̄as agim⁹ tibi pp magnā gloriā tuā. Dñe Dē⁹, rex cœlestis, De⁹ pr̄ ops. Dñe fili vnigenite Iesu Chr̄e. Dñe De⁹ agnus Dei, filius pr̄is. Qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Qui tollis peccata mundi, suscipe deprcationē nostrā. Qui sedes ad dexterā pr̄is, miserere nobis. Q m̄ tu solus sanctus. Tu solus dñs. Tu solus altissimus Iesu Chr̄e. Cū sctō spū, in gloria Dei pr̄is. Amē. Sic dr̄ Gloria in excelsis Deo. etiam in Missis beatæ Mariæ. Deinde osculatur altare in medio, & versus ad populū dicit ℣. Dñs vobiscū. ℟. Et cū spiritu tuo. Postea dicit Oremus. Deinde Orones, vnā aut plures: sequit Epla, Graduale, Halleluiah. vel Tract⁹, Sequētia. vt tēpus postulat. His finitis: si est Missa solennis, Diaconus deponit librum euāgeliorum super altare, & benedicto incēso vt supra, genuflexus manibus iunctis ante medium altaris dicit.

MVnda cor meū, ac labia mea ops Deus: qui labia Isaiæ pphetæ calculo mūdasti ignito: ita me tua grata miseratione dignare mūdare, vt sanctū euāgeliū tuū digne valeam nūciare. Per Chr̄m dñm nr̄m. Amen. Deinde accipit librū, & rursus genuflexus petit bñdictionē à sacerdote dicēs: Iube dñe bñdicer̄. Sacerdos rñdet.

DOminus sit in corde tuo, & in labijs tuis, vt digne, & cōpetēter annūcies euangeliū suū: ī noīe pr̄is & filij ✠ & spiritus sancti. Deīde accepta bñone osculatur manū sacerdotis: & cū aliis ministris, incēso, & luminarib⁹ accedēs ad locū euāgelij, stās, iunctis manibus dicit ℣. Dñs vobiscū. ℟. Et cū spū tuo. Pronuncians Sequentia sancti euāgelij secūdùm N. Pollice dextrę manus signat librū euāgelij, deinde frontē, labia, & pectus: & dū ministri respōdēt, Gloria tibi dñe, īcēsat ter librū, postea dicit euāgeliū iunctis manibus. Quo finito, Subdiacon⁹ defert librū sacerdoti, q osculat euāgeliū, dicēs. Per euangelica dicta deleantur nr̄a delicta: deinde à diacono sacerdos incēsat. Si vero sacerdos sine Diacono, & Subdiacono celebrat, delato libro ad aliud cornu altaris, stans ad mediū altaris iūctis manibus, & incli-

& inclinatus dicit, M unda cor meum, & Iube domne bñdicere, vt sup. & D ñs sit in corde meo, & in labijs meis, vt digne & competenter annunciem euangelium suũ. Deinde ad librũ cõuersus iunctis manibus dicit ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cũ spiritu tuo. & pronũcians Initium, siue Sequentia sancti euãgelij, &c. signat se, & & legit euangeliũ, vt dictũ est. Quo finito respõdẽt ministri, Laus tibi Christe. & sacerdos osculatur euãgelium vt supra. In Missis Defunctorũ dicitur, M unda c or meum. sed nõ petitur benedictio, non deferuntur luminaria, nec osculatur liber. Deinde ad mediũ altaris extendens & iungens manus, dicit, si dicendũ est: C redo in vnũ Deũ: & ꝓsequit iũctis manib⁹. Qñ autẽ vẽtũ est ad illud, Et incarnatus est, genuflectit vsque dum dr̃, Crucifixus etiã ꝓ nobis. In fine ad Et vitam vẽturi. signat se signo crucis.



C Redo in vnum Deum. Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omnium & inuisibilium.

Et in vnum dominum Iesum Christum, filium Dei vnigenitum.

Et ex patre natum, ante omnia sęcula.

Deum de Deo, lumẽ de lumine, Deum verum de Deo vero.

Genitum non factum, consubstantialem patri: per quem omnia facta sunt.

Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis.

Et incarnatus est de spiritu sãcto ex Maria virgine: & homo factus est.

Crucifixus etiã pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus est.

Et resurrexit tertia die, secundùm scripturas.

Et ascendit in cœlum: sedet ad dexteram patris.

Et iterum venturus est cum gloria iudicare viuos & mortuos: cuius regni non erit finis.

Et in spiritũ sanctum dominum, & viuificantem: qui ex patre filioque procedit.

Qui cum patre & filio simul adoratur, & conglorificatur: qui locutus est per prophetas.

Et vnam sanctam catholicam & apostolicam ecclesiam.

Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionē mortuorum. Et vitam venturi sæculi, Amen. Deinde osculatur altare, & versus ad populū dicit ℣. Dominus vobiscū. ℟. Et cum spiritu tuo. Postea dicit Oremus. Offer. Quo dicto, si est Missa solennis, diaconus porrigit celebranti patenam cum hostia: si priuata, sacerdos ipse accipit patenam cum hostia, quā offerens dicit.

SVscipe, sancte pater oīpotens, ęterne Deus, hanc immaculatā hostiā: quam ego indignus famulus tuus offero tibi Deo meo viuo, & vero, pro innumerabilibus peccatis, & offensionibus, & negligentijs meis, & pro omnibus circunstantibus, sed & pro omnibus fidelibus Christianis, viuis atque defunctis: vt mihi & illis proficiat ad salutem in vitam æternam. Amē. Deinde reposita hostia super corporale: ministrat diaconus vinum, subdiaconus aquam in calice: vel, si priuata est Missa, vtrunque infundit sacerdos; & aquam miscendam in calice benedicit, dicēs. Oratio.

DEus, qui humanæ substātiæ dignitatem mirabiliter condidisti, & mirabilius reformasti: da nobis per huius aquæ & vini mysteriū, eius diuinitatis esse consortes, q̄ humanitatis nostrę fieri dignatus est particeps, Iesus Christus filius tuus dñs noster. Qui tecū. In Missis pro defunctis dicitur prædicta oratio, sed aqua non benedicitur. Accipiens calicem, offert dicens.

OFferimus tibi dñe calicē salutaris, tuam deprecantes clementiam: vt in cōspectu diuinæ maiestatis tuæ, pro nostra & totius mūdi salute cum odore suauitatis ascēdat. Amē. Deinde posito calice sup corporale, & palla cooperto, iunctis manibus aliquātulum inclinatus dicit.

IN spiritu humilitatis, & in animo cōtrito suscipiamur à te domine: & sic fiat sacrificium nostrū in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi dñe De⁹. Erectus expandit manus, easq; in altum porrectas iungens, eleuatis ad cœlum oculis, & statim demissis, dicit.

VEni sanctificator, omnipotens æterne Deus: benedic oblata prosequendo, & bene-

bene ✠ dic hoc sacrificium tuo sancto nomini præparatũ.

Postea, si solenniter celebrat, benedicit incensum, dicens.

PEr interessionẽ beati Michaelis archangeli stantis à dextris altaris incensi, & omnium electorum suorũ, incensum istud dignetur dominus bene ✠ dicere, & in odorem suauitatis accipere. Per Christum dominum nostrũ. Amẽ.

& accepto thuribulo à diacono incensat oblata, dicens.

INcensum istud à te benedictum, ascendat ad te Domine: & descendat super nos misericordia tua.

Deinde incensat altare dicens.

DIrigatur dñe oratio mea, sicut incensum in cõspectu tuo: eleuatio manuũ mearum sacrificium vespertinum. Pone dñe custodiam ori meo, & ostium circunstantiæ labijs meis: vt non declinet cor meũ in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis.

Dum reddit thuribulum diacono, dicit.

ACcendat in nobis Dominus ignem sui amoris, & flammã æternę charitatis. Amẽ.

Postea incensatur sacerdos à diacono, deinde alij per ordinem. Interim sacerdos lauat manus, dicens, Psalm.

LAuabo inter innocentes manus meas: & circundabo altare tuum domine.

Vt audiam vocem laudis: & enarrẽ vniuersa mirabilia tua.

Domine dilexi decorem domus tuæ: & locum habitationis gloriæ tuæ.

Ne perdas cum impijs Deus animam meam: & cum viris sanguinum vitam meam.

In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus.

Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me, & miserere mei.

Pes meus stetit in directo: in ecclesijs benedicã te domine.

Gloria patri, & filio: & spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc & semper: & in sæcula sæculorum. Amẽn.

In Missis pro defunctis, & tempore Passionis in Missis de tẽpore, omittitur Gloria patri, & filio, & spiritui sctõ. Deinde ad mediũ altaris, & aliquãtulũ inclinatus iũctis manib⁹ dicit.

SVscipe, sancta Trinitas, hanc oblationem, quã tibi offerimus ob memoriam passionis, resurrectionis, & ascen-

sionis Iesu Christi domini nostri: & in honore beatæ Mariæ semper virginis, & beati Iohannis Baptistæ, & sanctorũ Apostolorum Petri & Pauli, & illorũ, & omniũ sanctorũ: vt illis proficiat ad honorẽ, nobis autẽ ad salutẽ: & illi pro nobis intercedere dignentur in cęlis, quorum memoriã agimus in terris. Per eundem Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Postea osculatur altare, & versus ad populum, dicit.

ORate fratres: vt meum ac vestrum sacrificium, acceptabile fiat apud Deum patrẽ omnipotẽtẽ. Circunstantes rñdẽt: alioqn ipemet sacerdos.

SVscipiat Dñs sacrificiũ de manibus tuis, *vel* meis, ad laudem & gloriã nominis sui: ad vtilitatẽ quoq; nostram, totiusq; Ecclesiæ suæ sãctæ. Amẽ.

Deinde manibus extensis absolutè subiungit orationes secretas. Quibus dictis, cùm peruẽtum fuerit ad conclusionẽ, clara voce dicit. Per omnia sæcula sæculorũ. cũ Præfatione, vt in sequentibus. Præfatio incipitur ambabus manibus positis hinc inde sup altare: quas aliquantulũ eleuat, cum dicit, Sursum corda. Iungit manus, & caput inclinat, cum dicit, Gratias agamus dño Deo nr̃o. Deinde disiungit manus, & disiunctas tenet vsque ad finẽ Præfationis, & iterum iungit, cum dicit, Sanctus, &c.

¶ Sequẽs Præfatio cũ suo cãtu dicitur à Natiuit. Dñi, vsq; ad Epiphaniã, Et in Purific. Beatæ Mariæ virg. Et in festo Corporis Christi, & per Octauam.



Vere



Vere dignũ & iuſtũ eſt, æquũ & ſa-



bilium amorem rapiamur. Et

lutare: nos tibi ſemper, & vbiq;



ideo cũ Angelis, & Archãgelis,



gratias agere: dñe ſancte, pater



cũ Thronis & dominationibus,

omnipotens, æter ne Deus.



cũq; omni militia cœleſtis exer-



Quia per incarnati verbi my-

citus, hymnum gloriæ tuæ cani-



ſterium noua mentis noſtræ



mus ſi ne ſi ne di centes.

Infra actionem.

oculis lux tuæ claritatis inſul-



ſit: vt dum viſibiliter Deum co-



gnouimus, per hunc in inuiſi-

COmmunicantes & diem, vel noctem ſacratiſſimã, vel ſacratiſſimum celebrantes: qua vel quo beatæ Mariæ intemerata virginitas, huic mundo edidit Saluatorẽ. Sed & memoriam venerantes, in primis eiuſdẽ glorioſæ ſemperq́; virginis Mariæ genitricis eiuſdẽ Dei, & dñi noſtri Ieſu Chriſti: Sed & beatorum Apſorũ, &c.

In

In prima Missa dũtaxat dicitur noctem sacratissimã. Deinde semper dicitur diem sacratissimum. vsq; ad octauam Natiuitatis Domini inclusiue, & non vltra.

¶ Sequens Præfatio cum suo cantu dicitur in Epiphania Domini, & per octauam.

P Er omnia sęcula sæculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cũ spiritu tuo. ℣. Sursũ corda. ℟. Habemus ad dominum. ℣. Gratias agamus domino Deo nostro.

℟. Dignũ & iustum est. Præfatio.

V ere dignũ & iustum est, æquum & salutare: nos tibi semper & vbique gratias agere: Domine sancte pater omnipotens, æterne Deus. Quia cum vnigenitus tuus in substantia nostræ mortalitatis apparuit, noua nos immortalitatis suæ luce reparauit.



nit. Et ideo cum Angelis &



Archangelis, cũ Thronis & Do-

minationibus, cumq; omni mi-



litia cœleſtis exercitus, hymnũ

glo riæ tuæ canimus ſi ne



ſi ne di cen tes.

Infra actionem.

COmmunicantes & diem ſacratiſſimum celebrantes: quo vnigenitus tuus in tua tecum gloria coæternus in veritate carnis noſtræ viſibiliter corporalis apparuit: Sed & memoriam venerantes, in primis glorioſę ſemperq; virginis Marię, genitricis eiuſdem Dei, & domini noſtri Ieſu Chriſti: Sed & beatorum Apoſtolorũ, ac Martyrum tuorum Petri & Pauli.

Et dicitur per totam Octauã.

Sequens Præfatio cũ ſuo cantu dicitur in Dominicis Quadrageſimæ, & in feſtis duplicibus, & ſemiduplicibus in ea occurrentibus, vſque ad Dominicam Paſſionis, niſi in feſtis propria aſſignetur.



Er om nia ſæcula



ſæculorum. ℟. Amen. ℣. Do-



minus vobiſcum. ℟. Et cũ ſpi-



ritu tuo. ℣. Sur ſum corda. ℟.



Habemus ad dominũ. ℣. Grati-



as agam⁹ domino Deo noſtro.

℟. Di-

℟. Dignum & iustum est. Præfatio.



Vere dignum & iustum est, æquũ



& salutare: nos tibi semper, &



vbique gratias agere, domine

sancte, pater omnipotens, æter-

ne Deus: Qui corporali ieiunio



vitia cõprimis, mentem ele-



uas, virtutẽ largiris & præmia:



per Christum dominum nostrũ.



Per quem maiestatem tuam lau-



dant Angeli, adorant domina-



tiones, tremunt potestates.

Cœli cœlorumque Virtutes, ac



beata Seraphim, socia exul-



tatione concelebrant. Cũ qui-



bus & nostras voces vt admitti



iubeas deprecamur, supplici



confessione dicentes.

¶ Sequens

¶ Sequẽs Præfatio cũ ſuo cãtu dr̃ in Dn̄ica Paſſionis, ī Dn̄ica Palmarũ, ī Feria v. in cęna Dn̄i, & ī feſtis duplicib. & ſemidup. eo tpe occurrentib. niſi alia in feſtis aſſignetur. Et in ſolennitatibus ſanctæ Crucis.

Er omnia ſæcula ſæculorũ. ℟. Amẽ. ℣. Dn̄s vobiſcũ. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. ℣. Sursũ corda. ℟. Habemus ad dominũ. ℣. Gratias a ga mus dn̄o Deo no ſtro. ℟. Dignum & iuſtum eſt. Præfatio.

Vere dignum & iuſtum eſt, æquũ



: & ſa lu tare: nos tibi ſemper, &

. vbique gratias agere, do mi-

- ne ſancte, pater oīpotens, æter-



- ne De⁹: Qui ſalutẽ humani gn̄is



: ī ligno Crucis cōſtituiſti: vt vnde



mors oriebatur, inde vita reſur-



geret: & qui in ligno vincebat,



in ligno quoq; vinceretur: Per Chri-



Chriſtũ dominum noſtrũ. Per



quẽ maieſtatem tuam laudant

Angeli, adorãt dominationes,



tremũt poteſtates. Cœli cœlo-



rumq; Virtutes, ac bea ta Se-



raphim, ſo ci a exultati o ne



ꝯcelebrãt. Cũ q̃b⁹ & noſtras voces

vt admitti iubeas deprecamur,

ſupplici confeſſi o ne dicentes.

¶ Sequens Præfatio cũ ſuo cã-tu dicitur à Vigi. Paſchæ vſque ad Octauam: & in Dñicis vſq; ad Aſcenſionẽ: & in feſtis du-plicib. & ſemiduplicib. eo tpe occurrentib. niſi ꝓpria in feſtis aſſignetur. Et in Miſſa ſabbathi ſcti dr̃ In hac potiſſimũ nocte. In die Paſchę vſq; ad ſabbathũ in Albis incluſiue dicitur, In hac potiſſimum die. Deinceps dicitur, In hoc potiſſimum.



PEr omnia ſęcula ſæ-

culorum. ℟. Amen. ℣. Domi-



nus vobiſcum. ℟. Et cũ ſpiritu



tuo. ℣. Sursũ corda. ℟. Habe-



mus ad dominum. ℣. Gra ti as



a gamus domino Deo nr̃o. ℟. Di-

℟. Dignũ & iuſtum eſt. Præfatio.



Vere dignũ & iuſtum eſt, æquum

& ſalutare: Te quidẽ domine



omni tempore, ſed in hac potiſ-



ſimum die glo ri oſius prædi-



care, cum Paſcha noſtrum



immo la tus eſt Chri ſtus.



Ipſe enim verus eſt agnus, qui



abſtulit peccata mũdi. Qui mor-

tẽ noſtrã moriẽdo deſtruxit, &



vitam reſurgendo reparauit.



Et ideo cũ Angelis & Archan-



gelis, cũ Thronis & Dominati-



onibus, cũq; omni militia cœle-



ſtis exercitus, hymnũ gloriæ tuæ



canimus ſi ne fi ne dicentes.

Infra actionem.

COmmunicantes & diem ſacratiſſimam celebrantes: Reſurrectionis Dñi noſtri Ieſu Chriſti ſecundùm carnẽ. Sed & memoriam venerantes, in primis glorioſæ ſemperque virginis

virginis Mariæ genitricis eiuſdem Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti : Sed & beatorum Apoſtolorum, ac martyrũ tuorum. &c. ſequitur deinde, Hanc igitur oblationem ſeruitutis noſtræ : ſed & cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus, pro his quoque quos regenerare dignatus es ex aqua, & ſpiritu ſancto, tribuens eis remiſſionem omnium peccatorum : quæſumus domine, vt placatus, &c.

Sic dicitur à vigilia Paſchę vſq; ad ſabbathum in Albis inclusiue, & non vltra.

Sequens Præfatio cum ſuo cãtu dicitur à die Aſcenſionis, vſque ad vigiliam Pentecoſtes exclusiue, & in feſtis tunc occurrentibus.



PEr omnia ſęcula ſæculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. ℣. Sursũ corda. ℟. Habemus ad dominum. ℣. Gratias agamus domino Deo nr̃o. ℟. Dignũ & iuſtum eſt. Præfatio.











Vere dignũ & iuſtũ eſt, æquũ & ſalutare: nos tibi ſemper, & vbiq; gratias agere: dñe ſancte, pater omnipotens, æterne Deus.







Per Chriſtum dominũ noſtrũ.

Qui



Qui poſt reſurrectionem ſuam



omnibus diſcipulis ſuis manife-



ſtus apparuit, & ipſis cernentibus



eſt eleuat' in cęlũ, vt nos diuini-



tatis ſuæ tribueret eſſe participes.



Et ideo cum Angelis & Archã-



gelis, cum thronis & domina-



ti o nibus, cũq; omni militia cę-



leſtis exercitus, hymnũ gloriæ

M.R.N.



tuæ ca ni mus ſi ne ſi-



ne di cen tes.

Infrãctionem.

COmmunicantes, & diem ſacratiſſimũ celebrantes: quo dominus noſter vnigenitus filius tuus vnitam ſibi fragilitatis noſtræ ſubſtantiam, in gloriæ tuæ dextera collocauit. Sed & memoriam venerantes, in primis glorioſæ ſemperque virginis. &c.

Et dicitur per totam Octauã.

Sequens Præfatio cum ſuo cantu dicitur à vigilia Pentecoſtes vſq; ad ſequens ſabbathum inclusiuè.



PEr omnia ſęcula ſæcu-



lorũ. Amẽ. Dñs vobiſcũ.

R


℟. Et cũ ſpũ tuo. ℣ Sursũ corda.
ſtũ dominũ noſtrũ. Qui aſcẽdẽs
℟. Habemus ad Dominum.
ſuper omnes cœlos, ſedẽsq; ad
℣. Gra ti as aga mus do mi-
dexterã tuã, promiſſum ſpiritũ
no De o no ſtro. ℟.
ſanctum hodierna die in fi lios
Dignũ & iuſtum eſt. Præfatio.
adoptionis effudit. Quapropter
V ere dignũ & iuſtũ eſt, æquũ &
profuſis gaudijs, totus in orbe
ſalutare: nos tibi ſemp & vbiq;
terrarum mun dus exultat.
gratias agere: Dñe ſancte, pater
Sed & ſupernę virtutes, atque
oĩpotẽs, æterne Deꝰ: per Chri-
An ge li cæ po te ſta tes
hym-



hymnum gloriæ tuę concinũt,



ſine fine dicentes.

Infra actionem.

COmmunicantes, & diem ſacratiſſimum Pẽtecoſtes celebrantes: quo ſpũs ſanctus Apſis innumeris linguis apparuit: Sed & memoriã. &c. Seq̃t. Hanc igitur oblationem ſeruituris noſtræ: ſed & cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus, pro his quoque quos regenerare dignatus es ex aqua, & ſpiritu ſancto, tribuens eis remiſſionem omnium peccatorũ: q̃ſumus, vt placatus. &c. Et dicitur vſque ad ſequens ſabbathum incluſiue.

℣ Sequẽs Præfatio cũ ſuo cãtu dicitur in feſto S. Trinitatis.

PEr omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amẽ. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.



℣. Surũ corda. ℟. Habemus ad dominum. ℣. Gratias agamus domino Deo noſtro.







℟. Dignum & iuſtũ eſt. Præfatio. Vere dignũ & iuſtũ eſt, æquũ & ſalutare: nos tibi ſemper, & vbiq; gratias agere: dñe ſancte, pater omnipotens æter ne Deus.

Qui cum vnigenito filio tuo,



& spiritu sancto, vnus es Deus,



vnus es dominus. Nō in vnius



singularitate personæ, sed in



vnius trinitate substantiæ. Quod



enim de tua gloria reuelante te

credim', hoc de filio tuo, hoc de

spiritu sctō, sine differētia discre-



tionis sentimus. Vt in cōfessione



veræ, sempiternæq; deitatis, & in

personis proprietas, & in essen-



tia vnitas, & in maiestate adore-



tur æqualitas. Quã laudãt Angeli,



atq; Archãgeli, Cherubim quoq;



ac Seraphim, qui non cessant



clamare quotidie vna voce dicẽtes.

¶ Sequens Præfatio cum suo casum dicitur in festis sanctæ Mariæ, & per eius octauas excepto festo Purificationis, in quo tñ de Natiuitate etiam in festis infra eas occurrentibus, si pro-

si propriam non habuerint, & in Missis votiuis de beata Maria, in quibus dicitur, **Et te in Veneratione:** In festis autem dicitur, **Et te in Annũciatione**, vel **Visitatione**, vel **Assumptione, Natiuitate**, vel **Conceptione**, secundùm denominationem festi, & in festo sanctæ Mariæ ad Niues, dicitur, **Et te in festiuitate.**

P Er omnia sæcula sæculorum. ℟. Amẽ. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habemus ad dominum. ℣. Gratias agamus domino Deo nostro.

M.R.N.

℟. Dignum & iustũ est. Præfatio.

Vere dignũ & iustum est, æquum & salutare, nos tibi semper, & vbique gratias agere: Domine sancte, pater omnipotens, æterne Deꝰ. Et te in veneratione beatę Mariæ semper virginis collau dare, benedicere, & prædicare. Quæ & vnigenitum



tuũ ſancti ſpũs obumbratione



vt admitti iubeas deprecamur,



℣cepit: & ℣ginitatis glia pmanẽte,



ſupplici confeſſi o ne dicentes.



Iumẽ ẽternũ mũdo effudit Ieſum

¶ Sequens Præfatio cũ ſuo cãtu dicitur in feſtis Apoſtolorũ & Euangeliſtarũ, & per octauas eorum, & in feſtis infracam occurrentibus, niſi propria aſſignetur.



Chr̃m dñm nr̃m. Per quẽ maie-



ſtatẽ tuã laudant angeli, adorant



Er omnia ſæcula ſæ-



dominationes, tremũt poteſtates



culorũ. ℟. Amẽ. ℣. Dñs vobiſcũ.



Cœli, cœlorũq; Virtutes, ac beata



℟. Et cũ ſpũ tuo. ℣. Surſũ corda.



Seraphim, ſo cia exultati o ne



℟. Habemus ad Dominum.



℣celebrãt. Cũ q̃b⁹ & nr̃as voces



℣. Gratias agamus dño Deo nr̃o.

℟.

℟. Dignũ & iuſtum eſt. Præfatio.



V ere dignum & iuſtum eſt,



æquum & ſalutare: Te domine

ſuppliciter exorare: vt gregem



tuũ paſtor æterne non deſeras,

ſed per beatos Apoſtolos tuos

cõtinua protectione cuſtodias.



Vt ijſdẽ rectorib' gubernetur,



quos operis tui vicarios eidem



contu li ſti præeſſe paſtores.



Et ideo cũ Angelis & Archan-

gelis, cum thronis & domina-

tionibus, cũq; omni militia cœle-



ſtis exercitus, hymnum gloriæ



tu æ ca nimus ſi ne fi-



ne di cen tes.

¶ Sequens Præfatio cum ſuo cantu dicitur in omnibus feſtis duplicibus, & per octauas eorum, & in omnibus ſemiduplicibus, & Dominicis diebus, vbi propria non habetur.



Per omnia ſæcula ſæ-

culorū. ℟. Amē. ℣. Dñs vobiſcū.

℟. Et cū ſpū tuo. ℣. Sursū corda.

℟. Habemus ad Dominum.

℣. Gra ti as aga mus do mi-

no De o no ſtro. ℟.

Dignū & iuſtum eſt. Præfatio.

V ere dignum & iuſtum eſt,

æquum & ſalutare: nos ti bi

ſemper & vbique gratias age-

re: domine ſancte, pater om-

nipotens, æter ne De us:

per Chriſtum dominum no-

ſtrum. Per quē maieſtatē tuam

laudant Angeli, adorant dñia-

tiones, tremunt poteſtates.

Cœli cœlorumque Virtutes,

ac beata Seraphim, ſo cia

exul-



exul ta ti o ne concelebrant.



Cum quibus & noſtras voces,



vt admitti iubeas deprecamur,



ſupplici confeſſione dicentes.

¶ Sequens Præfatio cũ ſuo cãtu dicitur in diebus ferialibus Quadrageſimæ à quarta feria Cinerum vſq; ad Sabbathum ante Dominicam Paſſionis incluſiue.



Er omnia ſæcula



ſæculorũ. ℟. Amẽ. ℣. Dñs vo-



biſcũ. ℟. Et cum ſpiritu tuo.



℣. Surſum corda. ℟. Habe-



mus ad dominũ. ℣. Gra ti as



agamus domino Deo noſtro.



℟. Dignũ & iuſtum eſt. Præfatio.



V ere dignum & iuſtum eſt,



æquũ & ſalutare nos tibi ſemper,



& vbiq; gr̃as agere: dñe ſan-



cte, pater oĩpotẽs, æterne Deus.

Qui corporali ieiunio vitia cõprimis,



primis, mentem eleuas, virtu-

tẽ largiris & præmia: per Chri-



stum dñm nr̃m. Per quẽ maie-

statẽ tuã laudãt angeli, adorant



dñationes, tremũt potestates.



Cœli cœlorumque Virtutes,



ac be a ta Seraphim, so ci a



exul ta ti o ne concelebrant.



Cum quibus & nostras voces



vt admitti iubeas deprecamur,



supplici confessione dicentes.

¶ Sequens Præfatio cum suo cantu dicitur in diebus ferialibus, à Dominica Passionis vsque ad feriam quintam in Cœna Domini. Et in Missis votiuis sanctæ Crucis.



Er omnia sæcula



sæculorũ. ℟. Amẽ. ℣. Dñs vo-



biscũ. ℟. Et cum spiritu tuo.

℣. Sursum corda. ℟. Habe-

mus ad dominum. ℣. Gratias aga-



agamus domino Deo noſtro.



mors oriebaꝫ, inde vita reſurge-



℟. Dignũ & iuſtum eſt. Præfatio.

ret:& q in ligno vincebat,ĩ ligno



Vere dignum & iuſtum eſt,



quoq; vinceretꝫ: Per Chr̃m dn̄m



æquũm & ſalutare, nos ti bi



nr̃m. Per quẽ maieſtatẽ tuam



ſemper, & vbique gratias age-



laudant Angeli,adorant dn̄a-



re, do mine ſancte, pater om-



tiones,tremũt poteſtates.Cœli



nipotens, æter ne Deus.



cęlorũq; virtutes,ac beata Sera-



Qui ſalutẽ humani generis in



phim,ſocia exultatione cõcele-



ligno Crucis cõſtituiſti: vt vnde



brãt. Cũ qb⁹ & noſtras voces, vt

admit-



admitti iubeas depre camur,



agamus domino Deo noſtro:



ſupplici confeſſione dicentes.



℟. Dignũ & iuſtum eſt. Præfatio.

¶ Sequens Præfatio cũ ſuo cantu dicitur in diebus ferialibus ab oct. Paſchæ vſque ad Aſcenſionem Domini, & in feſtis ſimplicibus eo tempore occurrentibus.



V ere dignum & iuſtum eſt,



æquum & ſalutare:



Per omnia ſæcula ſæculorũ. ℟. Amẽ. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cũ ſpiritu tuo.



Te quidem domine omni tempore, ſed in hoc potiſſimum gloriоſius prędicare, cum pa-



℣. Surſum corda. ℟. Habemus ad dominum. ℣. Gratias



ſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Ipſe enim verus eſt Agnus,



Agnus, qui abſtulit pecca ta



mundi. Qui mortem noſtram



moriendo deſtruxit, & vitam re-

ſurgendo reparauit. Et ideo cũ



Angelis & Archãgelis, cũ thro-



nis & dominationibus, cumq;



omni militia cœleſtis exercitus,



hymnum gloriæ tuæ canimus,



ſine fine dicentes.

Sequens Præfatio cum ſuo cantu dicitur in Miſſis votiuis de ſancta Trinitate.



Er omnia ſæcula ſæ-

culorũ. ℟. Amẽ. ℣. Dñs vo-



biſcum. ℟. Et cũ ſpiritu tuo.



℣. Surſum corda. ℟. Habemus



ad dominum. ℣. Gra ti as



agamus domino Deo noſtro:



℟. Dignũ & iuſtum eſt. Præfatio.

Vere



Vere dignum & iuſtum eſt,

vnius trinitate ſubſtantiæ. Quod



æquum & ſalutare: nos tibi

enim de tua gloria reuelante te



ſemper, & vbiq; gratias age-



credimus, hoc de filio tuo, hoc



re: domine ſancte, pater om-



nipotens, æterne Deus.



ni po tens, æter ne Deus.



rentia diſcretionis ſentimus:



Qui cum vnigenito filio tuo,



vt in confeſſione veræ, ſempi-



& ſpiritu ſancto, vnus es Deus,



ternæq; deitatis, & in perſonis



vnus es dominus. Nō in vnius



proprietas, & in eſſentia vnitas



ſingularitate perſonæ, ſed in



& in maieſtate adoretur æqua-

litas.

litas. Quam laudant Angeli,

atque Archangeli; Cheru-

bim quoque ac Seraphim, qui

non ceſſant clamare quotidie

vna voce dicentes.

biſcum. ℟. Et cũ ſpiritu tuo.

℣. Surſum corda. ℟. Habemus

ad dominum. ℣. Gra ti as

agamus domino Deo noſtro:

℟. Dignũ & iuſtum eſt. Præfatio.

Sequens Præfatio cum ſuo cantu dicitur in miſſis votiuis de Spiritu ſancto.

PEr omnia ſæcula ſæ-

culorũ. ℟. Amẽ. ℣. Dñs vo-

Vere dignum & iuſtum eſt,

æquum & ſalutare: nos ti bi

ſemper & vbique gratias age-

re: Domine ſancte, pater om-

nipo-

nipotens, æ terne De us.

Per Chriſtũ dominũ noſtrum.

Qui aſcendens ſuper omnes

cœlos, ſedensque ad dexte-

ram tuam, promiſſum Spi-

ritum ſanctum in fi lios ado-

pti o nis effudit. Quapro-

pter profuſis gaudijs, totus

in orbe terrarum mun dus

exultat. Sed & ſupernę virtu-

tes, atque Angelicæ poteſtates,

hymnum gloriæ tuę concinũt,

ſi ne fi ne dicentes.

Seques Præfatio cũ ſuo cãtu dicitur in Miſſis votiuis de Apoſtolis.

P Er omnia ſæcula ſæculorũ. ℟. Amẽ. ℣. Domin' vobiſcũ. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

℣. Surſum corda. ℟. Ha bemus



mus ad dominum. ℣. Gratias



agamus domino Deo noſtro.



℟. Dignũ & iuſtum eſt. Præfatio.



Vere dignum & iuſtum eſt,



æquum & ſalutare:



Te domine ſuppliciter exora-

re: vt gregem tuum paſtor æter-



ne non deſeras: ſed per beatos

apoſtolos tuos continua pro-

M.R.N.

tectione cuſtodias. Vt ijſdem



rectoribus gubernetur: quos



operis tui vicarios eidem con-



tuliſti præeſſe paſtores. Et ideo



cum Angelis & Archangelis:



cum Thronis, & dominationibus, cumque omni mi-



litia cœleſtis exercitus,



hymnum gloriæ tuæ

S cani-



canimus sine fine dicentes.



domino Deo nostro. ℟.

¶ Sequens Præfatio cum suo cantu dicitur in festis simplicibus, & in diebus ferialibus, vbi propria non habetur.



Dignum & iustum est.

Præfatio.



Er omnia sęcula sæculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiscũ. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habemus ad Dominum. ℣. Gratias agamus



Vere dignum & iustum est, æquum & salutare: nos tibi semper, & vbiq; gratias agere: domine sancte, pater omnipotens, æterne Deus. Per Christum dñm nostrum.

Per

Per quem maieſtatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt poteſtates. Cœli cœlorũq; virtutes, ac beata Seraphĩ, ſocia exultatione cõcelebrant. Cũ qui-



bus & noſtras voces, vt admiti iubeas deprecamur, ſupplici confeſſione dicentes.

Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus Deus Sabaoth.
Pleni ſunt cœli & terra gloria tua.
Oſanna in excelſis.
Benedictus qui venit in nomine Domini.
Oſanna in excelſis.

I·N·R·I

¶ Sacerdos extendens & iungens manus eleuans ad cœlum oculos, & statim demittens, inclinatus ante altare dicit.

TE igitur clementissime Pater, per Iesum Christum filium tuum dominum nostrum, supplices rogamus, ac petimus: Osculatur altare, Vti accepta habeas, & benedicas, Signet ter super oblata. Hæc ✠ dona, hæc ✠ munera, hæc ✠ sancta sacrificia illibata. Extensis manibus prosequitur. In primis q̃ tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta catholica: quam pacificare: custodire: adunare, & regere digneris toto orbe terrarum: vnà cum famulo tuo Papa nostro N. & antistite nostro N. & omnibus orthodoxis: atq; catholicæ & Apostolicæ fidei cultoribus.

Commemoratio pro viuis.

MEmento Domine famulorum famularũq; tuarum N. iungit manus, orat aliquãtulum pro quibus orare intẽdit: deinde extensis manibus prosequitur. Et omniũ circunstantium: quorum tibi fides cognita est, & nota deuotio: pro quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis: pro se, suisque omnibus: pro redemptione animarum suarum: pro spe salutis & incolumitatis suæ: tibiq; reddunt vota sua æterno Deo viuo & vero.

Infra actionem.

COmmunicãtes: & memoriam venerãtes: in primis glorioſæ ſemperq́ue virginis Mariæ, genitricis Dei & domini nr̃i Ieſu Chriſti. Sed & beatorũ apoſtolorũ, ac martyrum tuorũ: Petri & Pauli, Andreæ, Iacobi, Iohannis, Thomæ, Iacobi, Philippi, Bartolomæi, Matthæi, Simonis, & Thadæi, Lini, Cleti, Clemẽtis, Xiſti, Cornelij, Cypriani, Laurẽtij, Chryſogoni, Iohannis & Pauli, Coſmę & Damiani. Et omniũ ſanctorum tuorum: quorum meritis precibusq́; concedas, vt in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. iungit manus. Per eundẽ Chriſtum dominũ noſtrum. Amen. Tenens manus extẽſas ſuper oblata dicit.

HAnc igitur oblationẽ ſeruitutis noſtræ, ſed & cunctæ familię tuæ, q̃s dñe, vt placatus accipias: diesq́; noſtros in tua pace diſponas, atque ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorũ iubeas grege numerari. iũgit manus. Per Chr̃m dñm noſtrũ. Amen.

QVam oblationẽ tu Deus in omnibus quæſumus, ſignat ter ſuper oblata bene ✠ dictam, aſcri✠ptã, ra ✠ tam, rati onabilem, acceptabilemq́; facere digneris. Signat ſemel ſuper hoſtiam, & ſemel ſup calicẽ vt nobis cor ✠ pus, & ſan ✠ guis fiat dilectiſſimi filij tui dñi nr̃i Ieſu Chr̃i.

QVi pridie, quam pateret, accipit hoſtiã accepit panẽ in ſanctas ac venerabiles manꝰ ſuas, eleuat oculos ad cęlũ. Et eleuatis oculis in cœlum ad te Deũ patrẽ ſuũ omnipotentẽ, tibi gratias agẽs, ſignat ſup hoſtiã bene ✠ dixit, fregit, deditq́; diſcipulis ſuis, dicens: accipite, & mãducate ex hoc omnes.

Tenens ambabus manibus hoſtiã: pfert verba cõſecrationis diſtincte, ſecrete, & attente.

Hoc eſt enim corpus meum.

Prolatis verbis conſecrationis, ſtatim hoſtiam conſecratã genuflexus adorat, ſurgit, oſtendit populo, reponit ſuper corporalẽ, iterum adorat, & nõdi ſiungit pollices & indices, niſi quando hoſtia tractanda eſt, vſq; ad ablutionem digitorũ. Tunc detecto calice dicit.

SImili modo poſtquã cęnatũ eſt, ambabus manibus accipit calicẽ accipiens & hũc

præ-

præclarum Calicem in sanctas ac venerabiles manus suas, itẽ tibi grãs agens, sinistra tenẽs calicem, dextera signat sup eũ Bene ✠ dixit, deditque discipulis suis, dicens, Accipite & bibite ex eo omnes.

Profert verba consecrationis super calicem tenens illum paulum eleuatum.

Hic est enim calix sanguinis mei: noui & eterni testamẽti: mysterium fidei: qui p vobis & pro multis effundetur i remissionem peccatorum.

Prolatis verbis consecrationis deponit calicem super corporale, & genuflexus adorat: surgit, & ostendit populo, dicẽs.

Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis.

Deponit, cooperit, & iterum adorat. Deinde disiunctis manibus dicit

VNde & memores Domine nos serui tui, sed & plebs tua sancta eiusdem Christi filij tui domini nostri tam beatæ passionis, necnon & ab inferis resurrectionis, sed & in cęlos glorioſæ Ascensionis, offerimus præclaræ maiestati tuæ, de tuis donis ac datis, signat ter super hostiam & calicem simul hostiam ✠ puram, hostiam ✠ sanctam, hostiam ✠ immaculatam signat semel super hostiam, & semel super calicem panem ✠ sanctum vitæ æternæ, & calicem ✠ salutis perpetuæ.

Extensis manibus prosequitur,

SVpra quæ propitio ac sereno vultu respicere digneris, & accepta habere: sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel, & sacrificium patriarchæ nri Abrahæ: & quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech, sanctum sacrificium, immaculatam hostiam.

Profunde inclinatus iunctis manibus dicit.

SVpplices te rogamus oĩpotẽs Deus: iube hæc pferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuum, in conspectu diuinæ maiestatis tuæ: Vt quotquot, osculatur altare: ex hac altaris participatione, sacrosanctum filij tui,

signat semel super hostiam, & semel super calicem. Cor-✠pus, & san✠guinẽ sumpserim⁹, seipsum signat omni bene✠dictione cœlesti, & gratia repleamur. Per eundem Christum dominum nostrũ. Amen.

Commemoratio pro Defunctis.

MEmento etiã dñe famulorum famularumque tuarum: qui nos præcesserunt cum signo fidei, & dormiunt in somno pacis N. iungit manus, orat aliquantulũ pro his defunctis, pro quib⁹ orare intendit: deinde extensis manibus prosequitur. Ipsis dñe, & oĩbus in Christo quiescẽtib⁹, locũ refrigerij, lucis, & pacis, vt indulgeas, deprecamur. Per eundem Christum dñm nostrum. Amen. Percutit pectus clara parum voce, dicens.

NObis quoq; peccatorib⁹ famulis tuis de multitudine miserationum tuarũ sperantibus: partem aliquam, & societatem donare digneris, cum tuis sanctis Apostolis, & martyribus: cum Iohanne, Stephano, Matthia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cecilia, Anastasia: & omnibus sanctis tuis. Intra quorum nos consortium, non æstimator meriti, sed veniæ, quæsumus, largitor admitte. Per Christũ dominum nostrum.

PEr quẽ hæc oĩa Dñe semp bona creas: signat ter sup hostiam & calicem simul dicens. Sancti✠ficas, viui✠ficas: bene✠dicis, & præstas nobis, discooperit calicem, genuflectit, accipit sacramentum dextera, tenens sinistra calicem: signat cum hostia ter à labio ad labium calicis dicens. Per ip✠sum, & cũ ip✠so, & in ip✠so: bis signat inter pectus & calicem. est tibi Deo patri✠omnipotenti, in vnitate spiritus✠sancti, eleuãs parum calicẽ cum hostia dicit. omnis honor & gloria, reponit hostiam, cooperit calicem, genuflectit, surgit, & dicit.



Iungit

Iungit manus.



Extendit manus.





Sacerdos ſecrete ſubdit Amen.

Supradictus cãtus dñi in duplicibus & ſemiduplicibꝰ feſtis.

Sequens

Sequens cantus dī in festis simplicib. & ferialibus dieb⁹.





























Sacerdos submissa voce dicit Amen.

Deinde accipit patenam inter indicem & medium digitos, & dicit.

LIbera nos, q̄s Dñe, ab omnibus malis, p̄teritis, præsentibus, & futuris, & intercedente beata & gloriosa, semp virgine Dei genitrice Maria, cum

cum beatis Apostolis tuis Petro & Paulo, atque Andrea, & oīb⁹ Sanctis: signat se cū patena à frōte ad pectus: Da propitius pacē in diebus nostris: vt ope misericordiæ tuæ adiuti, & à peccato simus semp liberi, & ab oī perturbatione securi. Submittit patenā hostiæ, discooperit calicem, genuflectit, surgit, accipit hostiā, frāgit eā super calicē per mediū, dicēs. Per eundē dn̄m. Partē quæ in dextera est, ponit sup patena. Deinde ex parte, q̄ in sinistra remāserat, frāgit particulā dicens: Qui tecum viuit & reg. Aliā mediā partē cū ipsa sinistra ponit sup patenā, & dextra tenēs particulā paruam super calice, sinistra calicem, dicit.



PEr omnia sæcula sæcu-



lorum. ℟. Amen.

Cum ipsa particula signat ter super calicem dicens.



Pax ✠ Domini sit ✠ sem-



per vobis ✠ cum. ℟.



Et cum spiritu tuo.

Particulam ipsam imponit in calicem, dicens secrete.

HÆc cōmistio & cōsecratio corporis, & sanguinis domini nostri Iesu Christi, fiat accipientibus nobis in vitam æternam. Amen.

cooperit calicem, genuflectit, surgit, & inclinatus sacramēto iunctis manibus, & ter pectus percutiens dicit.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.

In Missis pro Defunctis omisso, miserere nobis, dicitur, dona eis requiem: & tertio additur sempiternam.

Deinde iunctis manibus inclinatus dicit sequentes orationes.

DOmine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis: Pacem

cem relinquo vobis, pacem meam do vobis: ne respicias peccata mea, sed fidē ecclesię tuæ: eamq; secundùm voluntatem tuam pacificare, & coadunare digneris. Qui viuis & regnas Deus: per omnia sæcula sæculorum Amen. si danda est pax osculatur altare, & dās pacē dicit. Pax tecū. ℟. Et cū spiritu tuo. In Missis Defunctorum non datur pax, neque dicitur præcedens Oratio.

DOmine Iesu Christe, fili Dei viui, qui ex voluntatē patris cooperāte spiritu sancto, per mortem tuam mundū viuificasti: libera me per hoc sacrosanctum corpus, & sanguinem tuum, ab omnibus iniquitatibus meis, & vniuersis malis: & fac me tuis inhærere mādatis, & à te nunquam separari permittas. Qui cum eodem Deo patre & spiritu sancto viuis, & regnas Deus in sæcula sæculorum: Amen.

PErceptio corporis tui Domine Iesu Christe, quod ego īdignus sumere præsumo, nō mihi proueniat in iudiciū, & condemnationem: sed pro tua pietate prosit mihi ad tutamētum mentis & corporis, & ad medelam percipiēdam, Qui viuis & regnas cum Deo, pře, in vnitate spūs sāti Deus, per oīa sæcula sæcloru. Amen. genuflectit, surgit, & dicit.

PAnem cœlestē accipiā, & nomē Domini inuocabo. accipit ambas partes hostię īter pollicem, & indicē sinistrę manus, & patenam inter cūdē indicem & medium, & dextera percutiens pectus, dicit ter.

DOmine, non sum dignus, vt ītres sub tectum meū: sed tantum dic verbo, & sanabitur anima mea.

Postea dextera se signans cum hostia super patena: dicit.

COrpus Dñi nři Iesu Chři custodiat animā meā in vitam æternam. Amen.

Sumit ambas partes hostię, iūgit manus, & quiescit aliquantulum. Deinde discooperit calicē, genuflectit, extergit patenam super illum, & dicit.

QVid retribuam domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Laudans inuocabo dominum, & ab inimicis meis saluus ero. Accipit Calicē: & co se signans dicit.

SAnguis Domini nostri Iesu Christi custodiat animā meam

meam in vitam æternã. Amen. Sumit totum sanguinem cum particula. Quo sumpto, si qui sunt communicandi: eos communicet, antequam sẽ purificet. Postea dicit.

QVod ore sumpsimus dõmine, pura mente capiamus, & de munere tẽporali fiat nobis remedium sempiternum.

Interim porrigit calicem ministro, qui infundit ei parum vini, quo se purificat: deinde prosequitur.

CORpus tuum, Domine, quod sumpsi: & sanguis quem potaui, adhæreat viscẽribus meis: & præsta: vt in me non remaneat scelerum macula: quem pura & sancta refecerunt sacramenta. Qui viuis & regnas in sæcula sæculorũ. Amen. Abluit digitos, & sumit ablutionem, extergit calicem, & plicato corporali operimento solito. Deinde prosequitur Missam. Dicto post vltimam orationem. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. dicit Ite Missa est. vel Benedicamus domino. pro qualitate Missæ. ℟. Deo gras. In Missis Defunctorum. Requiescant in pace. ℟. Amen.

¶ Tempore Paschali, hoc est à Missa Sabbathi sancti vsque ad Sabbathum in Albis inclusiuè.



Ite missa est, Haleluiah,



Hale luiah.

In festis dupicibus.



Ite



missa est.

In Missis beatæ Mariæ.

I te missa est.

In fe-

In festis semiduplicibus: infra Octauas: & Dominicis diebus infra annum.





In festis simplicibus.

In Dominicis diebus tempore Aduentus, & Quadragesimæ.





In feriis.

In Missis defunctorum.



Dicto Ite missa est. vel Benedicamus domino. inclinat se ante medium Altaris, & dicit.

PLaceat tibi sancta Trinitas obsequiũ seruitutis meæ, & pſta: vt sacrificiũ, quod oculis tuæ maiestatis īdignus obtuli, tibi sit acceptabile, mihiq; & oĩbus pro quibus illud obtuli, sit te miserãte ꝓpitiabile. Per Christũ dñm nostrũ. Amẽ.

Deinde benedicit populũ dicens: Benedicat vos omnipotens Deus, pa ✠ ter, & fi ✠ lius: & Spiritus ✠ sanctus.

In Missis priuatis semel tantũ bñdicit. Deinde in cornu Euãgelij dicto, Dñs vobiscum. & Initiũ vel Sequẽtia sc̃ti Euãge. signans vt supra in Euangelio, legit Euangelium secundum Iohannem. In principio erat verbum. vel aliud Euangeliũ, vt dictum est in Rubricis generatibus.

¶ In Missis Defunctorum nõ datur benedictio: sed dicto, Requiescant in pace. dicit, Placeat tibi &c. Deinde Euangelium sancti Iohannis, vt sup.

¶ Finito Euangelio sancti Iohannis discedens pro gratiarũ actione dicit Antiphonam. Turium puerorum. &c. vt habetur in principio Missalis.

IN DIE RESVRRECTIONIS DOMINI.

Statio ad ſanctã Mariam Maiorem. Introitus.

RESurrexi, & adhuc tecum ſum, Haleluiah: poſuiſti ſup me manum tuam, Haleluiah: mirabilis facta eſt ſcientia tua, Haleluiah, haleluiah. Pſal. Dñe probaſti me & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meã, & reſurrectionem meam. ℣. Gloria patri & filio. Oratio.

DEus qui hodierna die, p vnigenitum tuum, æternitatis nobis aditum deuicta morte reſeraſti: vota noſtra, q̃ præueniendo aſpiras, etiã adiuuando proſequere. Per eũdẽ.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

FRatres. Expurgate vetus fermentum: vt ſitis noua conſperſio, ſicut eſtis azymi. Etenim paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Itaque epulemur, nõ in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ: ſed in azymis ſinceritatis & veritatis. Grad. Hæc dies, quã fecit Dñs, exultemus & lętemur in ea. ℣. Cõfitemini dño, qm̃ bonus: qm̃ in ſæculum miſericordia eius. Haleluiah, haleſah. ℣. Paſcha noſtrũ īmolatus eſt Chriſtus.

VIctimæ paſchali laudes immolent Chriſtiani.

Agnus redemit oues: Chriſtus innocens patri reconciliauit peccatores.

Mors, & vita, duello conflixere mirando: dux vitæ mortuus regnat viuus.

Dic nobis Maria, quid vidiſti in via?

Sepulcrũ Chriſti viuentis: & gloriam vidi reſurgentis.

Angelicos teſtes, ſudarium, & veſtes. Surrexit Chriſtus ſpes mea:

mea: præcedet vos in Galileã. Scimus Christum surrexisse à mortuis vere: tu nobis victor rex miserere. Amen. Halelsah.

Sequentia dicitur vsq; ad sabbathum in Albis inclusiuè.

cap. 16. Sequẽ scĩ euãg. secũdũ Marcũ.

IN illo tpe: Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome, emerunt aromata: vt venientes vngerent Iesum. Et valde mane vna sabbathorũ, veniunt ad monumentum orto iam Sole. Et dicebant ad inuicẽ, Quis reuoluet nobis lapidẽ ab ostio monumenti? Et respicientes, viderunt reuolutũ lapidẽ. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenẽ sedentẽ in dextris, coopertũ stola candida: & obstupuerunt. Qui dixit illis. Nolite expauescere. Iesum quæritis Nazarenum, crucifixũ: surrexit, nõ est hic: ecce locus vbi posuerũt eũ. Sed ite, dicite discipulis eius, & Petro, quia præcedet vos in Galilæam. Ibi eum videbitis: sicut dixit vobis. Credo.

ps. 75. Offertorium. Terra tremuit, & quieuit: dum resurgeret in iudicio Deus, Haleluiah. Sec.

SVscipe, qs dñe, preces populi tui cũ oblationib⁹ hostiarũ, vt paschalibus initiata mysterijs, ad æternitatis nobis medelã te operãte ꝓficiãt. Per.

Præfatio. Cõicãtes. vt sup. 128.

Cõmu. PAscha nostrũ immolatus est Christus, haleluiah: itaque epulemur ĩ azymis sinceritatis & veritatis. Halelsah, haleluiah, haleluiah. Postcõ. 2 Co.

SPiritũ nobis dñe, tuę charitatis infunde: vt quos sacra mẽtis Paschalibus satiasti, tua facias pietate concordes. Per.

Post Dñs vobiscum. dicitur Ite Missa est, halelsah, hasah. ℟. Deo gratias; haleluiah, hasah.

Sic dicitur vsque ad Sabbathũ in Albis inclusiuè.

¶ Infra octa. Paschæ nõ fit de aliquo festo duplici, vel semiduplici, sed post octauã celebratur. De simplici autem fit tantum cõme. post triduum.

FERIA SECVNDA.

Statio ad S. Petrum. Introitus.

INtroduxit vos dominus in terram fluentem lac, & mel, Haleluiah: vt lex Domini semper sit ĩ ore vestro: Haleluiah, haleluiah. Ex.

ps. Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. ps. 1

℣. Gloria patri. Oratio.

Deus

DEus, qui solennitate paschali mũdo remedia cõtuliſti, populũ tuum, qs, cœlesti dono prosequere: vt & perfectam libertatem cõsequi meatur: & ad vitã proficiat sempiternam. Per dominum nost.

Lectio Actuum Apostolorũ.

IN diebus illis: Stans Petrus in medio plebis, dixit. Viri fratres, vos scitis quod factum est verbum per vniuersam Iudæam, incipiens enim à Galilęa, post baptismum quod prędicauit Iohannes, Iesum à Nazareth, quomodo vnxit eũ Deus spiritu sancto & virtute, qui ptransijt benefaciendo, & sanãdo omnes oppressos à Diabolo: quoniam Deus erat cum illo. Et nos testes sumus omniũ, quæ fecit in regione Iudæorũ & Ierusalem: quem occiderũt suspendentes in ligno. Hunc Deus suscitauit tertia die: & dedit eum manifestũ fieri, nõ omni populo: sed testibus ꝓordinatis à Deo, nobis qui manducauimus & bibimus cum illo postquã surrexit à mortuis. Et ꝓcepit nobis prædicare populo & testificari: quia ipse est, qui cõstitutus est à Deo iudex viuorum, & mortuorum. Huic omnes prophetę testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomẽ eius, oẽs qui credunt in eũ. Gradua. Hæc dies, quam fecit dominus: exultemus & lætemur in ea. ℣. Dicat nũc Israel quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius. Haleluiah, haleluiah. ℣. Angelus domini descendit de cœlo: & accedens reuoluit lapidem, & sedebat sup eum. Sequentia. Victimæ paschali. cum Haleluiah in fine.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam.

IN illo tempore: Duo ex discipulis Iesu ibant ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Ierusalem, nomine Emmaus, Et ipsi loquebantur adinuicem de his omnibus, quæ acciderant. Et factum est: dum fabularentur & secum quærerent, & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis. Oculi autem eorum tenebantur, ne eum agnoscerent. Et ait ad illos. Qui sũt hi sermones, quos confertis ad inuicem ambulãtes, & estis tristes? Et respondens vnus, cui nomen Cleophas, dixit ei. Tu solus peregrinus es in Ierusalem, & non cognouisti quę facta sunt ĩ illa his diebus?

Quibus ille dixit. Quæ? Et dixerunt. De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere & sermone coram Deo & omni populo. Et quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes & principes nostri in dãnationem mortis: & crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus, quia ipse esset redemptus Israel. Et nunc super hæc omnia, tertia dies est hodie ꝙ hæc facta sunt. Sed & mulieres quædam ex nostris, terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum: & nõ inuẽto corpore eius, venerunt, dicẽtes se etiam visionem Angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere. Et abierunt quidã ex nostris ad monumentum: & ita inuenerunt, sicut mulieres dixerunt: ipsum vero non inuenerunt. Et ipse dixit ad eos. O stulti, & tardi corde ad credẽdũ in omnibus quæ locuti sunt ꝓphetæ. Nõne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Et incipiens à Moyse & omnibus ꝓphetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis quę de ipso erant. Et appropinquauerũt castello quo ibant: & ipse finxit se longius ire. Et coegerunt illum dicentes. Mane nobiscũ, qm̃ adueſperascit, & inclinata est iam dies. Et intrauit cũ illis. Et factum est: dũ recũberet cũ illis, accepit panẽ, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorũ & cognouerũt eum: & ipse euanuit ex oculis eorum. Et dixerunt ad inuicem. Nõne cor nostrum ardens erat in nobis, dũ loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora, regressi sunt in Ierusalem: & inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cũ ipsis erant, dicentes: quia surrexit dñs vere, & apparuit Simoni. Et ipsi narrabant quæ gesta erãt in via: & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Credo. Offertorium.

Angelus domini descendit de cœlo, & dixit mulieribus: quẽ quæritis, surrexit, sicut dixit, Haleluiah. Mat. 28

Secreta.

SVscipe, quæsum9 domine, preces populi tui cum oblationibus hostiarum: vt paschalibus initiata mysterijs, ad æternitatis nobis medelam te operante proficiant. Per dñm. Communio. Surrexit dominus, & apparuit Petro, Haleluiah. Postcommunio.

Spiritum

SPiritum nobis dñe tuæ charitatis infunde: vt quos sacramentis paschalibus satiasti: tua facias pietate concordes. Per dominum nostrum, in vnitate eiusdem.

FERIA TERTIA.

Statio ad S. Paulum. Introitus.

Nu. 10. Ecc. 15. AQua sapiętiæ potauit eos, Haleluiah: firmabitur in illis, & non flectetur, Haleluiah: & exaltauit eos in æternum. Haleluiah, haleluiah. ps 104 ps. Confitemini domino, & inuocate nomen eius: annũciate inter gentes opera eius. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

DEus, qui ecclesiam tuam nouo semper fętu multiplicas: concede famulis tuis: vt sacramentum viuendo teneãt, quod fide perceperunt. Per dominum nostrum Iesum Chri.

Lectio Actuum Apostolorũ. p. 12.

IN diebus illis. Surgens Paulus, & manu silentium indicens, ait. Viri fratres, filij generis Abrahã, & qui in vobis timent Deum: vobis verbum salutis huius missum est. Qui enim habitant Ierusalẽ, & principes eius ignorantes Iesum, & voces prophetarum, quæ per omne Sabbathum legun-

tur: iudicantes impleuerunt: & nullam causam mortis inuenientes in eo, petierunt à Pilato, vt interficerent eum. Cũque consummassent omnia, quæ de eo scripta erant: deponentes eum de ligno posuerũt eum in monumento. Deus autem suscitauit eum à mortuis tertia die. Qui visus est per dies multos his, qui ascenderant simul cum eo de Galilæa in Ierusalem: qui vsque nunc sunt testes eius ad plebem. Et nos vobis annunciamus eam, quæ ad patres nostros repromissio facta est, quoniam hanc Deus adimpleuit filijs vestris, resuscitans Iesum Christum dominum nostrũ.

Graduale. Hæc dies quam fecit dominus: exultemus, & lætemur in ea. ps 117. ℣. Dicant nunc qui redempti sunt à domino quos redemit de manu inimici: & de regionibus congregauit eos: Haleluiah, haleluiah. ℣. Surrexit dominus de sepulcro, qui pro nobis pependit in ligno. Sequentia. Victimæ paschali. vt in Dominica Paschę.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam. cap. 24.

IN illo tempore. Stetit Iesus in medio discipulorum

suorum, & dixit eis. Pax vobis. Ego sum, nolite timere. Cōturbati vero & cōterriti, existimabant se spiritum videre. Et dixit eis. Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas & pedes meos: qa ego ipse sum. Palpate & videte: quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cū hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes. Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio dixit. Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauum mellis. Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos hæc sunt verba, quæ locut⁹ sum ad vos: cum adhuc essem vobiscum: quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, & prophetis, & psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerēt scripturas. Et dixit eis: Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis die tertia: & prædicari in nomine eius pœnitentiā, & remissionem peccatorum in oēs gentes. Credo. Offerto.

Intonuit de cœlo dominus: & altissimus dedit vocem suam; & apparuerunt fontes aquarum, haleluiah. ps 17.

Secreta.

SVscipe Domine fidelium preces cū oblationibus hostiarum: vt per hæc piæ deuotionis officia, ad cęlestem gloriam trāseamus. Per do. Cōmu. Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite: vbi Christus est in dextera Dei sedens, Haleluiah, quæ sursum sunt sapite: Halah. Col 3.

Postcom.

COncede, quæsumus oīpotens Deus: vt paschalis perceptio sacramenti, cōtinua in nostris mentibus perseueret. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, &c.

FERIA QVARTA.

Statio ad sanctum Laurētium extra muros. Introitus.

VEnite bñdicti pr̄is mei: percipite regnū, Halah, qđ vobis paratum est ab origine mundi, Haleluiah, haleluiah, haleluiah. ps. Cantate domino canticum nouum: cāte domino omnis terra. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Sicut. Mat 25. ps 95.

Oratio.

DEus q nos resurrectionis dñicæ annua solennitate lætificas:

lætificas: concede propitius, vt per temporalia festa quæ agimus: peruenire ad gaudia æterna mereamur. Per eundem do.

Ab hac die vsque ad octauam, post orationem diei dī vna ex sequentibus ōrōnibus tantùm.

Cōtra plecutores Ecclīæ. Ōrō.

ECclesiæ tuæ, q̄sumus Domine preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per.

Vel pro Papa.

DEus omnium fideliū pastor, & rector, famulum tuum N. quem pastorē ecclesiæ tuæ præesse voluisti, propitius respice: da ei, quæsumus, verbo & exemplo quibus præest, proficere: vt ad vitam, vna cum grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per dominum nostrum Iesum Christū.

cap. 3. Lectio Actuum Apostolorū.

IN diebus illis. Aperiens Petrus os suum, dixit. Viri Israelitæ, & qui timetis Deum, audite. Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, Deus patrum nostrorum glorificauit filium suum Iesum, quem vos quidem tradidistis: & negastis ante faciem Pilati, iudicante illo dimitti. Vos autem sanctū & iustum negastis, & petijstis virum homicidam donari vobis: auctorem vero vitæ interfeciſtis, quem Deus suscitauit à mortuis, cuius nos testes sumus. Et nunc fratres scio quia per ignorantiam feciſtis, sicut & principes vestri. Deus autem qui prænunciauit per os omnium prophetarum pati Christum suum, impleuit sic. Pœnitemini igitur, & conuertimini: vt deleantur peccata vestra.

Gradu. Hæc dies, quam fecit dominus, exultemus, & lætemur in ea. ℣. Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me: dextera dñi fecit virtutē. Haleluiah, haleluiah. ℣. Surrexit dominus vere, & apparuit Petro. Sequentia. Victimæ paschali.

ps. 117.

vt in Dominica Paschæ.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Iohannem.

cap. 21. IN illo tempore: Manifestauit se iterum Iesus discipulis suis ad mare Tiberiadis. Manifestauit autem sic. Erant simul Simon Petrus, & Thomas qui dr Didymus, & Nathanael qui erat à Chana Galilææ & filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus. Vado pi-

scari. Dicũt ei. Venimus & nos tecum. Et exierunt & ascenderunt in nauim: & illa nocte nihil prendiderunt. Mane autem facto, stetit Iesus in litore: non tamen cognouerunt discipuli quia Iesus est. Dicit ergo eis Iesus. Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Respõderũt ei. Non. Et dixit eis. Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. Miserunt ergo: & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille quẽ diligebat Iesus, Petro, Dominus est, Simon ergo Petrus cum audisset quia dominus est: tunica succinxit se, (erat enim nudus) & misit se in mare. Alij autem discipuli nauigio venerũt (non enim longe erant à terra, sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete piscium. Vt ergo descenderunt in terram, viderũt prunas positas, & piscem superpositum & panẽ. Dicit eis Iesus. Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascẽdit Simon Petrus, & traxit rete in terram plenum magnis piscibus, centumquinquaginta tribus. Et cum tanti essent, nõ est scissum rete. Dicit eis Iesus. Venite, prandete. Et nemo audebat discumbentiũ interrogare eũ. Tu quis es? scientes quia dñs est. Et venit Iesus, & accepit panem, & dabat eis: & piscem similiter. Hoc iam tertio manifestat⁹ est Iesus discipulis suis, cum resurrexisset à mortuis.

C redo. Offertorium.

P ortas cœli aperuit Domin⁹, & pluit illis manna vt ederẽt: panem cœli dedit eis: panem Angelorum manducauit homo, Haleluiah. Ps 77.

Secreta.

S Acrifica domine paschalibus gaudijs immolamus: quibus ecclesia tua mirabiliter, & pascitur & nutritur. Per.

Alia Secreta.

P Rotege nos dñe tuis mysterijs seruientes: vt diuinis rebus inhærentes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per.

Vel pro Papa.

O Blatis, quæsumus domine, placare muneribus: & famulum tuum N. quẽ pastorem ecclesiæ tuæ præesse voluisti, assidua protectione guberna. Per dominum. Cõmu.

C hristus resurgẽs ex mortuis, iam non moritur, haleluiah: mors illi vltra non dominabitur, haleluiah, hasah. Postcõ. Ioan. 6.

A B omni nos, quæsumus domine, vetustate purgatos,

tos, sacramenti tui veneranda perceptio in nouam trãsferat creaturam. Qui viuis & regnas in vnitate. Alia postcommu.

QVęsumus domine Deus noster: vt, quos diuina tribus participatione gaudere, humanis nõ sinas subiacere periculis. Per dñm.

Vel pro Papa.

HÆc nos, quæsumus domine, diuini sacramenti perceptio protegat: & famulũ tuum N. quem pastorem ecclesiæ tuæ esse voluisti, vna cũ commisso sibi grege, saluet semper & muniat. Per dñm.

FERIA QVINTA.

Statio ad sanctos duodecim Apostolos. Introitus.

Ps. 10. VIctricem manum tuam domine laudauerunt pariter haleluiah: quia sapientia aperuit os mutum, & linguas infantium fecit disertas, Haleluiah, haleluiah. ps. Ps. 97. Cantate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

DEus, qui diuersitatem gẽtium in confessione tui nominis adunasti: da, vt renatis fonte baptismatis: vna sit fides mentium, & pietas actionum. Per dominum. Deinde Ecclesiæ. vel Deus omnium.

Vt in feria præcedenti.

Lectio Actuum Apostolorũ. cap. 8.

IN diebus illis. Angelus domini locut⁹ est ad Philippũ, dicens. Surge, & vade contra meridianum, ad viam quæ descendit ad Ierusalẽ in Gazam, hæc est deserta. Et surgẽs abijt. Et ecce, vir Æthiops eunuchus potens Cãdacis reginæ Æthiopũ, qui erat super omnes Gazas eius, venerat adorare in Ierusalem: & reuertebatur sedẽs super currum suum, legensq; Isaiam prophetam. Dixit autẽ spiritus Philippo. Accede, & adiunge te ad currum istum. Accurrens autem Philippus, audiuit illum legentem Isaiã prophetam: & dixit. Putasne intelligis quæ legis? Qui ait. Et quomodo possum, si non aliquis ostẽderit mihi? Rogauitque Philippum, vt ascenderet, & sederet secum. Locus autem scripturæ, quam legebat, hic erat. Tanquam ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente se, sine voce, sic non aperuit os suum. In humilitate iudicium eius sublatũ est. Generationẽ eius quis enarrabit? Quoniam tolletur de

terra vita eis. Rñdens autẽ Eunuchus Philippo, dixit. Obsecro te: de quo propheta dicit hoc: de se? an de alio aliquo? Aperiens aũt Philippꝰ os suũ: & incipiẽs à scriptura ista, euã gelizauit illi Iesum. Et dũ irent per viam: venerunt ad quandã aquam: & ait Eunuchus. Ecce aqua: quis prohibet me baptizari? Dixit autem Philippus. Si credis ex toto corde, licet. Et respondens, ait. Credo filium Dei esse Iesum Christũ. Et iussit stare currum: & descẽderũt vterq; in aquam: Philippus & Eunuchus: & baptizauit eum. Cum autem ascendissent de aqua: Spiritus dñi rapuit Philippum, & amplius non vidit eũ Eunuchus. Ibat autem per viã suã gaudens. Philippus autem inuentus est in Azoto. Et pertransiens euangelizabat ciuitatibus cunctis, donec veniret Cæsaream, nomen domini Iesu Christi. Graduale.

℣ 1107.

Hæc dies quam fecit dñs: exultemus & lætemur in ea. ℣. Lapidem quem reprobauerũt ædificantes, hic factus est in caput anguli: à domino factũ est istud: & est mirabile in oculis nostris. Haleluiah, halah. ℣. Surrexit Christus, qui creauit omnia: & misertus est humano generi. Sequentia. Victimę paschali. vt in Dñica paschæ.

Sequẽ. S. Euãg. secũdum Iohã.

In illo tempore. Maria stabat ad monumẽtum foris, plorans. Dum ergo fleret, inclinauit se, & prospexit in monumẽtum. Et vidit duos angelos in albis sedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes vbi positum fuerat corpus Iesu. Dicũt ei illi. Mulier quid ploras? Dicit eis. Quia tulerunt dominũ meum & nescio vbi posuerunt eum. Hæc cum dixisset, cõuersa est retrorsum: & vidit Iesũ stantem: & non sciebat quia Iesus est. Dicit ei Iesus. Mulier quid ploras? Quem quæris? Illa existimans qa hortulanus esset, dicit ei. Domine, si tu sustulisti eũ dicito mihi vbi posuisti eum, & ego eum tollam. Dicit ei Iesus. Maria? Conuersa illa: dicit ei. Rabboni: quod dicitur magister. Dicit ei Iesus. Noli me tangere. Nondum enim ascẽdi ad patrem meũ. Vade autem ad fratres meos: & dic eis. Ascendo ad patrem meum & patrem vestrũ: Deũ meum & Deum vestrum. Venit Maria Magdalene annuncians discipulis: quia vidi

do-

dominum: & hæc dixit mihi.
Credo. Offertorium.
In die solennitatis vestræ: dicit dominus: inducam vos in terram fluentem, Lac & Mel. Haleluiah.
Secreta.
SVscipe, quæsumus domine munera populorũ tuorum propitius: vt confessione tui nominis, & baptismate renouati sempiternã beatitudinem consequantur. Per dominum nostrum Iesum Christũ filium tuum, Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.
Deinde Protege nos. vel Oblatis. vt in feria præcedenti.
Communio.
Populus acquisitionis annunciate virtutes eius, haleluiah: qui vos de tenebris vocauit in admirabile lumen suum, Haleluiah.
Postcommunio.
EXaudi domine preces nostras, vt redẽptionis nr̃æ sacrosancta commercia, & vitæ nobis conferant præsentis auxilium, & gaudia sempiterna concilient. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, Qui tecum viuit.
Deinde Quæsumus Dñe. vel Hæc nos. vt in feria p̃cedenti.

FERIA VI.

Statio ad Sanctam Mariam Rotundam.
Introitus. ps. 77.
DUxit eos Dñs in spe, halah: & inimicos eorum operuit mare halah, haleluiah, haleluiah. ℣. Attendite populo meus legem meã: inclinate aurem vestram in verba oris mei. ℣. Gloria patri, & filio & spiritui sancto. Sicut erat in principio.
Oratio.
OMnipotens sempiterne Deus qui paschale sacramentum in recõciliationis humanę fœdere contulisti da mẽtibus nostris, vt quod p̃fessione celebramus: imitemur effectu. Per dominum nostrum.
Deinde Ecclíæ tuæ. vel Deus. oĩum. vt in iiij. feria præcedẽti.
Lectio Epistolæ Beati Pauli Apostoli. 1. Pet. 3.
CArissimi: Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis: vt nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu. In quo & his qui in carcere erant spiritibus veniens prędicauit: qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur

caretur arca: in quā pauci, id-
est octo animæ saluæ factæ sūt
per aquam. Quod & vos nunc
similis formæ saluos facit ba-
ptisma: non carnis depositio
sordium, sed conscientię bonę
interrogatio in Deum, per re-
surrectionem Iesu Christi do-
mini nostri, qui est in dextera
ps 117. Dei. Grad. Hæc dies, quam fe
cit dominus: exultemus & læte
mur in ea. ℣. Benedictus qui
venit in nomine domini: Deus
dominus & illuxit nobis. Ha-
leluiah, haleluiah. ℣. Dicite in
gentibus: quia dominus regna
uit à ligno. Sequētia. Victimæ
paschali. vt in Dñica Paschæ.

Sequentia sancti Euangelij se-
cundūm Matthæum.

cap. 28. IN illo tempore. Vndecim di
scipuli abierunt in Galilæā,
in montem vbi constituerat il-
lis Iesus. Et videntes eum ado-
rauerunt: quidam autem dubi
tauerunt. Et accedens Iesus lo-
cutus est eis, dicens. Data est
mihi omnis potestas in cœlo
& in terra. Euntes ergo, doce-
te omnes gentes, baptizantes
eos in nomine patris, & filij,
& spiritus sancti: docentes eos
seruare omnia quæcunq; man
daui vobis. Et ecce ego vobis-
cū sum omnibus diebus vsque
ad consummationem sæculi.
Credo. Offert. Erit vobis hęc cap. 1
dies memorialis, Haleluiah:
& diem festum celebrabitis
solennem domino in proge-
nies vestras: legitimum sempi-
ternum diem, Haleluiah, hale
luiah, haleluiah. Secreta.

HOstias, quæsumus do-
mine, placatus assume:
quas & pro renatorum expia-
tione peccati deferimus, & pro
acceleratione cœlestis auxilij.
Per dominum nostrum, &c.
Deinde Protege nos. vel Ob-
latis. vt in quarta feria præ-
cedenti. Communio.

Mat. Data est mihi omnis potestas
in cœlo & in terra, haleluiah:
euntes docete omnes gentes,
baptizantes eos, in nomine pa
tris, & filij, & spiritus sancti.
Haleluiah. Postcommuuio.

RRespice, quæsumus do-
mine, populum tuum: &
quem æternis dignatus es re-
nouare mysterijs: à tempora-
libus culpis dignanter absolue.
Per dominum nostrum Iesum
Christum filium tuum, &c.
Deinde Quæsumus domine.
vel Hæc nos. vt in quarta
feria præce-
denti.

SAB-

SABBATHO in albis.

Statio ad Sanctū Iohannem in Laterano. Introitus.

Duxit dominꝰ populū suū in exultatiōe, Haleluiah: & electos suos in lætitia, Haleluiah, haleluiah. ℘s. Confitemini domino, & īuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. ℣. Gloria. Oratio.

Concede quæsumus omnipotens Deus: vt, qui festa paschalia venerando egimus: per hæc cōtingere ad gaudia æterna mereamur. Per do. Deinde Eccleſiæ tuæ. vel Dꝰ omnium: vt in iiij. fer. p̄cedēti.

Lectio Epistolæ beati Petri Apostoli.

Cariſſimi, Deponētes omnem malitiam, & omnē dolum & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones: sicut modo geniti infantes, rationabiles, sine dolo, lac cōcupiscite, vt in eo crescatis in salutem: si tamen gustastis, quoniam dulcis est dominus. Ad quem accedentes, lapidem viuum, ab hominibus quidē reprobatum, à Deo autem electū & honorificatum. & ipsi tanquam lapides viui superædificamini, domus spiritualis, sacerdotium sanctum, offerētes spirituales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum. Propter quod continet scriptura. Ecce ponam in Sion lapidē summum angularem, probatum, electum, pretiosum. Et q̄ crediderit in illum, non cōfundetur. Vobis igitur honor credentibus. Non credentibus autem, lapis quem reprobauerūt ædificantes, hic factus est in caput anguli & lapis offensionis & petra scandali, his qui offendunt vero, nec credunt, in quo & positi sunt. Vos autē genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: vt virtutes eius annuncietis, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suū. Qui aliquando non populus: nunc autem populus Dei. Qui nō cōsecuti misericordiā nunc autē misericordiam cōsecuti. ¶ Ab hac die vsque ad oct. Pēt. ec. tam in officio de tempore, quam de sanctis, non dicitur Graduale: sed eius loco dicuntur duo versus cum quatuor Haleluiah, ordine infrascripto: præterquam in missis Rogationum, & vigiliæ Pentecostes,

ſtes, in quibus dicitur vnum Haleluiah, cum vno verſu: ſimiliter & poſt quamlibet prophetiá in Sabbatho Quatuor temporum poſt Pent. Alio répore vſque ad Septuageſimã, quando dicitur Graduale, dicunt tria Haleluiah, poſt Graduale: bis, ante verſum, & ſemel poſt verſum: cum autẽ dicitur Sequentia, Haleluiah, quod dicendum eſſet poſt verſum, dicitur poſt Sequentiam.

ps 117. Haleluiah, haleluiah. ℣. Hæc dies quam fecit dominus: exultemus & lętemur in ea. Haleluiah.

ps 102. ℣. Laudate pueri dominum, laudate nomen domini. Sequentia. Victimæ paſchali. vt in Dominica Paſchæ, & in fine Haleluiah.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundùm Iohannem.

ca. 20. IN illo tempore. Vna Sabbathi, Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebræ eſſent, ad monumentum: & vidit lapidem ſublatum à monumento. Cucurrit ergo, & venit ad Simonem Petrum, & ad alium diſcipulum, quem diligebat Ieſus: & dicit eis. Tulerunt dominum de monumento: & neſcimus vbi poſuerunt eum. Exijt ergo Petrus, & ille alius diſcipulus & venerũt ad monumentum. Currebant autem duo ſimul: & ille alius diſcipulꝰ ꝓcucurrit citius Petro, & venit primus ad monumẽtum. Et cum ſe inclinaſſet, vidit linteanima poſita: non tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus ſequens eum, & introiuit in monumentum: & vidit linteanima poſita, & ſudarium quod fuerat ſuper caput eius, non cum linteaminibus poſitum, ſed ſeparatim inuolutum in vnum locum. Tũc ergo introiuit & ille diſcipulus qui venerat primus ad monumentum: & vidit, & credidit. Nondũ enim ſciebant ſcripturas, quia oportebat eum à mortuis reſurgere. Credo.

Offertorium.

ps 117. Benedictus quĩ venit in nomine domini: benediximus vobis de domo domini: Deus dominus, & illuxit nobis, Haleluiah, haleluiah.

Secreta.

COncede, quęſumus domine, ſemper nos per hæc ſacra myſteria paſchalia gratulari: vt continua noſtræ reparationis operatio, perpetuæ nobis fiat cauſa lætitiæ. Per dñm. Deinde Protege, vel Oblatis. vt in feria iiij. præcedẽ. Cõmu.

Om-

1. Io. O mnes in qui Christo baptizati estis, Christum induistis, Haleluiah. Postcommunio.

REdemptionis nostræ munere vegetati, quæsumus dñe: vt hoc perpetuæ salutis auxilio, fides semp vera proficiat. Per dominum nostrum Iesum. Deinde Quæsumus dñe, vel Hęc nos. vt ī feria iiij. p̄cedēti.

DOMINICA in octaua Paschæ.

Statio ad Sanctum Pancratiū.

Introitus.

1. Pet. QVasi modo geniti īfantes, haleluiah, rōnabiles sine dolo, lac concupiscite. Haleluiah, haleluiah. Psal. 80. Exultate Deo adiutori nostro: iubilate Deo Iacob. ℣. Gloria patri & filio, & spiri. Oratio.

PRæsta quæsumus omnipotens Deus: vt qui paschalia festa peregimus: hæc, te largiēte, moribus & vita teneamus. Per dominum nostrum Iesum.

Lectio Epistolæ beati Iohannis Apostoli.

1. Ioā. 5. CAriſſimi. Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum. Et hæc est victoria quæ vincit mundum: fides nostra. Quis est autem, qui vincit mundum, nisi qui credit, quoniam Iesus est filius Dei? Hic est, qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus. Nō in aqua solum: sed in aqua & sanguine. Et spiritus est, qui testificatur, quoniam Christus est veritas. Quoniam tres sunt qui testimonium dant in cœlo: pater, verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres, vnum sunt. Et tres sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis: & hi tres, vnum sunt. Si testimonium hominum accipimus testimonium Dei maius est. Quoniam hoc est testimonium Dei, quod maius est: qa testificatus est de filio suo. Qui credit in filium Dei, habet testimonium Dei in se. Haleluiah, haleluiah. ℣. In die resurrectionis meæ, dicit dñs, præcedā vos ī Galilæā. Haleluiah. ℣. Post dies octo, ianuis clausis, stetit Iesus in medio discipulorum suorum, & dixit, Pax vobis. Haleluiah.

Matt. 28. Ioā. 20.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Iohannem.

cap. 20. IN illo tempore. Cum esset sero die illa, vna Sabbathorum, & fores essent clausæ, vbi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum: venit Iesus, & stetit in medio eorū,

&

& dixit eis. Pax vobis. Et cum hoc dixiſſet, oſtẽdit eis manus & latus. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli viſo domino. Dixit ergo eis iterum. Pax vobis. Sicut miſit me pr̃ & ego mitto vos. Hoc cum dixiſſet, inſufflauit: & dicit eis. Accipite ſpiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittunt eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt. Thomas autem vnus de duodecim, qui dicitur Didymus, nõ erat cum eis, quando venit Ieſus. Dixerunt ergo ei alij diſcipuli. Vidimus dominum. Ille autem dixit eis. Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meũ in locum clauorum, & mittã manum meam in latus eius: non credam. Et poſt dies octo, iterum erant diſcipuli eius intus: & Thomas cum eis. Venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medio, & dixit. Pax vobis. Deinde dicit Thomæ. Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Reſpondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus me⁹. Dicit ei Ieſus. Quia vidiſti me Thoma, credidiſti: beati qui non viderunt, & crediderunt. Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc. Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis quia Ieſus eſt filius Dei: & vt credentes, vitam habeatis in nomine eius.

Credo. Offertorium.

Angelus Domini deſcendit de cœlo, & dixit mulieribus: quem quæritis, ſurrexit, ſicut dixit, Haleluiah. Mat. 28

Secreta.

SVſcipe munera, quę ſumus Domine, exultantis eccleſiæ: & cui cauſam tanti gaudij præſtitiſti, perpetuæ fructum concede lætitię. Per dominum noſtrum Ieſum.

Communio.

Mitte manum tuam, & cognoſce loca clauorum, haleluiah: & noli eſſe incredulus, ſed fidelis, haleluiah, haleluiah. Ioã. 20.

Poſtc.

QVæſumus domine Deus noſter: vt ſacroſancta myſteria, quę pro reparationis noſtræ munimine contuliſti: & præſens nobis remedium eſſe facias & futurum. Per dominum noſtrum Ieſum.

Feria ij. poſt octa. Paſchæ, vſq; ad Aſcenſionem poſt Orationem diei dñr Orationes ſequẽtes ſi non eſt feſtum duplex.

De

De beata Virgine. Oratio.

CONcede nos famulos tuos, quęsumꝰ domine Deus perpetua mẽtis,& corporis sanitate gaudere: & gloriosa beatæ Marię sp Virginis intercessione, à pśenti liberari tristitia,& æterna pfrui lætitia.

Contra persecutores Ecclesiæ.

ECclesiæ tuæ quæsumus domine, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per dominum nostrũ Iesum.

Vel pro Papa.

DEus omnium fidelium pastor & rector, famulum tuum N. quem pastorem ecclesiæ tuæ præesse voluisti,propitius respice : da ei quæsumus, verbo,& exemplo quibus præest, proficere:vt ad vitam, vna cum grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per dominum nostrum Iesum Christũ.

De beata Virgine. Secreta.

IVa domine propitiatione, & beatæ Mariæ semper virginis intercessione, ad perpetuam atque præsentẽ, hæc oblatio nobis proficiat,prosperitatem & pacem.

Cõtra pśecutores ecclesiæ. Sec.

PRotege nos domine tuis mysterijs seruiẽtes:vt,diuinis rebus inhærentes,& corpore tibi famulemur, & mente. Per dominum nostrũ Iesum.

Vel pro Papa. Secreta.

OBlatis,quæsumus domine,placare muneribus:& famulum tuum N. quẽ pastorem ecclesiæ tuæ præesse voluisti,assidua protectione guberna.Per dominum nostrum.

De beata virgine.Postcommu.

SVmptis Domine salutis nostrę subsidijs:da quęsumꝰ Beatæ Marię semper virginis patrocinijs nos vbiq; protegi:in cuiꝰ veneratione, hęc tuę obtulimꝰ maiestati.

Contra persecutores Ecclesiæ. Postcommunio.

QVæsumus domine Deus noster:vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis nõ sinas subiacere periculis. Per dominũ nostrum Iesum Christum,&c.

Vel pro Papa.

HÆc nos, quæsumus domine, diuini sacramenti perceptio protegat, & famulum tuum N. quem pastorem Ecclesiæ tuæ esse voluisti : vna

cum

cum commisso sibi grege, saluet semper & muniat. Per dominum nostrum Iesum, &c.

DOMINICA II. post Pascha. Introitus.

MIsericordia Domini plena est terra, haleluiah: verbo domini cęli firmati sunt, haleluiah, haleluiah. Ps 32. ℣. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

DEus, qui in filij tui humilitate, iacentem mundũ erexisti: fidelibus tuis perpetuã concede lætitiam: vt, quos perpetuæ mortis eripuisti casibus, gaudijs facias sempiternis pfrui. Per eundem dominum.

Aliæ orationes. Concede, & Ecclesiæ tuæ. vel Deus omnium. vt supra. folio 147.

Lectio Epistolæ beati Petri Apostoli.

1. ca. 2. CAristimi: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Qui cum malediceretur, non maledicebat. Cum pateretur, non comminabatur. Tradebat autem iudicanti iniuste. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: vt peccatis mortui iustitiæ viuamus. Cuius liuore sanati estis. Eratis enim sicut oues errantes: sed conuersi estis nunc ad pastorẽ & episcopum animarum vestrarũ. Haleluiah, haleluiah. Lu. 24 ℣. Cognouerunt discipuli dominum Iesum in fractione panis. Halah. ℣. Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meę. Halah. Ioã 10.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Iohannem.

IN illo tempore: Dixit Iesus Pharisæis. Ego sũ pastor bonus. Bonus pastor animam suã dat pro ouibus suis. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit, & dispergit oues. Mercenarius autẽ fugit, quia mercenarius est: & non pertinet ad eum de ouibus. Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem: & animam meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocẽ cap. 10.

meam

meam audient: & fiet vnum ouile & vnus pastor. C redo. Offert. D eus Deus meus ad te de luce vigilo: & in noīe tuo leuabo manus meas, halāh. Sec. BEnedictionem nobis dñe cōferat salutarē sacra semper oblatio: vt, quod agit mysterio, virtute perficiat. Per dominum nostrū Iesum Chrīm. Deinde Tua domine & P rotege. vel O blatis. vt sup. fo. 152. Commu. Ego sum pastor bonus, Haleluiah: & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ, haleluiah, halāh. Postcō. PRæsta nobis, q̄sumus ops Deus, vt viuificationis tuæ grām cōsequentes: in tuo semper munere gloriemur. Per dominum nostrum Iesum, &c. Deinde Sumptis do. & Q uæsumus. vel H æc nos. vt supra.

DOMINICA TERTIA post Pascha. Introitus.

Vbilate Deo omnis terra, halāh, psalmum dicite noī eius, halāh: date gloriam laudi eius, haleluiah. halāh. Dicite Deo, quā terribilia sunt opera tua dñe: in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui. Oratio.

DEus, qui errantibus, vt in viam possint redire iustitiæ veritatis tuæ lumē ostēdis: da cunctis, qui Christiana professione censentur: & illa respuere quæ huic inimica sunt nomini: & ea quæ sunt apta sectari. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit, & regnat in vnitate spiritus sancti Deus, per oīa secula scsorū. ℟. Amen. Et dicitur Concede nos. & E cclesiæ. vel D eus omnium fidelium. vt supra. folio 147.

Lectio Epistolæ beati Petri Apostoli. 1. Pet.

CArissimi: Obsecro uos tanquam aduenas, & peregrinos abstinere vos à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam: conuersationem vestram inter gētes habentes bonā: vt in eo quod detrectant de uobis tanquam de malefactoribus: ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis. Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ pp Deum siue regi, quasi præcellenti: siue ducibus tāquā ab eo missis ad vindictā malefactorū, laudem

dem vero bonorum: quia sic est voluntas Dei, vt bene facientes obmutescere faciatis imprudentium hominũ ignorantiam. Quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui Dei. Omnes honorate: Fraternitatem diligite: Deum timete: Regem honorificate. Serui, subditi estote in omni timore dominis: non tantùm bonis & modestis: sed etiam dyscolis. Hæc est enim gratia in Christo Iesu domino nro.

ps 110. Haleluiah, haleluiah. ℣. Redemptionem misit dominus populo suo. Haleluiah. ℣. O-

Luc. 4. portebat pati Christum, & resurgere à mortuis: & ita intrare in gloriam suam, haleluiah.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Iohannem.

cap. 16.



IN illo tẽpore. Dixit Iesus discipulis suis. Modicũ, & iam nõ videbitis me: & iterũ modicũ, & videbitis me: qa vado ad patrẽ. Dixerunt ergo ex discipulis eius adinuicem: Quid est hoc quod dicit nobis: Modicum & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me; & quia vado ad patrem? Dicebant ergo: Quid est hoc quod dicit nobis: Modicum? Nescimus quid loquitur. Cognouit autem Iesus, quia volebant eum interrogare: & dixit eis. De hoc quæritis inter vos, quia dixi: Modicum, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me. Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos vero contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mulier cũ parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cum autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis. Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum: & gaudiũ vestrum nemo tollet à vobis.

Credo.

Offertorium.

ps 145. Lauda anima mea dominũ: laudabo dominũ in vita mea: psallam Deo meo quãdiu ero, haleluiah.

Secreta.

HIs nobis domine mysterijs conferatur, quo terrena desideria mitigantes, di-

sca-

scamus amare cęlestia. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, Qui tecū viuit, & regnat in vnitate, &c. Deinde Tua domine. & Protege, vel Oblatis. vt supra fo. 153.

Communio.

Ioā. 16. Modicum & nō videbitis me, haleluiah: iterum modicum, & videbitis me, quia vado ad patrem, haleluiah, haleluiah.

Postcommunio.

SAcramēta quę sumpsimus, quæsumus domine, & spiritualibus nos instaurent alimentis, & corporalibus tueantur auxilijs. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, Qui tecum viuit, & reg. Deinde Sumptis domine. & Quæsumus, vel Hæc nos. vt supra. folio 147.

DOMIMICA IIII. post Pascha. Introitus.

Ps. 97.

Antate dño canticum nouum, haleluia, qa mirabilia fecit dñs, haleluiah: ante conspectū gentium reuelauit iustitiam suā, haleluiah, haleluiah, haleluiah. Psal. Saluabit sibi dextera eius, & brachium sanctum eius. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

DEus, qui fidelium mentes vnius efficis voluntatis: da populis tuis id amare quod præcipis, id desiderare quod promittis: vt inter mundanas varietates ibi nostra fixa sint corda vbi vera sunt gaudia. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, Qui tecum viuit, & reg. &c. Aliæ Orationes: Concede quæsumus domine. & Ecclesiæ tuæ: vel Deus omnium fidelium. vt supra folio 147.

Lectio Epistolæ Beati Iacobi Apostoli. cap. 1.

CAristimi. Omne datum optimum, & omne donū perfectum desursum est, descendens à patre luminum: apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Volūtarie enim genuit nos verbo veritatis: vt simus initium aliquod creaturę eius. Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Ira enim viri, iustitiam Dei non operatur. Propter qd abijcientes omnem immunditiam, & abūdantiam malitiæ,

in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod pōt saluare animas vestras. H aleluiah, ha
ps 11. leluiah. ℣. Dextera domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me, dextera domini
Rom. 6 fecit virtutem, halelu. ℣. Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur: mors illi vltra nō dominabitur, haleluiah.

Sequentia sancti Euangelij secundum Iohannem.

cap. 6.

IN illo tpe: Dixit Ies⁹ discipulis suis. Vado ad eū, qui misit me: & nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? Sed, quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis, vt ego vadam. Si em̄ non abiero, paraclitus non veniet ad vos: si aūt abiero, mittā eū ad uos. Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & d iudicio. De peccato quidem, quia non crediderunt in me. De iustitia vero: qa ad patrem vado, & iam non videbitis me. De iudicio autem: quia princeps huius mundi iā iudicatus est. Adhuc habeo multa vobis dicere: sed nō potestis portare modo. Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatē. Nō em̄ loquetur à semetipso: sed quæcunque audiet, loquetur: & quæ ventura sunt annunciabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, & annunciabit uobis. Credo.

Offertorium. Iubilate Deo omps 65.
nis terra, iubilate Deo vniuersa terra: psalmum dicite nomini eius: venite, & audite, & narrabo vobis, omnes qui timetis Deum, quanta fecit dominus animæ meæ, haleluiah. Secreta.

DEus, qui nos per huius sacrificij veneranda commercia, vnius, summæque diuinitatis participes esse fecisti: præsta quæsumus: vt sicut tuā cognouimus veritatem, sic eā dignis moribus assequamur. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit, & regnat in vnitate spiritus sancti Deus, &c.

Deinde Tua domine. & Protege, vel Oblatis. vt sup f. 152.

Communio. Cum uenerit paIoā 16
raclitus spiritus veritatis, ille arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio, haleluiah, haleluiah. Postcommu:

A desto

ADesto nobis dñe Deus noster: vt per hæc, quæ fideliter sumpsimus: & purgemur à vitijs, & à periculis omnibus eruamur. Per dominum nrm Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit, & regnat.

Deinde S umptis domine. & Q uæsumus vel H æc nos. vt supra. fólio 152.

DOMINICA V. post Pascha. Introitus.

VOcem iucunditatis annunciate: & audiat haleluiah, annunciate vsque
Isa. 48. ad extremum terræ: liberauit dominus populum suum, ha-
ps. 65. leluiah, haleluiah. ps. Iubilate deo omnis terra: psalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius. ℣. Gloria patri, & filio & spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nũc. Oro.

DEus, à quo bona cuncta procedunt: largire supplicibus tuis: vt cogitemus te inspirante quæ recta sunt: & te gubernante, eadem faciamus. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit, & regnat, &c.

Et dicitur C oncede nos. & E cclesiæ, vel D eus omnium. vt supra. folio 152.

Lectio Epistolæ Beati Iacobi Apostoli. cap. 1.

CArissimi: estote factores verbi, & non auditores tantùm fallentes vosmetipsos. Quia si quis auditor est verbi, & non factor: hic comparabitur viro consideranti vultũ Natiuitatis suæ in speculo. Cõsiderauit enim se, & abijt, & statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem perspexerit in lege perfectæ libertatis: & permanserit in ea, nõ auditor obliuiosus factus, sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. Siquis autem putat se religiosum esse, non refrenans linguã suam: sed seducens cor suũ: huius vana est religio. Religio mũda, & immaculata, apud Deũ & patrem, hæc est. Visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum: & immaculatum se custodire ab hoc sæculo. H aleluiah, haleluiah. ℣. Surrexit Ioã. 20. Christus, & illuxit nobis: quos redemit sanguine suo. Haleluiah. ℣. Exiui à patre, & veni in Ioã. 16. mundum: iterũ relinquo mundũ, & vado ad patrem: Hasah.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Iohannem. cap. 16.

IN illo tpe: Dixit Iesus discipulis suis. Amen amen dico vobis:

vobis: siquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Vsq; modo non petistis quicquam in nomine meo. Petite & accipietis: vt gaudiũ vestrũ sit plenum. Hæc in prouerbijs locutus sum vobis. Venit hora cum iam non in prouerbijs loquar vobis, sed palam de Patre annunciabo vobis. Illo die in nomine meo petetis. Et nõ dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis. Ipse enim pater amat vos, qa vos me amastis, & credidistis, quia à Deo exiui. Exiui à patre, & veni in mũdum: iterum relinquo mundũ & vado ad patrem. Dicunt ei discipuli eius. Ecce, nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis. Nunc scimus qa scis omnia, & non est opus tibi, vt quis te interroget. In hoc credimus, quia à Deo existi. Credo. Offertorium.

Ps. 65. BEnedicite gentes dominum Deum nostrũ & obaudite vocem laudis eius: qui posuit animam meam ad vitam, & nõ dedit commoueri pedes meos: benedictus dominus qui non amouit deprecationem meã, & misericordiam suam à me, haleluiah. Secreta.

SVscipe domine fidelium preces cum oblationibus hostiarum: vt per hæc piæ deuotionis officia, ad cœlestem gloriam transeamus. Per dominũ. Deinde Tua domine, & Protege, vel Oblatis, vt sup. f. 152. Communio. Cantate domino, haleluiah, cãtate, domino, & benedicite nomini eius: bene nunciate de die in diẽ salutare eius, halah, halah. Postcõmu.

TRibue nobis dñe cœlestis mensæ virtute satiatis, & desiderare quæ recta sunt, & desiderata percipere. Per dñm. Deinde Sũptis dñe, & Quæsumus, vel Hæc, vt sup. fo. 152.

In Litanijs maioribus.

In festo S. Marci. Statio ad sanctum Petrum. Et in minorib⁹: ante Ascentionem. Feria ij. Rogationum. Statio ad Sanctam Mariam Maiorem. Feria iij. Ad sanctum Iohannem in Laterano. Feria iiij. ad sanctum Petrum. Introitus. Ps. 17.

EXaudiuit de tẽplo sancto suo vocem meam, haleluiah, & clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius, haleluiah, haleluiah. ℣. Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamentũ meum & refugium meum, & libe-

liberator meus. ℣. Gloria. &c.
In hac missa non dicitur Gloria in excel. neq; C redo. Oro.

PRæsta, quæsumus omnipotens Deus: vt qui in afflictione nostra de tua pietate cõfidimus, cõtra aduersa omnia tua semper protectione muniamur. Per dominum nrm.
Et dr̃ C oncede. E cclesiæ. vel D eus oĩum fideliũ. vt su. 147.

Lectio Epistolæ Beati Iacobi Apostoli.

CArissimi: Confitemini alterutrum peccata vestra: & orate pro inuicem vt saluemini. Multum enim valet deprecatio iusti assidua. Elias, homo erat similis nobis passibilis: & oratione orauit vt non plueret super terram, & non pluit annos tres & mẽses sex. Et rursum orauit, & cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum. Fratres mei, si quis ex vobis errauerit à veritate, & conuerterit quis eum: scire debet: quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum. H alʾah.
117. ℣. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam.

cap. 11.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Quis vestrũ habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi. Amice, accommoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum. Et ille deintus respondens dicat, Noli mihi molestus esse: iam ostiũ clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili: nõ possum surgere & dare tibi. Et si ille perseuerauerit pulsans: dico vobis, & si non dabit illi surgens, eo quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico vobis: Petite, & dabitur vobis, quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Quis autẽ ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? Aut piscem: nunquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum: nunquid porriget ei scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris: quãto ma-

gis pr̃ vester de cœlo dabit spm̃ bonũ petentibus se? Offerto.

ps 108. Confitebor domino nimis in ore meo: & in medio multorũ laudabo eum, qui astitit à dextris pauperis, vt saluam faceret à persequentibus animam meam, Haleluiah, Secreta.

HÆc munera, quæsumus dñe, & vincula nostræ prauitatis absoluant, & tuę nobis misericordiæ dona concilient. Per dominum nostrum. Deinde Tua dñe. & Protege. vel Oblatis. vt su. f. 152. Cõm.

Lu. 11. Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis: oĩs enim qui petit, accipit: & qui q̃rit inuenit, & pulsanti aperiet, halah. Poste

VOta nostra, quęsumus domine, pio fauore prosequere vt dũ dona tua in tribulatione percipimus, de consolatione nostra ĩ tuo amore crescamus. Per dominum nostrũ. Deinde Sũptis dñe. & Quęsumus. vel Hæc nos. vt su. 152.

IN VIG. ASCENSIONIS.

¶ Si hodie occurrat festum simplex, fit de ipso tantùm cõmemoratio in missa. Si occurrat festũ duplex, vel semiduplex, missa dicitur de festo cum cõmemoratione vigilię. Sed ĩ Ecclesijs Collegiatis dicũtur duæ missæ vna de festo alia de vig.

Introitus.

Isa. 48. Ocẽ iucunditatis annunciate: & audiatur, haleluiah: annũciate vsq; ad extremum terræ: liberauit dñs populũ suum, haleluiah, haleluiah, ps. Iubilate Deo omnis terra: psalmum dicite nomini eius, date gloriam laudi eius. ps 65. ℣. Gloria patri, & filio. &c. Et dr̃ Gloria in excelsis. Oro:

DEus, à quo bona cuncta procedunt, largire supplicibus tuis: vt cogitemus te inspirante quæ recta sunt, & te gubernãte eadẽ faciamus. Per. Secũda oratio de rogationibus. Præa quæsumus. iij. de Sancta Maria. Cõcede. supra. 152. Vbi autẽ in Ecclesijs collegiatis dicitur alia quoq; Missa de rogationibus: secunda oratio erit de Sancta Maria: tertia cõtra persecutores ecclesiæ, vel pro Papa. vt supra. folio 152.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Ephesios. cap. 4.

FRatres. Vnicuique nostrũ data est gratia secundùm mensuram donationis Christi. Propter quod dicit: Ascendens in altum, captiuam duxit

capti-

captiuitatem: dedit dona hominibus. Quod autem ascendit: quid est nisi qui & descendit primum in inferiores partes terræ? Qui descendit: ipse est & qui ascendit super omnes cœlos, vt adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem pastores & Doctores ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei: in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Haleluiah, haleluiah. ℣. Surrexit Christus, & illuxit nobis, quos redemit sanguine suo. Haleluiah. ℣. Exiui à patre, & veni in mũdũ: iterum relinquo mundum, & vado ad patrem, haleluiah.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Iohannem.

In illo tempore: Subleuatis Iesus oculis in cœlum dixit. Pater, venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te, sicut dedisti ei potestatem omnis carnis: vt omne quod dedisti ei det eis vitam æternam. Hæc est autem vita æterna, Vt cognoscant te, solùm Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Ego te clarificaui super terram: opus consummaui, quod dedisti mihi vt faciam. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum claritate quam habui, priusquam mundus fieret, apud te. Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mũdo. Tui erant: & mihi eos dedisti: & sermonem tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt: quia verba quæ dedisti mihi, dedi eis. Et ipsi acceperunt: & cognouerunt vere, quia à te exiui: & crediderunt, quia tu me misisti. Ego pro eis rogo. Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi: quia tui sunt. Et mea omnia, tua sunt: & tua mea sunt: & clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo: & hi in mundo sunt: & ego ad te venio.

Offertorium.

Benedicite gentes dominum Deum nostrum: & obaudite vocem laudis eius qui posuit animam meam ad vitam: & non dedit commoueri pedes

des meos: benedict⁹ dominus qui non amouit deprecationem meam, & misericordiam suam à me, haleluiah.

Secreta.

SVscipe domine fidelium preces cum oblationibus hostiarum: vt per hæc piæ deuotionis officia, ad cœlestem gloriam transeamus. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, Qui tecũ.

De beata Virgine. Secreta.

TVa domine propitiatione, & beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, ad perpetuam atque præsentem hæc oblatio nobis proficiat, prosperitatem & pacem.

Contra persecutores Ecclesiæ.

PRotege nos domine tuis mysterijs seruientes: vt, diuinis rebus inhærentes, & corpore tibi famulemur, & mente: Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, Qui tecum viuit & regnat.

Vel pro Papa.

OOlatis, quæsumus domine, placare muneribus: & famulum tuum N. quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, assidua protectione guberna. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Et dicitur Præfatio Paschal vt supra. fol. 172. Communio.

Cantate domino, haleluia: cantate domino, & benedicite nomini eius, haleluiah, haleluiah. Ps 95

Postcommunio.

TRibue domine cœlestis mensæ virtute satiatis, & desiderare quæ recta sunt, & desiderata percipere. Per dominum nostrum Iesum Christũ.

De beata Virgine. Postcõmu.

SVmptis domine salutis nostræ subsidijs, da quęsumus beatæ Mariæ semper Virginis patrocinijs nos vbique protegi: in cuius veneratione, hæc tuæ obtulimus maiestati.

Contra persecutores. Ecclesiæ.

QVæsumus domine Deus noster, vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis nõ sinas subiacere periculis. Per dominum nostrum Iesum Christũ.

Vel pro Papa.

HÆc nos, quęsumus domine, diuini sacramẽti perceptio protegat: & famulum tuum N. quem pastorem Ecclesiæ tuæ esse voluisti, vna cũ cõmisso sibi grege, saluet semper & muniat. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, &c.

IN DIE ASCENSIONIS DOMINI.

Statio ad ſanctum Petrum.

Introitus.

VIri Galilæi, quid admiramini aſpicientes in cœlum? haleluiah, quemadmodum vidiſtis eum aſcendentem in cœlum, ita veniet, haleluiah, haleluiah, haſah. ℣. Omnes gentes plaudite manibus: iubilate Deo in voce exultationis. ℣. Gloria pa. Oratio.

COncede quæſumus, omnipotens Deus: vt qui hodierna die vnigenitum tuum redemptorem noſtrum ad cęlos aſcendiſſe credimus: ipſi quoque mente in cœleſtibus habitemus. Per eundem dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ filium tuum, Qui tecum. &c.

Lectio Actuum Apoſtolorũ.

PRimum quidem ſermonẽ feci de omnibus, ò Theophile, quæ cœpit Ieſus facere, & docere: vſque in diem qua præcipiens Apoſtolis per ſpiritum ſanctum, quos elegit aſſumptus eſt: quibus & prębuit ſeipsũ viuũ poſt paſſionẽ ſuã in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei. Et conuerſcens, præcepit eis, ab Ieroſolymis ne diſcederent, ſed expectarent promiſſionem patris, quam audiſtis (inquit) per os meum: quia Iohannes quidẽ baptizauit aqua: vos autem baptizabimini ſpiritu ſancto nõ poſt multos hos dies. Igitur q̃ conuenerant, interrogabãt eũ dicentes. Domine, ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael? Dixit autem eis. Non eſt veſtrũ noſſe tempora vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate: ſed accipietis virtutem ſuperuenientis Spiritus ſancti in vos, & eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſque ad vltimũ terræ. Et cum hoc dixiſſet: videntibus illis eleuat⁹ eſt: & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. Cumq̃; intuerentur in cœlum

euntem

euntem illũ, ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis, qui dixerunt. Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cęlũ? Hic Ieſus, qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum. ℍ Aleluiah, haleluiah, ℣. Aſcendit Deus in iubilatione: & dominus in voce tubæ, Haleluiah. ℣. Dominus in Sina, in ſancto, aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem. Haleluiah. ps 46

Sequentia ſancti Euangelij ſecundùm Marcum. cap. 16.

IN illo tempore: Recumbentibus vndecim diſcipulis, apparuit illis Ieſus: & exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quia ijs qui viderant eum reſurrexiſſe, non crediderunt. Et dixit eis. Eũtes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hæc ſequentur. In nomine meo dæmonia eijcient, Linguis loquentur nouis, Serpentes tollent: Et, ſi mortiferũ quid biberint, nõ eis nocebit, Super ægros manus imponẽt, & bene habebunt. Et dominus quidem Ieſus, poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlum, & ſedet à dextris Dei. Illi autem profecti, prædicauerũt vbique: domino cooperante, & ſermonem confirmante, ſequentibus ſignis.

¶ Dicto Euangelio extinguitur cereus paſchalis, nec amplius accẽditur vlterius niſi in Sabbatho Pẽtecoſtes ad benedictionẽ fontiũ. Credo. Offer. Aſcendit Deus in iubilatione, & dominus in voce tubæ, Haleluiah. ps 46

Secreta.

SVſcipe dñe munera, quæ pro filij tui glorioſa Aſcenſione deferimus: & cõcede propitius: vt à præſentibus periculis liberemur, & ad vitam perueniamus æternum. Per eund. Præfatio. Qui poſt reſurrectionem ſuam. ſupra. folio 141. Et dñ vſque ad vigiliam Pentecoſtes, excluſiue. Infra actionẽ. Communicantes: & diẽ ſacratiſſimum celebrantes. Et dicit per octa. tantùm. Communio.

PSallite domino qui aſcendit ſuper cœlos cęlorum ad orientem, haleluiah, haleluiah. ps 76

Poſtcõmunio.

PRæſta nobis, quęſumus omnipotens & miſericors Deus: vt quæ viſibilibus myſterijs ſumenda

sumenda percepimus, inuisibili consequamur effectu. Per.

¶ Infra octauam Ascensionis quotidie dicitur missa de Ascensione, nisi festum duplex vel semiduplex occurrat, de quo tunc fit cum commemoratione octauæ, de simplici autem fit tantùm commemoratio. Post orationem diei dicitur secunda oratio de sancta Maria. Concede nos famulos tuos. tertia Ecclesiæ tuæ. vel pro Papa, vt supra. folio 152.

DOMINICA INFRA Octauam Ascensionis. Intr.

Exaudi domine vocē meam qua clamaui ad te: halah, tibi dixit cor meum, quæsiui vultum tuum, vultum tuum dñe requiram: ne auertas faciē tuā a me. Haleluiah, halel. ps. Dominus illuminatio mea: & salus mea: quē timebo? ℣. Gloria. Oro.

OMnipotens sempiterne Deꝰ fac nos tibi semper, & deuotam gerere volūtatem: & maiestati tuæ sincero cordē seruire. Per dominum nostrū Iesum Christum filium tuum.

Et fit cómmemoratio de Ascē sione tantùm. Cōcede quæsu.

Lectio Epistolæ beati Petri Apostoli.

1.ca. 4.

CAriſſimi. Estote prudentes, & vigilate in orationibus. Ante omnia autem, mutuam in vobismetipsis charitatem cōtinuam habentes: quia charitas operit multitudinem peccatorū. Hospitales inuicē sine murmuratione. Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrātes: sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Si quis loquitur: quasi sermones Dei. Siquis ministrat: tanquam ex virtute, quam administrat Deꝰ. Vt in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum dominum nostrum. Haleluiah, haleluiah. ℣. Regnauit dominus super omnes gentes: Deus sedet super sedem sanctam suam, haleluiah. ℣. Non uos relinquam orphanos: vado, & venio ad uos: & gaudebit cor vestrum. Haleluiah.

ps. 46.

Ioā. 14

Sequentia sancti Euangelij secundùm Iohannem.

cap. 15 16.

IN illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis. Cum venerit paraclitus, quem ego mittam vobis à patre, spiritum

ritum veritatis, qui à patre procedit: ille testimonium phi bebit de me. Et vos testimoniū perhibebitis: qa ab initio mecū estis. Hæc locutus sum vobis, vt nō scādalizemini. Absq; synagogis faciēt vos. Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos: arbitretur obsequium se præstare Deo. Et hęc facient vobis: quia non nouerunt patrē, neq; me. Sed hæc locutus sum vobis: vt cum venerit hora eorum, reminiscamini, quia ego dixi vobis. Credo. Offertoriū.

ps 46. Ascendit Deus in iubilatione: & dñs in voce tubæ, hal. Secre.

SAcrificia nos domine immaculata purificent, & mētibus nr̄is supernæ gr̄æ dēt vigorē. Per. Pro Ascēsione. Secr.

Suscipe domine munera. &c.

Ioā. 17. Communio. Pater cum essem cum eis, ego seruabā eos, quos dedisti mihi, haleluiah: nunc autem ad te venio: non rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos à malo, haleluiah, haleluiah. Postcommunio.

REpleti domine muneribus sacris, da q̄s, vt in gratiarū sp actione maneam⁹. Per. Pro Ascensione. Postcommu.

Præsta nobis, q̄s oīpotens. &c. In octaua Ascensionis dr̄ missa sicut in die cū vna tm̄ oratione.

¶ Feria vj. post octauam Ascēsionis si festum duplex, vel semiduplex non fuerit, missa dicitur de Dominica præterita, cū oratione de Sancta Maria: Concede. & Ecclesiæ. vel pro Papa. 152. De simplici. fit tantùm commemoratio: & non dicitur Credo in vnum.

IN VIGILIA Pentecostes.

Statio ad sanctum Iohannem in Laterano.

Hora competenti dicitur Nona. Qua finita, sacerdos, & ministri īduti vestimentis violaceis facta reuerētia ante altare, in locis suis sedent: postea leguntur prophetiæ sine titulo. In fine prophetiarum dñr Orationes sine Flectamus genu. Prophetia j. In diebus illis. Tentauit Deus Abrahā, vt in Sabbatho Sācto. fol. 110 qua finita Sacerdos dicit. Oremus. Oratio.

DEus, qui in Abrahæ famuli tui opere, humano generi obedientiæ exēpla prębuisti: concede nobis, & nostræ

ſtræ voluntatis prauitatē frangere,& tuorum præceptorum rectitudinē in omnibus adimplere.Per dominum noſtrum.

Prophetia ſecunda.

IN diebus illis: Factum eſt in vigilia matutina, & ecce reſpiciens dominus ſuper caſtra Ægyptiorum per columnam ignis,& nubis, interfecit exercitum eorum: & ſubuertit rotas curruum, ferebanturq; in profundum. Dixerunt ergo Ægyptij. Fugiamus Iſraelem: dominus enim pugnat pro eis contra nos. Et ait dominus ad Moyſen. Extende manum tuā ſuper mare:vt reuertātur aquæ ad Ægyptios ſuper currus & equites eorum. Cumq; extendiſſet Moyſes manum contra mare,reuerſum eſt primo diluculo ad priorem locum.Fugiē tibusq; Ægyptijs occurrerunt aquę:& inuoluit eos dominus in medijs fluctibus, verſæque ſunt aquæ,& operuerunt curſus & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui ſequentes ingreſſi fuerant in mare: nec vn⁹ quidem ſuperfuit ex eis. Filij autem Iſrael perrexerunt per mediū ſicci maris: & aquæ eis erant quaſi pro muro à dextris & à ſiniſtris.Liberauitq; dominus in die illo Iſrael de manu Ægyptiorum.Et viderunt Ægyptios mortuos ſup litus maris,& manum magnam quam exercuerat dominus cōtra eos, Timuitq; populus dominum: & crediderūt domino,& Moyſi ſeruo eius.Tūc cecinit Moyſes,& filij Iſrael, carmē hoc domino,& dixerunt. Tractus.

CAntemus domino, glorioſæ enim honorificatus eſt: equū & aſcenſorem proiecit in mare:adiutor & protector factus eſt mihi in ſalutem. ℣. Hic Deus meus, & honorificabo eū, Deus p̄ris mei, & exaltabo eū. ℣. Dn̄s conterens bella:dominus nomen eſt illi. Ex.17.

Oratio.

DEus, qui in primis tēporibus impleta miracula noui teſtamenti luce reſeraſti, vt & mare rubrum forma ſacri fontis exiſteret, & liberata plebs ab Ægyptiaca ſeruitute, Chriſtiani populi ſacramenta proferret, Da vt omnes gētes, Iſraelis priuilegium merito fidei conſecutæ, ſpiritus tui participatione regenerentur. Per dn̄m noſtrū. in vnitate eiuſdē.

Prophetia tertia. In diebus illis.Scripſit Moyſes canticum: & docuit filios Iſrael. vt in Sabbatho ſancto. folio 113.

Tra-

Tract. A ttẽde cęlũ, & loquar: & audiat terra, verba ex ore meo. ℣. Expectetur sicut pluuia eloquium meum: & descẽdãt sicut ros verba mea. ℣. Sicut imber super gramen, & sicut nix super fęnum: quia nomẽ domini inuocabo. ℣. Date magnitudinem Deo nostro Deus verax: opera eius, & omnes viæ eius iudicia. ℣. Deus fidelis, in quo non est iniquitas: iustus & sanctus dominus.

Oremus. Oratio.

DEus glorificatio fideliũ, & vita iustorum, qui per Moysen famulum tuum nos quoq; modulatione sacri carminis erudisti: vniuersis gentibus misericordiæ tuæ munus operare, tribuendo beatitudinem: auferendo terrorem: ut quod pronunciatum est ad supplicium in remedium trãsferatur æternum. Per dominũ.

Prophetia quarta. Apprehendent septem mulieres virum vnum in die illa dicentes. vt in Sabbatho sancto. fol. 111.

Tract. Vinea facta est dilecto meo in cornu in loco vberi. ℣. Et maceriam circundedit, & circunfodit, & plantauit vineã Sorech, & ædificauit turrim in medio eius. ℣. Et torcular fodit in ea: vinea enim Domini Sabaoth, domus Israel est.

Oremus. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui per vnicum filium tuum ecclesię tuæ demõstrasti te esse cultorem: vt omnem palmitẽ, fructum in eodẽ Christo tuo, qui uera uitis est, afferentem, clementer excolens, fructus afferat ampliores: fidelibus tuis, quos uelut uineam ex Ægypto, per fontem baptismi trãstulisti, nullæ peccatorum spinæ prævaleant: vt spiritꝰ tui sanctificatione muniti, perpetua fruge ditentur. Per eundem. in vnitate eiusd.

Propheria quinta. Audi Israel mãdata vitæ: auribus percipe, vt scias. vt ĩ Sabbatho sctõ. 111.

Oremus. Oratio.

DEus, qui nobis per pphetarum ora præcepisti tẽporalia relinquere, atque ad æterna festinare, da famulis tuis, vt quę à te iussa cognouimus, implere cęlesti inspiratione valeamus. Per do.

Prophetia sexta. In diebus illis. Facta est super me manus domini. vt in Sabbatho sancto. fo. 112.

Oremus. Oratio.

DOmine Deus uirtutum, q̃ collapsa reparas, & reparata

parata conseruas, auge populos in tui nominis sanctificatione renouandos: vt omnes, qui sacro baptismate diluuntur, tua semper inspiratione dirigantur. Per dominum nostr.

Hic expletis descendendo ad fontes cantatur. Tractus.

f.41. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus. ℣. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei mei? ℣. Fuerũt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi per singulos dies, vbi est Deus tuus? Deinde ad fontes antequam sacerdos intret ad benedictionem fontium, dicit Dominus vobiscum.

Oremus. Oratio.

COncede quæsumus omnipotens Deus, vt, qui solennitatem doni sancti spiritus colimus, cęlestibus desiderijs accensi fontem vitæ sitiamus. Per dominum nostrum.

Deinde pcedit ad benedictionem fontium, vt in sabbatho sancto. f.115. Vbi vero nõ fuerint fontes. Tractus. Sicut ceruus. & oratio sequens tractũ, & fontiũ benedictio ptermittuntur: sed finita oratione, Dñe Deus virtutum. sacerdos casula deposita cum ministris ante altare procumbit: & alijs omnibus genuflexis cantãtur litaniæ à duobus cantoribus in medio chori, vtroque choro idem simul respondente. Circa finem Litaniarum, sacerdos & ministri solenniter induuntur vestimentis rubeis, & accẽduntur luminaria circa altare. Peruento autem ad Kyrieeleison. Litaniarum, Kyrieeleison. pro missa à cantoribus solenniter incipitur. Quo incepto sacerdos cum ministris facit confessionem: & ascendens ad altare, finito Kyrie eleison. incipit solenniter Gloria in excelsis. Et campane pulsantur. Oratio.

PRæsta, quæsumus omnipotens Deus, vt claritatis tuæ super nos splendor effulgeat: & lux tuæ lucis, corda eorum qui per gratiam tuam renati sunt, sancti spiritꝰ illustratione confirmet. Per dominum.

Lectio Actuum Apostolorũ. ca.19.

IN diebus illis. Factum est cum Apollo esset Corinthi vt Paulus peragratis superioribus partibus veniret Ephesium, & inueniret quosdam de discipulis: dixitque ad eos.

eos. Si spiritum sanctum accepistis, credentes? Ait illi dixerunt ad eum. Sed neque si spiritus sanctus est, audiuimus. Ille vero ait. In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt. In Iohannis baptismate. Dixit autem Paulus. Iohannes baptizauit baptismo pœnitentiæ populum: dicens, in eum qui venturus esset post ipsum, vt crederent, hoc est in Iesum. His auditis, baptizati sunt in nomine Domini Iesu. Et cũ imposuisset illis manus Paul⁹, venit spiritus sanctus super eos, & loquebantur linguis, & prophetabant. Erant autem omnes viri ferè duodecim. Introgressus autem Paulus in synagogam, cum fiducia loquebatur per tres menses, disputans & suadens de regno Dei. Haleluiah.

℣. Cõfitemini domino, quoniam bonus: quoniam in ęculum misericordia eius. non repetitur Haleluiah. sed immediate sequitur. Tractus.

Laudate dominum oẽs gẽtes: & collaudate eum oẽs populi. ℣. Quoniã confirmata est sup nos misericordia eius, & veritas domini manet in ęternum. ¶ Ad euangelium nõ portant luminaria, sed incensum tm̃.

Sequentia sancti Euangelij secundum Iohannem. cap. 14

IN illo tpe: Dixit Iesus discipulis suis. Si diligitis me, mãdata mea seruate. Et ego rogabo patrẽ, & alium paraclitũ dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, spiritũ veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum. Vos autem cognoscetis eũ: quia apud vos manebit, & in vobis erit. Non relinquã vos orphanos: veniã ad vos. Adhuc modicũ: & mũdus me iam non videt. Vos autem videbitis me, quia ego viuo, & vos viuetis. In illo die vos cognoscetis, quia ego sum in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Qui habet mandata mea, & seruat ea ille est q̃ diligit me. Qui aũt diligit me diliget à patre meo: & ego diligã eũ, & manifestabo ei meipsũ. Non dicitur Credo in vnum. Offertorium. Emitte spiritum tuũ, & creabunt, & renouabis faciem terræ, sit gloria dñi in sæcula, haleluiah. Secreta.

MVnera, q̃sumus dñe, oblata sanctifica: & corda nostra

nostra sancti Spiritus illustratione emunda. Per dominum nostrũ Iesum Christum, &c.

Præfatio. Qui ascẽdens super omnes cœlos. folio 129. Infra actionẽ. Communicantes, & diem sacratissimum celebrantes. Alia infra actionem.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostræ. Et dicuntur usque ad sequens sabbathum inclusiue. Communio.

Vltimo festiuitatis die dicebat Iesus: qui in me credit, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ: hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant crẽdentes in eum, haleluiah, haleluiah, haleluiah. Postcommu.

Sancti spiritus domine corda nostra mundet infusio: & sui roris intima aspersione fœcundet. Per dominum no.

¶ In missis priuatis huius uigiliæ, omissis prophetiis, orationibus, & litaniis ut supra: Missa absolute incipitur ab Introitu, ut infra. Introitus.

Cum sanctificatus fuero in uobis: cõgregabo uos ex uniuersis terris: & effundam super uos aquam mũdam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris: & dabo uobis spiritum nouũ. Psalm. Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria patri & filio, & spiritui sancto. deinde dicitur Kyrie eleison. Gloria in excelsis. & alia ut su. Ps 37.

IN DIE PENTECOSTES.

Statio ad Sanctum Petrum.

Introitus.

Spiritus domini replenit orbem terrarũ, haleluiah: & hoc quod continet omnia, scientiam habet uocis, haleluiah, haleluiah, haleluiah. Psalmus. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum à facie eius, ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc & semper. Oratio.

DEus qui hodierna die corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere. Per dominum nostrum Iesum Christũ filium tuũ, Qui tecum. in vnitate eiusdem spiritus sancti.

Lectio Actuum Apostolorũ.

IN diebus illis. Dum complerentur dies Pentecostes, erant omnes discipuli pariter in eodem loco. Et factus est repente de cęlo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum vbi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tãquam ignis, sediq́ue supra singulos eorum. Et repleti sunt omnes spiritu sancto & cęperũt loqui varijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant autem in Ierusalem habitantes Iudæi, viri religiosi ex omni natione quæ sub cęlo est. Facta autem hac voce conuenit multitudo: & mente confusa est, quoniam audiebat vnusquisque lingua sua illos loquentes. Stupebant autem omnes, & mirabantur, dicentes. Nonne ecce, omnes isti qui loquũtur Galilæi sunt? Et quomodo nos audiuimus vnusquisque linguam nostram, in qua nati sumus? Parthi, & Medi, & Elamites, & qui habitãt Mesopotamiam, Iudæam, & Cappadociam, Pontum, & Asiam, Phrygiam, & Pamphiliam, Ægyptum, & partes Libiæ quæ est circa Cyrenem, & aduenæ Romani: Iudæi quoque, & Proselyti, Cretes, & Arabes: audiuimus eos loquentes nrīs līguis magnalia Dei. Haleluiah, halah. ℣. Emitte spiritum tuum, & creabũtur: & renouabis faciem terræ. Halah. ℣. Veni sancte spiritus, reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende.

Sequentia.

VEni sancte spiritus, & emitte cęlitus lucis tuæ radium.

Veni pater pauperũ, veni dator munerum, veni lumen cordium.

Consolator optime, dulcis hospes animæ, dulce refrigerium.

In labore requies, in æstu tẽperies, in fletu solatium.

O lux beatissima, reple cordis intima, tuorum fidelium.

Sine tuo numine, nihil est in homine, nihil est innoxium.

Laua

Laua quod est sordidum, riga quod est aridũ, sana quod est saucium.

Flecte quod est rigidum, foue quod est frigidum, rege quod est deuium.

Da tuis fidelibus, in te cõfidẽtibus, sacrum septennarium.

Da virtutis meritum, da salutis exitum, da perenne gaudiũ. Amen.

Haleluiah. Et dicitur quotidie per totam octauam: vsque ad sabbathum inclusiue.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Iohannem.

a. 14. IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Siquis diligit me, sermonem meum seruabit: & Pater meus diliget eũ, & ad eum veniemus, & mãsionem apud eum faciemus. Qui nõ diligit me, sermones meos non seruat. Et sermonem quẽ audistis, non est meus: sed eius qui misit me patris. Hæc locutus sum vobis, apud uos manens. Paraclitus autem, spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille uos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis. Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis. Nõ quomodo mũdus dat, ego do vobis. Nõ turbetur cor vestrum, neque formidet. Audistis, quia ego dixi vobis. Vado & venio ad uos. Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia uado ad patrem: quia pater maior me est. Et nunc dixi uobis priusquam fiat: vt, cum factum fuerit, credatis. Iam non multa loquar uobiscum. Venit enim princeps mundi huius: & in me nõ habet quicquam. Sed vt cognoscat mundus, quia diligo patrem: &, sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio.

Credo in vnum. Offertorium.

Cõfirma hoc Deus quod operatus es in nobis à templo tuo, quod est in Ierusalem: tibi offerent reges munera, haleluia.

Secreta.

MVnera, quæsumus Domine, oblata sanctifica: & corda nostra sancti spiritus illustratione emunda. Per dominum nostrum Iesum Christũ.

Communio.

Factus est repente de cęlo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis, ubi erant sedentes, haleluiah: & repleti sunt omnes spiritu sancto, loquentes magnalia Dei, haleluiah, haleluiah.

Postcommunio.

SAncti spiritus domine corda nostra mundet infusio: & sui roris intima aspersione fœcundet. Per dominum nostrum. in vnitate eiusdem.

Infra octa. Pentecost. non fit de aliquo festo duplici vel semidupl. sed post octa. celebrantur: de simplici fit commemoratio post triduum.

FERIA SECVNDA.

Statio ad sanctum Petrum ad vincula. Introitus.

ps 80.

Ibauit eos ex adipe frumenti, halah: & de petra, melle saturauit eos, haleluiah, haleluiah. Psal. Exultate Deo adiutori nostro; iubilate Deo Iacob. ℣. Gloria patri, & filio & spiritui. Oro.

DEus, qui Apostolis tuis sanctum dedisti spiritū: concede plebi tuæ piæ petitionis effectum: vt quibus dedisti fidem, largiaris, & pacem. Per dominum. in vnitate eiusdem.

cap. 10. Lectio Actuum Apostolorū.

IN diebus illis: Aperiens Petrus os suum, dixit. Viri fratres, & patres: nobis præcepit dominus prædicare populo: & testificari: quia ipse est, qui cōstitutus est à Deo iudex viuorū & mortuorū. Huic omnes prophetæ testimonium perhibēt remissionem peccatorum accipere per nomē eius omnes qui credunt in eum. Adhuc loquēte Petro verba hæc, cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbū. Et obstupuerunt ex circuncisione fideles q̄ venerant cum Petro: quia & in nationes gratia spiritus sancti effusa est. Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes Deum. Tunc respōdit Petrus. Nunquid aquam quis prohibere potest: vt non baptizentur hi, qui spiritum sanctum acceperunt, sicut & nos? Et iussit eos baptizari in nomine domini Iesu Christi.

HAleluiah, haleluiah. ℣. Loquebantur varijs linguis Apostoli magnalia Dei. Haleluiah. ℣. Veni sancte spiritus: reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accende. Act. 2.

Sequentia. Veni sancte spirit⁹. in fine Haleluiah. vt supra in Dominica Pentecostes.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Iohannem. cap. 3.

IN illo tempore: Dixit Iesus Nicodemo. Sic Deus dilexit mundum,

mundum, vt filium ſuum vnigenitũ daret: vt omnis qui credit in ipſum, nõ pereat: ſed habeat vitam æternam. Nõ enim miſit Deus filium ſuum in mũdum, vt iudicet mundum: ſed vt ſaluetur mũdus per ipſum. Qui credit in eum non iudicatur. Qui autem nõ credit, iam iudicatus eſt: quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei. Hoc eſt autem iudicium: quia lux venit in mundum: & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem. Erant enim eorũ mala opera. Omnis enim qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. Qui autẽ facit veritatem, venit ad lucẽ, vt manifeſtẽtur opera eius: qa in Deo sũt facta. Credo. Offer.

17. Intonuit de cœlo dominus: & altiſſimus dedit vocem ſuam: & apparuerunt fontes aquarum, hãleluiah. Secreta.

PRopitius, domine quæſumus, hæc dona ſanctifica: & hoſtiæ ſpiritalis oblatione ſuſcepta, noſmetipſos tibi pfice munus æternum. Per domi.

n.1. Communio. Spiritus ſanctus docebit vos, haleluiah, quæcũque dixero vobis, haleluiah, haleluiah. Poſtcommunio.

ADeſto, quæſumus domine, populo tuo: & quem myſterijs cęleſtibus imbuiſti: ab hoſtiũ furore defende. Per dominum noſtrũ Ieſum, &c.

FERIA TERTIA.

Statio ad ſanctam Anaſtaſiam.

Introitus.

CCipite iucunditatẽ glorię veſtræ, haleluiah: gratias agentes Deo, haleluiah: qui vos ad cœleſtia regna vocauit, haleluiah, haleluiah, haleluiah. Pſal. Attẽdite populę meus legem meam: inclinate aurem veſtrã in verba oris mei. ℣. Gloria pa. Oro. Iom. 16. ps 77.

ADſit nobis, quæſumus Domine, virtus ſpiritus ſancti, quæ & corda noſtra clementer expurget, & ab omnibus tueatur aduerſis. Per dñm noſtrum. in vnitate eiuſdem.

Lectio Actuum Apoſtolorum. cap. 8.

IN diebus illis. Cũ audiſſent Apoſtoli, qui erãt Ieroſolymis, quia recepiſſet Samaria verbum Dei: miſerunt ad eos Petrum & Iohannem. Qui cũ veniſſent, orauerunt pro ipſis, vt acciperent ſpiritum ſanctũ.

Nondum enim in quenquam illorum uenerat, sed baptizati tantum erant in nomine domini Iesu. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant spiritum sanctum. H aleluiah, haleluiah. ℣. Spiritus sanctus docebit uos, quæcunque dixero uobis. Haleluiah. ℣. Veni sancte spiritus, reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende. Sequentia. Veni sancte spiritus reple tuorũ. ut sup. 162 & in fine. Halah.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Iohannem.

cap. 10.

IN illo tempore. Dixit Iesus Pharisæis. Amẽ dico uobis, qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascẽdit aliũde: ille fur est & latro. Qui autem intrat per ostium: pastor est ouium. Huic ostiarius aperit: & oues uocem eius audiũt: & proprias oues uocat nominatim, & educit eas. Et cũ proprias oues emiserit, ante eas vadit: & oues illum sequuntur, quia sciũt vocem eius. Alienũ autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo: quia non nouerũt vocem alienorum. Hoc prouerbium dixit eis Iesus. Illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum Iesus. Amen amen dico vobis, quia ego sum ostium ouium. Omnes quotquot venerũt, fures sunt & latrones: sed non audierunt eos oues. Ego sum ostium. Per me si quis introierit, saluabitur: & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. Fur non venit, nisi ut furetur, & mactet, & perdat. Ego veni vt uitã habeant: & abundãtius habeant. C redo. Offertorium.

P ortas cęli aperuit dominꝰ, & pluit illis manna, ut ederẽt: panem cœli dedit eis: panem angelorum manducauit homo, haleluiah. ps. 77.

Secreta.

PVrificet nos, quęsumus domine, muneris præsentis oblatio: & dignos sacra participatione efficiat. Per dominum nostrum Iesum Christum, &c.

Communio.

S piritus qui a patre procedit, haleluiah, ille me clarificabit, haleluiah, haleluiah.

Postcommunio.

MEntes nostras, quæsumꝰ domine, spiritus sanctus diuinis reparet sacramentis: quia ipse est remissio omnium peccatorum. Per dominum nostrum Iesum Christũ filium tuum, Qui tecum viuit & regnat, in vnitate spirit.

FE-

FERIA QVARTA

Quatuor temporum Pẽtec.
Statio ad S. Mariam Maiorem.
Introitus.

Eus cũ egredereris corã populo tuo, hasah, iter faciens eis, habitans in illis, haleluiah: terra mota est, cęli distillauerunt, haleluiah, haſah. ℘s. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum à facie eius. ℣. Gloria patri. Post Kyrie eleison. dicitur O remus. Et non dicitur Flectamus genua.

Oratio.

MEntes nostras, quæsumꝰ domine, paraclitus, qui à te procedit, illuminet: & ĩducat in omnem, sicut tuus promisit filius, veritatem. Qui tecum viuit. in vnitate eiusdem.

Lectio Actuũ Apostolorum.

IN diebus illis. Stans Petrus cum vndecim, leuauit uocẽ suam & locutus est eis. Viri Iudęi, & q̃ habitatis Ierusalẽ vniuersi: hoc vobis notũ sit, & auribus percipite verba mea. Nõ enim, sicut vos existimatis, hi ebri sunt, cum sit hora diei tertia: sed hoc est quod dictum est per prophetam Ioel. Et erit in nouissimis diebus dicit dominus effundã de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ: iuuenes vestri uisiones uidebunt, & seniores uestri somnia somniabunt. Et quidem super seruos meos, & super ancillas meas in diebus illis effundam de spiritu meo, & prophetabũt. Et dabo prodigia in cęlo sursum, & signa in terra deorsum: sanguinem, & ignẽ & uaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem: antequam veniat dies domini magnus & manifestꝰ. Et erit: Omnis quicunque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. H alelu.

℣. Verbo domini cęli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorũ. Hic dicitur G loria in excelsis. Postea dicitur Dominus vobiscum. Oratio.

PRæsta, quæsumus, omnipotẽs & misericors Deus: vt spiritus sanctus adueniens, templum nos gloriæ tuæ dignanter inhabitãdo perficiat. Per dominum nostrum Iesum Christum. in vnitate eiusdem.

¶Ab hac die vsq; ad Dñicam sequen. post oſonem diei dicit

Ecclesiæ tuæ quæsumus. vel Deus omnium. vt su. fo. 152.

cap. 5. Lectio Actuũ Apostolorum.

IN diebus illis. Per manꝰ aũt Apostolorum fiebant signa & prodigia multa in plebe. Et erant vnanimiter oẽs in porticu Salomonis. Cæterorum aũt nemo audebat se cõiungere illis: sed magnificabat eos populus. Magis autẽ augebatur credentium in dño multitudo virorum ac mulierum: ita vt in plateis eijcerẽt infirmos: & ponerent in lectulis & grabatis: vt veniẽte Petro, saltem vmbra illius obumbraret quenquam illorum, & liberarentur oẽs ab infirmitatibus suis. Concurrebat aũt & multitudo vicinarũ ciuitatum Ierusalem, afferẽtes ægros, & vexatos à spiritibus immũdis: qui curabantur oẽs. Haleluiah, halelu. ℣. Veni sancte spiritus, reple tuorũ corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende. Sequentia. Veni sancte Spiritus, vt supra in Dominica, in fine Haleluiah.

cap: 6. Seq. scti Euang. secũdũ Iohánẽ.

IN illo tempore. Dixit Iesus turbis Iudęorũ. Nemo põt venire ad me, nisi pr̃ qui misit me, traxerit eũ: & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Est scriptum in prophetis. Et erũt oẽs docibiles Dei. Oĩs qui audiuit à patre, & didicit: venit ad me. Non quia patrem vidit q̃squam nisi is, qui est à Deo: hic vidit patrem. Amen, amẽ dico vobis, qui credit in me hẽt vitam ęternam. Ego sum panis vitæ. Patres vestri manducauerũt manna in deserto: & mortui sũt. Hic est panis de cęlo descẽdens: vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Ego sum panis viuus, qui de cęlo descendi. Siquis mãducauerit ex hoc pane viuet in æternũ. Et panis, quẽ ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Credo. Offertor. Meditabor in mandatis tuis, quæ dilexi valde: & leuabõ manus meas ad mandata tua quæ dilexi, haleluiah. Secreta.

ACcipe, q̃s dñe munus oblatum: & dignãter operare: vt quod mysterijs agimus, pijs effectibus celebremus. Per. Deide Protege. vel Obla. 152. Cõmu. Pacem relinquo vobis, Iohã. 14. Hasah: pacem meam do uobis, haleluiah, haleluiah. Postcõm.

SVmentes dñe cęlestia sacra, q̃s clementiã tuã, vt qđ tpaliter gerimꝰ ęternis gaudiis cõsequamur. Per do. Deinde Quęsumus, vel Hęc nos q̃s. f. 152.

FE-

FERIA QVINTA.

Statio ad S. Laurentium extra muros. Introitus.

1. SPiritus Dñi repleuit orbem terrarum, halʼah: & hoc qđ continet oĩa, ſcientiam habet vocis, haleluiah, halʼah, halʼ. Pſ. Emitte ſpm̃ tuũ, & creabunt: & renouabis faciẽ terræ. ℣. Gloria pri. Oro.

DEus, qui hodierna die corda fidelium ſancti ſpiritꝰ illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem ſpũ recta ſápere, & de eius ſemper conſolatione gaudere. Per dñm. in vnitate. Deinde Eccleſiæ. vel Deus omnium fidelium. vt ſupr. f. 152.

1. **Lectio Actuũ Apoſtolorum.**

IN diebus illis. Philippus deſcendens in Ciuitatem Samariæ, prædicabat illis Chriſtum. Intendebant autem turbæ his, quæ dicebantur à Philippo: vnanimiter audientes, & vidẽtes ſigna quę faciebat. Multi enim eorum qui habebant ſpiritus immundos, clamantes voce magna exibant. Multi autem paralytici & claudi curati ſunt. Factum eſt ergo gaudium magnum in illa ciuitate. H aleluia, halʼ. ℣. Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur: & renoua bis faciem terræ. Haleluiah. ℣. Veni ſancte ſpiritus, reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende. **Sequẽtia.** Veni ſancte ſpiritus. vt ſu. in Dominica, in fine Halelu. **Sequẽ. ſcti Euãg. ſecundũ Lucã.**

IN illo tpe. Conuocatis Ieſus duodecim Apoſtolis, dedit illis virtutem & poteſtatẽ ſuper omnia dæmonia: & vt languores curarent. Et miſit illos prædicare regnũ Dei: & ſanare infirmos. Et ait ad illos. Nihil tuleritis in via: neq; virgam, neq; peram, neque panem, neque pecuniam, neq; duas tunicas habeatis. Et in quãcũq; domũ ĩtraueritis, ibi manete: & inde ne exeatis. Et quicunq; non receperint vos: exeuntes de ciuitate illa, ẽt puluerem pedũ veſtrorum excutite ĩ teſtimoniũ ſupra illos. Egreſſi autẽ circuibant per caſtella euangelizantes, & curantes vbique. C redo. cap. 9.

Offertor. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis: à templo tuo, quod eſt in Ieruſalem, tibi offerent reges munera, haleluiah. pſ 67.

Secreta.

MVnera, q̃ſumus domine oblata sãctifica: & corda nr̃a ſancti ſpiritus illuſtratione emunda. Per Dñm. in vnitate.

Deinde

Deinde Protege. vel Oblatis. vt supra. folio 152. Commu.

Act. 2. Factus est repente de cœlo sonus aduenientis spiritus vehementis, vbi erant sedentes, haleluiah: & repleti sunt omnes spũ sancto, loquentes magnalia Dei, halah, haleluiah. Postc.

SAncti spiritꝰ dñe corda nra mundet infusio: & sui roris intima aspersione fœcundet. Per dñm. ī unita. Deide Quæsumꝰ.. vel Hæc nos.. ut su. 152.

FERIA SEXTA Quatuor temporum Pętec. Statio ad sanctos duodecim Apostolos. Introitus.

REpleatur os meũ laude tua, halah: ut possim cãtare, halah: gaudebũt labia mea, dum cãtauero tibi, halelah, halah. ps. In te Domine speraui, non confundar in æternum, in iustitia tua libera me, & eripe me. ℣. Glia.

ps 30.

Oro. DA, qs, ecclesiæ tuæ miseri cors Deꝰ: ut spũ sctõ cõgregata, hostili nullatenꝰ īcursione turbet. Per dñm. in unit. Deide Ecclię.. vel Deꝰ om.. ut s. f. 152. Lectio Ioelis prophetę.

cap. 2.

HÆc dicit dñs Deus. Exultate filiæ Siõ, & lętamini ī dño Deo uro: quia dedit uobis doctorẽ iustitiæ: & descendere faciet ad uos imbrẽ matutinũ, & serotinũ sicut in principio. Et implebuntur areæ frumento, & redundabunt torcularia uino & oleo. Et comedetis uescentes, & saturabimini: & laudabitis nomen Dñi Dei uri, q fecit uobiscũ mirabilia: & non cõfundet populus meus in sempiternũ. Et scietis quia ī medio Israel ego sum: & ego dñs Deus uester, & non est amplius: & nõ cõfundetur populus meus ī ęternũ. Ait dñs ops. Hale. hal. ℣. O q̃ bonus & suauis est, dñe, spũs tuus in nobis. Hale. ℣. Veni sancte spũs, reple tuorũ corda fidelium: & tui amoris in eis ignẽ accẽde. Seq. Veni sctẽ. ut su. ī Dñica Pętec. Seq. sctī Euãg. secũdũ Lucam.

cap. 5.

IN illo tpe. Factũ est in una dierum, & Iesus sedebat docẽs. Et erant pharisęi sedẽtes & legisdoctores, qui uenerant ex oĩ castello Galilææ, & Iudææ, & Ierusalem: & uirtus dñi erat ad sanandũ eos. Et ecce uiri portantes in lecto hoĩem qui erat paralyticus, & q̃rebãt eũ inferre, & ponere ante illũ. Et nõ inueniẽtes qua parte illũ īferrẽt p turba, ascẽderũt supra tectũ, & p tegulas submiserũt illũ cũ lecto

lecto in medium, ante Iesum. Quorum fidem vt vidit, dixit: Homo, remittuntur tibi peccata tua. Et cęperũt cogitare scribæ & pharisæi, dicentes. Quis est hic, q̃ loquit blasphemias? Quis potest dimittere peccata, nisi sõlus Deus? Vt cognouit autem Iesus cogitationes eorum, respondens dixit ad illos. Quid cogitatis in cordib⁹ vestris? Quid est facilius? dicere, dimittuntur tibi peccata tua: an dicere: Surge, & ambula? Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittẽdi peccata, ait paralitico. Tibi, dico, surge, tolle lectum tuum & vade in domũ tuam. Et confestim surgens coram illis tulit lectum in quo iacebat: & abijt in domum suã magnificans Deum. Et stupor apprehendit omnes: & magnificabant Deum. Et repleti sunt timore, dicentes: quia vidim⁹ mirabilia hodie. Credo.

ps 15. **Offert.** Lauda anima mea Dominum: laudabo Dominũ in vita mea: psallam Deo meo, quandiu ero, haleluiah. **Secre.**

SAcrificia Dñe tuis oblata conspectibus, ignis ille diuinus assumat, qui discipulorum Christi filij tui per spiritum sanctum corda succendit. Per eundem dominũ nostrũ. in unitate eiusdem. Protege. vel Oblatis. vt sup fo. 152. Cõm.

Ioã. 14 NOn vos relinquam orphanos: veniam ad vos iterum, haleluiah, & gaudebit cor vestrũ, haleluiah. **Postcommunio.**

SVmpsimus Dñe sacri dona mysterij humiliter deprecãtes, vt quæ in tui commemoratione nos facere præcepisti, in nostræ proficiant infirmitatis auxilium. Qui viuis & regnas. **Deinde** Quæsumus dñe, vel Hæc nos. vt supra. folio 152.

SABBATHO.

Quatuor tẽporum Pentec. Statio ad sanctum Petrũ. Intr.

QHaritas Dei diffusa est in cordibus nr̃is, haleluiah, p inhabitãtem spiritum eius in nobis, haleluiah, haleluiah. **Psalm.** Benedic anima mea domino, & omnia quæ ĩtra me sunt nomini sancto ei⁹. ps 120. ℣. Gloria patri & filio, & spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc & semper, &c.

Orationes sequentes dicuntur sine Flectamus genua. Oremus. **Oratio.**

MEntibus nostris q̃sum⁹ dñe, spiritum sanctum benignus

benignus infunde:cuius, & ſapientia conditi ſumus,& prouidentia gubernamur. Per do. in vnitate eiuſdem ſpiritus.

Lectio Ioelis prophetæ. cap. 2.

HÆc dicit dñs Deus. Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem:& prophetabũt filij veſtri, & filię veſtræ. Senes veſtri ſomnia ſomniabũt: & iuuenes veſtri viſiones videbunt. Sed & ſuper ſeruos meos & ancillas meas, in diebus illis effundam ſpiritũ meum.Et dabo prodigia in cę lo ſurſum, & ſigna ī terra deor ſum:ſanguinem,& ignem, & vaporem fumi. Sol cõuertetur in tenebras,& Luna in ſanguinem: antequã veniat dies Domini magnus & horribilis. Et erit:Omnis quicunq; inuocauerit nomen domini, ſaluus erit. Haleluiah. ℣. Spiritus eſt, qui viuificat: caro autem non prodeſt quicquam. Oratio.

ILlo nos igne, quæſum⁹ domine, ſpiritus ſanctus inflã met quem dominus noſter Ieſus Chriſtus miſit in terram: & voluit vehementer accendi. Qui tecum viuit & regnat,&c.

Lectio libri Leuitici. cap. 16.

IN diebus illis. Locutus eſt dñs ad Moyſen,dicens. Loquere filijs Iſrael: & dices ad eos. Cũ ingreſſi fueritis terram quam ego dabo vobis,& meſſueritis ſegetem: ferẽtis manipulos ſpicarũ primitias meſſis veſtræ ad ſacerdotem. Qui eleuabit faſciculum corã dño, vt acceptabile ſit pro vobis altero die ſabbathi:& ſanctificabit illũ. Numerabitis ergo ab ipſo die ſabbathi,in quo obtuliſtis manipulos primitiarum, ſeptem hebdomadas plenas vſque ad alteram diem expletionis hebdomadæ ſeptimę.Et ſic offeretis ſacrificium nouũ dño ex oĩbus habitaculis veſtris: panes primitiarum duos de du ab⁹ decimis ſimile,quos eleuabit ſacerdos coram domino. Cũq; eleuauerit eos ſacerdos cum panibus primitiarũ coram domino, cedẽt in vſum eius. Et vocabitis hunc diem celeberrimum atque ſanctiſſimum. Omne opus ſeruile non facietis in eo. Legitimum, ſempiternum erit in cunctis habitaculis, & generationibus veſtris: dicit dominus oĩpotens. Haleluiah. ℣. Spiritus eius ornauit cœlos. Ioã. 26 Oratio.

DEus, qui ad animarum medelam ieiunii deuotione caſtigari corpora p̃cepiſti:

ſti:concede nobis propitius:& mente & corpore tibi ſemper eſſe deuotos.Per dominũ noſt.

cap.16. **Lectio libri Deuteronomij.**

IN diebus illis.Dixit Moyſes filijs Iſrael. Audi Iſrael quæ ego præcipio tibi hodie. Cum intraueritis terram, quam dominus Deus tuus datur⁹ eſt tibi poſſidendam, & obtinueris eam, atque habitaueris in ea: tolles de cunctis frugibus tuis primitias,& pones in cartallo: pergesque ad locum, quẽ dñs Deus tuus elegerit, vt ibi inuocetur nomẽ eius. Accedesque ad ſacerdotẽ, qui fuerit in diebus illis,& dices ad eum. Profiteor hodie corã domino Deo tuo,q exaudiuit nos, & reſpexit humilitatẽ noſtram, & laborẽ atq; anguſtias:& eduxit nos de Ægypto in manu forti & brachio extento, in ingenti pauore, in ſignis atq; portẽtis: & introduxit ad locum iſtũ,& tradidit nobis terram lacte & melle manantem. Et idcirco nunc offero primitias frugum terræ,quam dominus dedit mihi. Et dimittes eas in conſpectu domini Dei tui. Et adorato domino Deo tuo, epulaberis in omnibus bonis: quæ dominus Deus tuus dederit tibi.

H aleluiah. ℣. Dum complerẽ tur dies Pentecoſtes, erant omnes pariter ſedentes. Act. 2. **Oratio.**

PRæſta,q̃s,op̃s Deus:vt ſalutaribus ieiunijs eruditi,ab omnibus etiã vitijs abſtinentes, propitiationẽ tuã facilius impetremus. Per dominum.

Lectio libri Leuitici. cap.26.

IN diebus illis. Dixit dñs ad Moysẽ. Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos. Si in præceptis meis ambulaueritis & mandata mea cuſtodieritis, & feceritis ea:dabo vobis pluuiam tpibus ſuis,& terra gignet germẽ ſuum:& pomis arbores replebũtur. Apprehendet meſſium tritura vindemiam, & vindemia occupabit ſementem, & comedetis panem veſtrũ in ſaturitate, & abſque pauore habitabitis in terra veſtra. Dabo pacẽ in finibus veſtris dormietis,& nõ erit qui exterreat. Auferam malas beſtias: & gladius non trãſibit terminos veſtros. Perſequemini inimicos veſtros:& corruent coram vobis. Perſequentur quinque de veſtris centũ alienos, & centũ de vobis decem millia: cadent inimici veſtri gladio in conſpectu vr̃o. Reſpiciã vos, & creſcere faciã, multiplicabimini, & firmã

firmabo pactū meum vobiſcū. Comedetis vetuſtiſſima veterum, & vetera nouis ſuperueniētibus proijcietis. Ponā tabernaculū meum in medio veſtri, & nō abijciet vos vltra anima mea. Ambulabo inter uos, & ero veſter Deus, vosq; eritis populus meus: dicit dominus omnipotens. H aleluiah. ℣. Veni ſancte ſpiritus, reple tuorū corda fidelium, & tui amoris ī eis ignem accēde. O remus. Oro.

PRæſta, q̄s op̄s Deus, ſic nos ab epulis carnalibus abſtinere: vt à vitijs irruentibus pariter ieiunemus. Per dominū.

Lectio Danielis prophetæ.

cap. 3. IN diebus illis. Angelus dñi deſcēdit cū Azaria & ſocijs eius in fornacē: & excuſſit flāmam ignis de fornace: & fecit mediū fornacis quaſi ventū roris flantē. Flāma aūt diffuſa eſt ſuper fornacē, cubitis quadraginta nouē: & incēdit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis miniſtros regis, qui eā incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis: neq; contriſtauit: nec quicquam moleſtiæ intulit. Tunc hi tres, quaſi ex vno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebāt Deū in fornace dicētes. H aleluiah. ℣. Bn̄dictus es dñe Deꝰ patrū noſtrorum, & laudabilis in ſæcula. Finito verſu dī Gloria in excelſis. Sequitur Dñs vobiſcum. ℟. Et cum ſpirit. Oratio.

DEus, q̄ tribus pueris miti gaſti flāmas igniū, cōcede ꝓpitius: vt nos famulos tuos non exurat flāma vitiorū. Per.

Deinde pro Papa. Oratio. Deꝰ omnium fidelium vel Eccleſiæ.

Lectio Epiſtolæ bī Pauli Apoſtoli ad Romanos. cap. 5

FRatres. Iuſtificati ex fide pacem habeamus ad Deū per Ieſum Chriſtum dñm noſtrum: per quē & acceſſum habemus per fidem in gratiam iſtam, in qua ſtamus, & gloriamur in ſpe gloriæ filiorū Dei. Nō ſolum aūt: ſed & gl̄iamur in tribulationibus: ſcientes quod tribulatio patientiā operatur: patiētia autem ꝓbationem: ꝓbatio vero ſpem. Spes autē non cōfundit: quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Tractus.

LAudate dñm omnes gentes: & collaudate eum omnes populi. ℣. Q̄m confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: & veritas dñi manet ī ęternum. Seq. Veni ſancte ſpiritus. vt ſu-

in

in Dñica. sine ' hasah . in fine. Seq. sancti Euág. secúdú Luca.

ap. 4 IN illo tpe : Surgens Iesus de synagoga , introiuit in domum Simonis. Socrus autē Simonis tenebatur magnis febribus : & rogauerunt illum pro ea. Et stās super illā, imperauit febri: & dimisit illā. Et cōtinuo surgēs, ministrabat illis. Cū sol autē occidisset, omnes q habebant infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad Iesum. At ille singulis manus imponens, curabat eos. Exibant autem dæmonia à multis , clamantia & dicentia : Quia tu es filius Dei. Et increpans, non sinebat ea loqui, quia sciebāt ipsum esse Chm. Facta autē die, egressus ibat in desertum locū: & turbæ requirebant eum , & venerunt vsq; ad ipsum: & detinebant illū ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia & alijs ciuitatibus oportet me euā gelizare regnum Dei : quia iō missus sum . Et erat prædicans in synagogis Galilææ. C redo.

ps 17. Offert. D ñe Deus salutis meę, in die clamaui & nocte coram te: intret oratio mea in conspectu tuo dñe , haleluiah. Secret.

VT accepta tibi sint dñe nra ieiunia, præsta nobis quæsumus , huius munere sacramenti, purificatum tibi pectus offerre. Per do. Altera Sec. Oblatis quæsumus. vel Protege. vt sup. fol. 152. Commu.

S piritus, vbi vult, spirat: & vocem eius audis, hasah, hasah : sed nescis vnde veniat, aut quo vadat, hasah, hasah, hal. Ioā. 3. Postc.

PRæbeant nobis domine diuinum tua sancta feruorē, quo eorum pariter & actu delectemur, & gustu . Per dominum nostrum. Altera Postcō munio. H ęc nos qs. vel Q uęsumus domine. vt sup. f. 152.

IN FESTO S. TRINITATIS.

Introitus.

BEnedicta sit sancta Trinitas, atq; indiuisa vnitas, cōfitebimur ei, qa fecit nobiscū

ps 8. misericordiam suam. ℣. Domine dñs noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. ℟. Gloria patri. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione vere fidei æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia maiestatis adorare vnitatem, quæsumus, vt eiusdē fidei firmitate: ab omnibus semper muniamur aduersis. Per dominum nostrum. Deinde fit cōm. de Dñica j. post Pentec. Oro. Deus ī te sperātiū. vt inferius habet in eius missa.

Lectio Epistæ beati Pauli Apostoli ad Romanos.

cap. 11. FRatres. O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei: quam incomprehēsibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum dñi? Aut quis cōsiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Qm̄ ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ipsi honor, & gloria, in sæcula sæculorum Amē.

Dan. 3. Grad. Benedictus es dñe, qui intueris abyssos, & sedes super cherubim. ℣. Bndictus es dñe ī firmamento cœli, & laudabilis ī sæcula. Haleluiah, haleluiah. ℟ Benedictus es domine Deus patrum nostrorum, & laudabilis in sæcula, haleluiah.

Sequentia sancti euangelij secundùm Matthæum. cap. 28.

IN illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis. Data est mihi oīs potestas in cœlo & in terra. Euntes ergo docete oēs gentes, baptizantes eos, in noīe patris, & filij, & spiritus sancti: docentes eos seruare oīa quęcūq; mādaui vobis. Et ecce ego vobiscū sum vsq; ad cōsummationem sæculi. Credo. Offertorium. Benedictus sit Deus pater, vnigenitusq; Dei filius, sāctus quoq; spiritus: quia fecit nobiscū misericordiam suam. Secreta.

SAnctifica, quęsumus domine Deus noster, per tui sancti nominis inuocationem, huius oblationis hostiam: & per eam nosmetipsos tibi perfice munus æternum. Per dominū. Pro cōmem. dominicæ. Secreta. Hostias nostras. vt infra. 171. Præfatio. Qui cū vnigen. 135. Commu. Benedicimus Deum cœli, & corā oībus viuētibus cō fitebimur ei: qa fecit nobiscum misericordiam suam. Post cō.

PRoficiat nobis ad salutem corporis & animę, domine Deus noster, huius sacramenti susceptio: & sempiternæ Trinitatis,

nitatis, eiusdemque indiuiduæ vnitatis confessio. Per dominũ.

Pro cõmemo. Dñicæ. Póstcõio. T antis Dñe. vt infra. fol. 171.

DOMINICA PRIMA POST PENTECOST.

Introitus.

Omine in tua misericordia speraui : exultauit cor meũ in salutari tuo: cãtabo dño, qui bona tribuit mihi. ps. Vsquequo Dñe obliuiscéris me in finem? vsquequo auertis faciem tuam à me? ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus in te sperantium fortitudo, adesto, propitius inuocationibus nostris: & quia sine te nihil potest mortalis infirmitas : præsta auxilium gratiæ tuæ: vt in exequendis mandatis tuis : & voluntate tibi, & actione placeamus. Per domi.

¶ Ab hac die, vsque ad Aduentum Domini exclusiue, in Missa tam de tempore, quã de sanctis eodem tempore occurrẽtibus, excepto nisi sit duplex, vel infra octauam. Secunda oratio dicitur ad poscenda suffragia sanctorum, vt infra. Oratio.

ACunctis nos, quæsumus dñe, mentis, & corporis defende periculis: & intercedẽte gloriosa virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro, & Paulo, atq; beato N. & omnibus sanctis: salutem nobis tribue benignus & pacẽ: vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis: ecclesia tua secura tibi seruiat libertate.

Tertia vero oratio dicatur ad libitum Sacerdotis.

Lectio Epl'æ bti Iohannis apli.

CArissimi Deus charitas est. 1. ca. 4.
In hoc apparuit charitas Dei in nobis: quoniam filium suum vnigenitum misit Deus in mundum vt viuamus per eũ. In hoc est charitas: non quasi nos dilexerimus eum: sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit filium suum propitiationem, pro peccatis nostris. Carissimi, si Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere. Deũ nemo vidit vnquam. Si diligimus inuicẽ, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis pfecta est. In hoc cognoscimus, quoniam in eo manemus, & ipse in nobis: quoniam de spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimus, & testificamur: quoniam pr̃ misit filium suum saluatorẽ

mundi. Quisquis cõfessus fuerit qm̃ Iesus est filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo. Et nos cognouimus, & credidim⁹ charitati, quam habet Deus in nobis. Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus ī eo. In hoc pfecta est charitas Dei nobiscũ vt fiduciã habeamus in die iudicij: quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mũdo. Timor non est ī charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorẽ: qm̃ timor pœnã habet. Qui autem timet, non est perfectus in charitate. Nos ergo diligam⁹ Deũ: quoniam Deus prior dilexit nos. Siquis dixerit quoniam diligo Deum, & fratrem suũ oderit: mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum, quem videt: Deũ quem non videt: quo modo potest diligere? Et hoc mandatum habemus à Deo: vt qui diligit Deũ, diligat & fratrem suum.

Graduale.

Ps 40. Ego dixi, dñe, miserẽre mẽi, sana animã meã quia peccaui tibi. ℣. Beatus vir qui intelligit super egenum, & pauperem: in die mala liberabit eũ domin⁹.

Ps 5. Haleluiah, halelu. ℣. Verba mea auribus percipe dñe: intellige clamorem meũ. Halah.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam.

cap. 5. IN illo tẽpore. Dixit Iesus discipulis suis. Estote misericordes, sicut & Pr̃ vester misericors est. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite cõdẽnare, & nõ cõdẽnabimini. Dimittite, & dimittemini. Date, & dabitur vobis. Mensurã bonã, & confertã, & cogitatã, & superfluentã dabunt in sinũ vestrũ. Eadẽ quippe mẽsura, qua mẽsi fueritis, remetietur vobis. Dicebat autem illis & similitudinẽ. Nunquid põt cęcus cęcum ducere? Nonne ambo in foueã cadunt? Non est discipulus super magistrũ. Perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister ei⁹. Quid autem vides festucã in oculo fratris tui: trabem autẽ, quæ in oculo tuo est, non cõsideras? Aut quomodo potest dicere fratri tuo: Frater, sine eijciam festucã de oculo tuo: ipse trabem in oculo tuo nõ vides? Hipocrita, eiice primũ trabem de oculo tuo: & tũc perspicies, vt educas festucã de oculo fratris tui. Credo in vnum &c.

Offertorium. Intende voci oratiõnis meæ, rex meus, & Deus meus: quoniam ad te orabo, Domine.

Ps 5.

Secreta.

Hõ-

HOstias nostras, quæsumus domine, tibi dicatas placatus assume, & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Ad poscenda suffragia sanctorum. O remus. Secreta.

EXaudi nos Deus salutaris noster: vt per huius sacramenti virtutem, à cunctis nos mentis & corporis hostibus tuearis: gratiam tribuens in præsenti, & gloriam in futuro. Communio. Narrabo omnia mirabilia tua: lætabor, & exultabo in te: psallam nomini tuo altissime. Postcommunio.

TAntis domine repleti muneribus, præsta, quæsumº: vt & salutaria dona capiamus, & à tua laude nunquam cessemus. Per dominum nostrum. Ad poscenda suffragia sanctorum. Postcommunio.

MVndet & muniat nos, q̃sumus domine, diuini sacramẽti munus oblatum: & intercedente beata virgine Dei genitrice Maria, cum beatis Apostolis tuis Petro, & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis: à cunctis nos reddat & peruersitatibus expiatos, & aduersitatibus expeditos. Per dominum.

M. R. N.

IN SOLEMNITATE Sacratissimi Corporis Christi.

Introitus.

CIbauit eos ex adipe frumenti, haleluiah, & de petra melle saturauit eos, halah, haleluiah, haleluiah. ℘s. Exultate Deo adiutori nr̃o: iubilate Deo Iacob. ℣. Gloria. Oratio.

DEus, qui nos sub sacramẽto mirabili passionis tuæ memoriã reliquisti: tribue, q̃s: ita nos corporis & sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redẽptionis tuæ fructũ ĩ nobis iugiter sentiamus. Qui viuis.

Lectio Epistolæ bt̃i Pauli Apostoli ad Corinthios. cap. 11

FRatres. Ego enim accepi à domino quod & tradidi vobis: quoniam dñs Iesus in qua

nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit, & dixit. Accipite, & manducate: Hoc est corpus meum quod ꝓ vobis tradetur: Hoc facite in meam cõmemorationem. Similiter & calicem postquam cœnauit, dicens: Hic calix nouum testamentũ est in meo sanguine. Hoc facite quotiescunque bibetis, in meam commemorationem. Quotiescunque enim manducabitis panẽ hunc, & calicem bibetis: mortem Domini annũciabitis donec veniat. Itaque quicunque manducauerit panem: & bibe rit calicem Domini indigne: reus erit corporis & sanguinis Domini. Probet autẽ seipsum homo: & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne: iudicium sibi manducat & bibit non diiudicãs corpus domini.

Ps 144. **Gradual.** O culi omnium in te sperant Domine: & tu das illis escam in tempore opportuno. ℣. Aperis tu manum tuã: & imples omne animal benedictione. Haleluiah, halah'. ℣. Caro mea vere est cibus: & sanguis meus vere est potus: q̃ mãducat meam carnem & bibit meũ sanguinẽ, in me manet, & ego in eo.

Sequentia.

Lauda Sion Saluatorẽ, lauda ducem & pastorem: in hymnis, & canticis.

Quantum potes tãtum aude: qa maior omni laude, nec laudare sufficis.

Laudis thema specialis, panis viuus & vitalis, hodie proponitur.

Quem in sacræ mẽsa cęnę, turbæ fratrum duodenæ, datum non ambigitur.

Sit laus plena, sit sonora, sit iucunda, sit decora mentis iubilatio.

Dies enim solennis agitur: in qua mẽse primo recolitur huius institutio.

In hac mensa noui regis, nouũ pascha nouę legis, phase vetus terminat.

Vetustatem nouitas, vmbram fugat veritas, noctem lux eliminat.

Quod in cęna Christus gessit, faciendum hoc expressit, in sui memoriam.

Docti sacris institutis, panem vinum in salutis consecramus hostiam.

Dogma datur Christianis, qd in carnem transit panis, & vinum in sanguinem.

Quod non capis, quod non vides,

vides, animosa firmat fides, præter rerum ordinem.

Sub diuersis speciebus: signis tantum, & non rebus, latét res eximiæ.

Caro cibus, sanguis potus, manet Christus tamen totus sub vtraque specie.

A sumente non concisus, non confractus, nõ diuisus: integer accipitur.

Sumit vnus, sumũt mille: quãtum isti, tantum ille: nec sumptus consumitur.

Sumunt boni, sumũt mali: sorte tamen inæquali, vitæ vel interitus.

Mors est malis, vita bonis: vide, paris sumptionis, quam sit dispar exitus.

Fracto demum sacramẽto: ne vacilles, sed memento, tantum esse sub fragmento, quantum toto tegitur.

Nulla rei fit scissura: signi tantũ fit fractura: qua nec status, nec statura signati minuitur.

Ecce panis angelorum, factus cibus viatorum: vere panis filiorum, non mittendus canibus.

In figuris præsignatur, cum Isaac immolatur: agnº paschæ deputatur, datur manna patribus.

Bone pastor, panis vere, Iesu nostri miserere: tu nos pasce, nos tuere: tu nos bona fac videre, in terra viuentium.

Tu qui cũcta scis & vales: qui nos pascis hic mortales: tuos ibi commensales, cohęredes & sodales fac sanctorum ciuiũ. Amen. Haleluiah.

Sequentia sancti Euangelij secundum Iohannem. cap. 6.

IN illo tempore: Dixit Iesus turbis Iudæorũ. Caro mea vere est cibus: & sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinẽ, in me manet, & ego in illo. Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: & qui manducat me, & ipse viuet propter me. Hic est panis qui de cœlo descendit. Non sicut manducauerunt patres vestri manna: & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, viuet in æternũ. Credo.

Offertorium. Sacerdotes domini incensum & panes offerũt Deo: & ideo sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen eius, haleluiah. Le. 21.

Secreta.

ECclesiæ tuę, quęsumus domine, vnitatis & pacis propitius dona concede: quæ sub oblatis munerib⁹ mystice de-

signantur. Per dominum nostr.
Præfatio. Quia per incar. 134.
Et dicitur per tota octa. Cōmu.
1.Co.2. Quotiescunque manducabitis panem hunc: & calicem bibetis, mortem dñi annunciabitis, donec veniat: itaq; quicūq; manducauerit panem, & biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis, & sanguinis domini, haleluiah. Postcōmu.

FAc nos, quæsumus domine, diuinitatis tuæ sempiterna fruitione repleri: quam precioſi corporis & sanguinis tui temporalis perceptio prefigurat. Qui viuis & regnas, &c.

¶ Infra octauam nō fit de aliquo sancto, nisi fuerit duplex. In die octauæ non fit nisi de festo S. Iohan. Baptistæ, & sctōrū apsorū Petri & Pauli, si occurrat: & tunc fit de festo cum cōmemoratione octauæ. Secunda oratio infra octauam, de sancta Maria. Concede. tertia. Ecclesiæ. vel pro Papa. fol. 152.

DOMINICA SECVNDA post Pentecost. quæ est infra octauam Corporis Christi. Introitus.

EActus est dominus protector meus: & eduxit me in latitudinem: saluum me fecit, quoniam voluit me. ps. Diligam te Domine fortitudo mea: dñs firmamentum meum: & refugium meum: & liberator meus. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Oro.

SAncti nominis tui domine timorem pariter, & amorem fac nos habere perpetuū: quia nunquā tua gubernatione destituis: quos in soliditate tuæ dilectionis instituis. Per dominum nostrum Iesum Christ. Deinde fit commemoratio de octa. Corporis Christi tantum. Deus qui nobis: vt supra. 171.

Lectio Epistæ bti Iohannis Apli. 1.ca.

CAristimi: Nolite mirari, si odit vos mundus. Nos scimus, quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniā diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Omnis qui odit fratrem suū homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere: & clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas Dei manet in

eo?

eò? Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua: sed opere & veritate. Gradu. A d dñm cũ tribularer clamaui, & exaudiuit me. ℣. Dñe, libera animam meam à labijs iniquis: & à lingua dolosa. H aleluiah, halah. ℣. Dñe Deus in te speraui, saluum me fac ex oĩbus persequẽtibus me, & libera me, halelu.

ps 119.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam.

cap. 14.

IN illo tpe. Dixit Iesus discipulis suis, parabolam hanc. Homo quidã fecit cœnam magnam & vocauit multos. Et misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent: quia iam parata sunt oĩa. Et cęperũt oẽs simul se excusare. Primus dixit ei. Villam emi: & necesse habeo exire, & videre illã, rogo te, habe me excusatum. Et alter dixit. Iuga boũ emi quinq; : & eo ꝓbare illa: rogo te habe me excusatum. Et alius dixit. Vxorem duxi: & ideo non possum venire. Et reuersus seruus nunciauit hæc domino suo. Tunc irat' paterfamilias, dixit seruo suo. Exi cito in plateas & vicos ciuitatis: & pauperes ac debiles, & cęcos & claudos ĩtroduc huc. Et ait seruus. Domine factum est vt imperasti: & adhuc locus est. Et ait dominus seruo. Exi in vias & sepes: & cõpelle intrare, vt impleatur domus mea. Dico autem vobis: q̃ nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cœnam meam. C redo in vnum. Offertorium.

D omine conuertere, & eripe aĩam meam: saluum me fac ꝓpter misericordiam tuã. Secret.

ps 6.

OBlatio nos, quæsumus domine, tuo nomini dicanda, purificet: & de die in diem ad cœlestis vitæ trãsferat actionem. Per dominum. Commu.

C antabo Domino, qui bona tribuit mihi: & psallam nomini domini altissimi. Postcõmu.

ps 12.

SVmptis muneribus sacris quæsumus domine vt cum frequẽtatione mysterij: crescat nostræ salutis effectus. Per do.

DOMINICA TERTIA POST PENTECOST.

Introitus.

RESpice in me, & miserere mei dñe quoniam vnicus, & pauper sum ego: vide humilitatem meam & laborem meum: & dimitte omnia peccata mea Deus meus. ꝑs. Ad te domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam. ℣. Gloria. Oratio.

ps 24.

Pro-

PRotector in te sperantium Deus, sine quo nihil est validum, nihil sanctum: multiplica super nos misericordiam tuam: vt te rectore, te duce: sic transeamus per bona tpalia, vt non amittamus æterna. Per d. Deinde. A cunctis. vt supra. folio 170. Tertia ad libitum.

Lectio Epistolæ beati Petri Apostoli.

1. ca. 5. CAriſſimi: Humiliamini ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis. Omnem ſolicitudinem veſtram proijcientes in eum: quoniã ipſi eſt cura de vobis. Sobrij eſtote, & vigilate: quia aduerſarius veſter diabolus, tãquam leo rugiens, circuit quęrens quem deuoret. Cui reſiſti te fortes in fide: ſcientes eandem paſſionem ei, quæ in mũdo eſt, veſtræ fraternitati fieri. Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternam ſuam gloriam in Chriſto Ieſu: modicum paſſos: ipſe perficiet, cõfirmabit, ſolidabitq;. Ipſi gloria, & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen. Graduale.

p. 54. Iacta cogitatum tuum in domino: & ipſe te enutriet. ℣. Dũ clamarem ad Dominum, exaudiuit vocem meam ab his: qui appropinquant mihi. Haleluiah: haleluiah. ℣. Deus iuſtꝰ, fortis, & patiens, nunquid irascet per ſingulos dies. Halelu. p. 17.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. cap. 15

IN illo tempore. Erant appropinquãtes ad Ieſum publicani: & peccatores: vt audirent illum. Et murmurabant phariſæi & ſcribæ, dicentes. Quia hic peccatores recipit: & manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam iſtam dicens. Quis ex vobis homo qui habet centum oues: & ſi perdiderit vnam ex illis: nonne dimittit nonagintanouem in deſerto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inueniat illam? Et cum inuenerit eam imponit in humeros ſuos gaudens: & veniẽs domum, conuocat amicos & vicinos dicens illis. Congratulamini mihi, quia inueni oué meam quæ perierat. Dico vobis, ꝙ ita gaudium erit in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quam ſupra nonagintanouem iuſtis, qui non indigent pœnitentia. Aut quæ mulier habens drachmas decem, ſi perdiderit drachmã vnam, nonne accendit lucernam, & euerrit domum, & q̃rit

rit diligenter, donec inueniat eam? Et cum inuenerit, conuocat amicas & vicinas, dicens: Congratulamini mihi: quia inueni drachmam quam perdideram. Ita, dico vobis, gaudiū erit coram angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente. Credo. Offertorium.

Sperent in te omnes, qui nouerunt nomen tuum domine: quoniam nō derelinquis quærentes te: psallite domino, qui habitat in Sion: qm̄ nō est oblitus oīonem pauperum. Secre.

REspice, quæsumus domine munera supplicantis ecclesiæ: & saluti credentium perpetua sanctificatione sumē da concede. Per dominum no. Deinde. Exaudi nos. vt su. 171.

Luc. 15 Cōmu. Dico vobis gaudiū est angelis Dei sup vno peccatore pœnitentiam agente. Postcō.

SAncta tua Dñe nos sumpta viuificent: & misericordiæ sempiternæ præparent expiatos. Per dominum. Deinde. Mūdet & muniat. vt su. 171.

DOMINICA QVARTA post Pentecosten. Introitus.

Ps. 16. DOminus illuminatio mea & salus mea, quē timebo? Dominꝰ defensor vitæ meæ, à quo trepidabo? Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, & cediderunt. ℘s. Si consistāt aduersum me castrā, non timebit cor meum. ℣. Gloria. Oratio.

DA nobis, quæsumus domine, vt & mundi cursus pacifice nobis tuo ordine diri gatur: & ecclesia tua tranquilla deuotione lætetur. Per dñm. Deinde. A cunctis nos. vt in prima Dominica. folio 170.

Lectio Epistolæ bti Pauli Apostoli ad Romanos. cap. 8.

FRatres: Existimo, quòd nō sunt condignæ passiones huius temporis, ad futurā gloriā, quæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturæ, reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe: quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis; in libertatem gloriæ filiorum Dei. Scimus enim, q̄ omnis creatura ingemiscit, & pártturit vsque adhuc. Non solum autem illa, sed nosipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus, adoptionē filiorum Dei, expectantes redēptionem corporis nostri. In Christo Iesu domino nostro.

Graduale.

ps 78. **Graduale.** Propitius esto dñe peccatis nostris: nequando dicant gentes, vbi est Deus eorũ? ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter honorem nominis tui dñe libera nos. Hal. halelu. ℣. Deus, qui sedes super thronum, & iudicas æquitatem, esto refugium pauperum in tribulatione, haleluiah.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam.

cap. 5. IN illo tpe. Cum turbæ irruerent in Iesum, vt audirent verbũ Dei: & ipse stabat secus stagnum Genesareth. Et vidit duas naues stantes secus stagnum. Piscatores autem descẽderant, & lauabant retia. Ascẽdens autem in vnam nauim, quæ erat Simonis: rogauit eum à terra reducere pusillũ. Et sedens, docebat de nauicula turbas. Vt autem cessauit loqui, dixit ad Simonem. Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. Et respondens Simon, dixit illi; Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam. Rumpebatur autem rete eorum. Et annuerunt socijs, qui erant in alia naui, vt venirent, & adiuuarent eos. Et venerunt, & impleuerunt ambas nauiculas: ita vt pené mergerentur. Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu, dicens. Exi à me, quia homo peccator sum domine. Stupor enim circunderat eũ, & omnes qui cum illo erant, in captura piscium, quam ceperant. Similiter autem & Iacobum, & Iohannem filios Zebedæi, qui erant socij Simonis. Et ait ad Simonem Iesus. Noli timere: ex hoc iam eris homines capiens. Et subductis ad terram nauibus: relictis omnibus secuti sunt eum.

Credo. **Offertorium.**

Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte: nequãdo dicat inimicus meus, prævalui aduersus eũ. ps 112.

Secreta.

OBlationib⁹ nostris, quęsumus Domine placare susceptis: & ad te nostras etiam rebelles compelle propitius voluntates. Per dominum nostr.

Exaudi. vt in j. Dñica. fo. 171.

Communio. Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus, & adiutor meus. ps 17.

Postcommunio.

MYsteria nos Domine, q̃s, sumpta purificent: &

suo

suo munere tueantur. Per do. Deinde. Mundet & muniat. vt in prima Dominica. f. 171.

DOMINICA QVINTA post Pentecosten. Introit.



EXaudi domine vocē meā, qua clamaui ad te: adiutor meus esto, ne derelinquas me: neque despicias me Deus. ps. Dominus illuminatio mea, & salus mea, quē timebo. ℣. Glia. Oro.

DEus, qui diligentibus te bona inuisibilia præparasti, infunde cordibus nostris tui amoris affectū: vt te in omnibus, & super omnia diligentes: promissiones tuas, quæ omne desiderium superant, cōsequamur. Per dominum nostrum Iesum. A cunctis nos. vt supra. f. 170.

Lectio Epistolæ beati Petri Apostoli.

CAriſſimi: Omnes vnanimes in oratione: estote cō patientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles. Non reddentes malū pro malo: nec maledictum pro maledicto, sed econtrario, benedicentes: quia in hoc vocati estis, vt benedictionem hæreditate possideatis. Qui enim vult vitā diligere, & dies videre bonos, coerceat linguam suam à malo, & labia eius ne loquantur dolum. Declinet à malo, & faciat bonum: inquirat pacem, & sequatur eā. Quia oculi Domini super iustus: & aures eius in preces eorum: Vultus autē Domini super facientes mala. Et quis est, qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis? Sed & si quid patimini propter iustitiam, beati. Timorem autem eorum ne timueritis, vt non cō turbemini. Dominum autem Iesum Christum sanctificate in cordibus vestris. Graduale.

PRotector noster aspice Deus, & respice super seruos tuos. ℣. Domine Deus virtutum exaudi preces seruorum tuorum. Haleluiah, haleluiah. ℣. Domine in virtute tua lætabitur rex: & super salutare tuum exultabit vehementer, haleluiah.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Matthæum.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Amen dico vobis: nisi abundauerit iustitia vestra plusquàm scribarum, & phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Audistis, quia

quia dictum est antiquis. Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: quia omnis qui iratus fuerit fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, racha: reus erit concilio. Qui autem dixerit fatuæ, reus erit gehennæ ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniés offeres munus tuum. Credo. Offerto. Benedicam Dominũ, qui tribuit mihi intellectum, prouidebam Deũ in conspectu meo semper? quoniã à dextris est mihi ne commouear. Secre.

PRopitiare Dñe supplicationibus nostris: & has oblationes famulorum famularũque tuarum benignus assume: vt quod singuli obtulerũt ad honorem nominis tui: cunctis proficiat ad salutem. Per dominum nostrum Iesum.

Deinde. Exaudi nos Deus. vt supra folio 171. Communio.

ps 26. VNam petij à domino, hanc requiram: vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Postcommunio.

QVos Domine cælesti dono satiasti: præsta quæsumus: vt à nostris mundemur occultis: & ab hostium liberemur insidijs. Per dominum nostrum Iesum Christũ. Deinde. Mundet & muniat. vt supra. folio 171.

DOMINICA SEXTA POST PENTECOST.

Introitus.

DOminus fortitudo plebis suę & protector salutarium Christi sui est: saluum fac populum tuum domine, & benedic hæreditati tuæ, & rege eos vsque in sęculum. ps. Ad te domine clamabo: Deus meus ne sileas à me: nequando taceas à me: & assimilabor descendentibus in lacum. ps 77. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus virtutum cuius est totum, quod est optimum, insere pectoribus nostris amorem tui nominis: & præsta ī nobis religionis augmentum: vt quæ sunt bona nutrias: ac pietatis studio, quæ sunt nutrita: custodias. Per dominum nost. Secunda oratio. Acunctis nos.

vt

vt sup. f.171. Tertia ad libitū.

Lectio Epistolæ btī Pauli Apostoli ad Romanos.

FRatres: Quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortē: vt quomodo surrexit Christus â mortuis per gloriam patris, ita & uos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sum⁹ similitudini mortis eius: simul & resurrectionis erimus. Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est: vt destruatur corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato. Si autem mortui sumus cum Christo: credimus, quia simul etiā viuemus cum illo. Sciētes, quia Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur: mors illi vltra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel, quod autem viuit, viuit Deo. Ita & vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato: viuētes autem Deo in Christo Iesu domino nostro. Graduale. Conuertere domine aliquantulum: & deprecare super seruos tuos. ℣. Domine refugium factus es nobis, à generatione in generationem. Hallah, hale. ℣. In te domine speraui, nō cō fundar in æternum: in iustitia tua libera me, & eripe me: inclina ad me aurem tuam: accelera vt eripias me, haleluiah. ps 70.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Marcum. cap. 8.

IN illo tempore. Cum turba multa esset cum Iesu, nec haberent quod manducarent: cōuocatis discipulis suis, ait illis. Misereor super turbam: quia ecce iā triduo sustinēt me, nec habent quod manducent. Et si dimisero eos ieiunos in domū suam, deficient in via. Quidam enim ex eis de longe venerunt. Et responderunt ei discipuli sui. Vnde istos poterit quis hic saturare panibus in solitudine? Et interrogauit eos. Quot panes habetis? Qui dixerunt. Septem. Et præcepit turbæ discumbere super terram. Et accipiens septem panes, gratias agens fregit, & dabat discipulis suis, vt apponerent: & apposuerunt turbæ. Et habebant piscículos paucos: & ipsos benedixit, & iussit apponi. Et manducauerunt, & saturati sunt. Et sustulerunt quod superauerat de fragmentis,

tis, septem sportas. Erãt autem qui manducauerant, quasi quatuor millia: & dimisit eos. Credo in vnum. **Offertorium.**

ps 16. Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea: inclina aurem tuam & exaudi verba mea: mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te Domine.

Secreta.

PRopitiare Domine supplicationibus nostris: & has populi tui oblationes benignꝰ assume: & vt nullius sit irritum votum, nullius vacua postulatio, præsta quæsumus: vt, quod fideliter petimus, efficaciter cõsequamur. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, Qui tecum viuit, &c.

Alia secreta. Exaudi nos Deus. vt supra. fol. 171. **Communio.**

ps 26. Circuibo, & immolabo in tabernaculo eius hostiam iubilationis: cantabo, & psalmum dicam domino.

Postcommunio.

REpleti sumus Domine muneribus tuis: tribue quæsumus: vt eorum mundemur effectu, & muniamur auxilio. Per dominum nostrum Iesum Christum. **Alia Postcõ.** Mundet & muniat nos. f. 171.

DOMINICA SEPTIMA

post Pentec. Introitus.

ps 46. Mnes gentes plaudite manibus, iubilate Deo ĩ voce exultationis. ps. Quoniam Dominus excelsus, terribilis, rex magnus super omnem terram. ℣. Gloria patri, & filio. **Oratio.**

DEus cuius prouidentia in sui dispositione non fallitur: te supplices exoramus: vt noxia cũcta submoueas, & omnia nobis profutura concedas. Per dominum nostrum Iesum. **Aliæ orationes vt supra. f. 171.**

Lectio Epistolæ bti Pauli Apostoli ad Romanos. cap. 6

FRatres: Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem: ita & nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ, in sanctificationem. Cũ enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum, mors est. Nunc

vero

vero liberati à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam. Stipendia enim peccati mors. Gratia autem Dei, vita æterna. In Christo Iesu domino nostro.

Ps. 33. Graduale. Venite filij, audite me: timorem Domini docebo vos. ℣. Accedite ad eum, & illuminamini: & facies vestræ non confundentur. Hallelu-

Ps. 46. iah, hallelúiah. ℣. Oẽs gentes plaudite manib⁹, iubilate Deo in voce exultationis, hallelúiah.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Matthæum.

cap. 7. IN illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis. Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum, cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona bonos fruct⁹ facit: mala aũt arbor malos fructus facit. Non põt arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala, fructus bonos facere. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignẽ mittetur. Igitur, ex fructibus eorũ cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi, domine domine intrabit in regnum cœlorũ: sed qui facit voluntatem patris mei, qui in cęlis est, ipse intrabit in regnum cœlorũ. Credo.

Offertorium. Sicut in holocaustis arietum & taurorum & sicut in millibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificium nr̃m in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi, quia non est confusio cõfidentibus in te dñe. Secreta.

DEus, qui legalium differẽtiam hostiarum vnius sacrificij perfectione sanxisti: accipe sacrificium à deuotis tuis famulis: & pari benedictione, sicut munera Abel, sanctifica: vt quod singuli obtulerunt ad maiestatis tuæ honorem, cunctis proficiat ad salutem. Per dominũ nostrũ Iesum Christũ.

Aliæ secretæ, vt supra. fol. 170.

Commu. Inclina aurem tuam, accelera, vt eruas me. Ps. 30. Postcõm.

TVa nos Domine medicinalis operatio, à nostris peruersitatibus clementer expediat, & ad ea quæ sunt recta perducat. Per dominum nostrũ Iesum Christum filium tuum, Qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus sancti De⁹, Per omnia sęcula sæculorũ. ℟. Am̃.

Alię postcommunio. vt su. 171.

DOMINICA VIII.

post Pentecost. Introit.

SVscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui: secundùm nomen tuum Deus, ita & laus tua in fines terræ: iustitia
ps 47. plena est dextera tua. Psal. Magnus dominus, & laudabilis nimis: in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui. Oro.

LArgire nobis, quæsumus domine, semper spiritum cogitandi, quæ recta sunt propitius & agendi: vt, qui sine te, esse non possimus, secundùm te viuere valeamus. Per. Deide. A cunctis. vt supra. folio 170.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Ro.
cap 8. FRatres, Debitores sumus: non carni, vt secúdùm carnẽ viuamus. Si enim secúdùm carnem vixeritis: moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis: viuetis. Quicunque enim spiritu Dei aguntur: hi filij Dei sunt. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorũ in quo clamamus, Abba pater. Ipse enim spiritus testimoniũ reddit spiritui nostro, ꝙ sumus filij Dei. Si autem filij, & hæredes. Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Graduale. Esto mihi in Deũ protectorẽ, & in locũ refugij, vt saluum me facias. ℣. Deus in te speraui dñe non cõfundar in æternũ. Halah, hal.
ps 30. ℣. Magnus dominus, & laudabilis valde: in ciuitate Dei nri, in monte sancto eius, halelu.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam.
cap 16

IN illo tpe: Dixit Iesus discipulis suis parabolã hãc. Homo quidã erat diues, qui habebat villicum: & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona illius. Et vocauit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rõnem villicationis tuæ: iam enim non poteris villicare. Ait autẽ villicus intra se. Quid faciam, quia dñs meus aufert à me villicationẽ? Fodere nõ valeo: mendicare erubesco. Scio quid faciã: vt cum amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas. Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo. Quantũ debes domino meo? At ille dixit.

xit. Centum cados olei. Dixitq; illi. Accipe cautionem tuam: & sede cito & scribe, quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu vero quantum debes? Qui ait. Centum coros tritici. Ait illi. Accipe literas tuas, & scribe octogīta. Et laudauit dñs villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filij huius sæculi prudentiores filijs lucis in gñatione sua sunt. Et ego dico vobis. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. C redo. Offerto.

ps 17. Populum humilem saluum facies domine, & oculos superborum humiliabis: qm̄ quis Deus præter te Domine? Secreta.

SVscipe, q̄s dñe, munera, q̄ tibi de tua largitate deferimus, vt hæc sacrosancta mysteria, gr̄æ tuæ operante virtute, & præsentis vitæ nos conseruatione sanctificent, & ad gaudia sempiterna perducant. Per do. Deinde E xaudi nos. fol. 171.

ps 33. Cōmu. G ustate, & videte, qm̄ suauis est dominus: beatus vir qui sperat in eo. Postcommu.

SIt nobis dñe reparatio mentis & corporis cęleste mysterium: vt cuius exequimur cultum, sentiamus effectum. Per dominum nostrum. Deinde. Mundet & muniat. vt su. 171.

DOMINICA IX. post Pentecost. Introit.

ECce Deus adiuuat me: & dñs susceptor est aīæ meæ: auerte malainimicis meis: & ī veritate tua dispersde illos protector meus domine. ps. Deus in nomine tuo saluum mè fac: & in virtute tua libera me. ℣. Gloria pri. Oratio.

ps 53.

PAteant aures misericordiæ tuæ dñe precibus supplicātium: & vt petentibus desiderata cōcedas: fac eos quę tibi sunt placita postulare. Per. Secunda oratio. A cunctis. vt supr. 170.

Lectio Epistolæ bti Pauli Apostoli ad Corinthios. cap. 10.

FRatres: Non simus concupiscētes malorū, sicut & illi cōcupierunt. Neq; idololatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis: quemadmodum scriptum est. Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Neq; fornicemur: sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna die vigintitria millia. Neque tentemus Christum: sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpētibus perierunt. Neque murmuraueritis:

sicut quidam eorum murmura uerunt, & perierunt ab extermi natore. Hæc autem omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correctionẽ nostram, in quos fines sæculorum deuenerunt. Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat. Tentatio vos non apprehẽdat, nisi humana: fidelis autẽ Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet cum tentatione etiam prouentum, vt possitis sustinere.

ps 8. Gradua. Domine dominus nr̃, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. ℣. Qm̃ eleuata est magnificentia tua super cœlos. Haleluiah, hale.

ps 17. ℣. Eripe me de inimicis meis Deus meus, & ab insurgẽtibus in me libera me. Haleluiah.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam.

cap. 19. IN illo tpe. Cum appropiquaret Iesus Ierusalem, vidẽs ciuitatem fleuit super illã dicens. Quia si cognouisses, & tu. Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi. Nunc autẽ abscõdita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te: & circundabũt te inimici tui vallo, & circunda bunt te, & coangustabunt te vndiq;: & ad terram prosternent te, & filios tuos qui in te sunt: & non relinquent in te lapidem super lapidem: eo ꝙ nõ cognoueris tempus visitationis tuæ. Et ingressus in templum cępit eijcere vendentes in illo, & emẽtes, dicens illis. Scriptum est: quia domus mea domus orationis est. Vos autem feciſtis illam speluncam latronũ. Et erat docẽs quotidie ī tẽplo. C redo. Offert. Iustitiæ Dñi rectæ, lætificantes corda; & iudicia eius dulciora super mel & fauũ: nã & seruus tuus custodit ea. Secr.

COncede nobis, quæsumus domine, hęc digne frequẽtare mysteria: quia quoties huius hostiæ commemoratio celebratur, opus nostrę redẽptionis exercetur. Per dominum nostrum Iesum Chr̃istum filium. Secunda secreta. Exaudi nos vt supr. f. 171. Commu. Qui mãducat meam carnem, & bibit meum sanguinẽ, in me manet, & ego in eo, dicit dñs. Ioã. 6. Postcõ.

TVi nobis, quæsumus domine, communio sacramenti, & purificationem conferat, & tribuat vnitatem. Per dominum nostrũ Iesum Christum filium tuum, Qui tecum viuit, &c. Secunda postcõmu. Mundet, & muniat. vt su. 171.

DO-

DOMINICA DECIMA post Pentecost. Introit.

DVm clamarem ad dñm, exaudiuit vocem meam ab his qui appropīquāt mihi: & humiliauit eos qui est ante sæcula, & manet in æternum: iacta cogitatum tuum in domino, & ipse te enutriet. ps. Exaudi Deus orationem meā: & ne despexeris deprecationē meam: intende mihi, & exaudi me. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui omnipotentiam tuam parcendo maxime, & miserando manifestas: multiplica super nos gratiam tuā: vt, ad tua promissa currentes, cœlestium bonorum facias esse consortes. Per dominū. Alia oratio. A cunctis nos. fol. 170.

Lectio Epistolæ bū Pauli Apostoli ad Corinthios.

FRatres: Scitis quoniam cū gentes essetis, ad simulacra muta prout ducebamini, eūtes. Ideo notum vobis facio, quod nemo in spiritu Dei loquens, dicit Anathema Iesu. Et nemo potest dicere, dominus Iesus: nisi in spiritu sancto. Diuisiones vero gratiarū sunt, idem autem spiritus. Et diuisiones ministrationum sunt: idem autem dominus. Et diuisiones operationum sunt: idē vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autē datur manifestatio spiritus, ad vtilitatem. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ: alij autem sermo scientiæ, secundum eundem spiritum. Alteri fides in eodem spiritu: alij gratia sanitatum in vno spiritu: alij operatio virtutum: alij prophetia: alij discretio spirituum: alij genera linguarum: alij interpretatio sermonū. Hęc autē omnia operatur vnus atque idem spiritus diuidens singulis prout vult. Graduale.

CUstodi me Domine vt pupillam oculi: sub vmbra alarum tuarum protege me. ps 16. ℣. De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant æquitatem. Haleluiah, haleluiah. ℣. Te decet hymnus Deus in Siō: & tibi reddetur votum in Ierusalem. Haleluiah. ps 46.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam.

IN illo tempore: Dixit Iesus ad quosdam qui in se confidebant tanquam iusti, & aspernabantur cęteros, parabolā istā. Duo homines ascēderunt in templum vt orarent: vnus Phari-

Pharisæus,& alter Publicanus. Pharisæus stans, hæc apud se orabat. Deus, tibi gratias ago, quia non sum sicut cæteri hominum:raptores, iniusti, adulteri : velut etiã hic Publicanus. Ieiuno bis ĩ sabbatho:decimas do omnium quæ possideo. Et Publicanus à longe stans nolebat nec oculos ad cęlum leuare, sed percutiebat pectus suũ, dicens. Deus propitius esto mihi peccatori. Amen dico vobis. descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. Quia omnis qui se exaltat humiliabitur & qui se humiliat exaltabitur: Credo. Offertorium. A d te do
ps 24. mine leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam : neque irrideant me inimici mei : etenim vniuersi qui te expectant non confundentur. Secreta.

TIbi dñe sacrificia dicata reddantur:quæ sic ad honorem nominis tui deferenda tribuisti:vt eadem remedia fieri nostra præstares . Per dominum nostrum Iesum Christũ. Alia secreta. E xaudi. vt supra.
ps 50. fol. 171. Cõmunio . A cceptabis sacrificium iustitiæ , oblationes,& holocausta,super altare tuum domine. Postcõmu.

QVæsumus dñe Deus noster: vt quos diuinis repa rare nõ desinis sacramentis , tuis non destituas benignus auxilijs.Per dominum. Alia postcommunio . M undet,& muniat. vt supra. f. 171.

DOMINICA XI. post Pentecost. Introitus.

DEus in loco sancto suo:Deus,qui ĩhabitare facit vnanimes in domo:ipse dabit virtutem & fortitudinẽ plebi suæ. ps. Exurgat Deus ps 67.
& dissipentur inimici eius : & fugiant qui oderunt eum,à facie eius. ℣. Gloria pri. Oratio.

OMps sempiterne Deus: q abundantia pietatis tuæ, & merita supplicum excedis, & vota: effunde super nos misericordiam tuam : vt dimittas quę conscientia metuit:& adijcias quod oratio non ꝑsumit. Per. Aliæ orationes. vt su. 171.

Lectio Epłæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios. 1.c. 15

FRatres.Notum vobis facio euangelium , quod prædicaui vobis,quod & accepistis, in quo & statis,per quod & salua mini : qua ratione prædicauerim vobis,si tenetis, nisi frustra credidistis. Tradidi enim

vobis

vobis in primis quod & accepi: quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundùm scripturas: & quia sepultus est: & quia resurrexit tertia die, secundùm scripturas: & qa visus est Cephæ: & post hoc vndecim. Deinde visus est plus quam quingentis fratribus simul: ex quibus multi manent vsque adhuc, quidam autem dormierunt. Deinde visus est Iacobo: deinde apostolis omnibus. Nouissime autem oīum, tanquam abortiuo, visus est & & mihi. Ego enim sum minimus Apostolorum: qui nō sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiā Dei. Gratia autem Dei, sum id quod sum: & gratia eius in me vacua non fuit. Graduale.

Ps 117. In Deo sperauit cor meum, & adiutus sum: & refloruit caro mea & ex voluntate mea cōfitebor illi. ℣. Ad te domine clamaui: Deus meus ne sileas: ne discedas à me. Hasah, hasah. ℣. Exultate Deo adiutori nostro: iubilate Deo Iacob: sumite psalmū iucundum cum cithara, hasah.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Marcum. Cap. 7.

IN illo tpe: Exiens Iesus de finibus Tyri venit per Sidonē ad mare Galilææ, inter medios fines Decapoleos. Et adducunt ei surdum & mutum: & deprecabantur eum, vt imponat illi manum. Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius: & expuēs tetigit linguam eius. Et suspiciens in cęlum, ingemuit: & ait illi. Epheta, quod est, adaperire. Et statim apertæ sunt aures eius, & solutum est vinculum linguæ ei⁹, & loquebatur recte. Et præcepit illis, ne cui dicerent. Quanto autē eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabāt: & eo amplius admirabantur, dicentes. Bene omnia fecit: & surdos fecit audire, & mutos loqui. Credo. Offert.

Ps 27. Exaltabo te dñe, qm̄ suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me, domine clamaui ad te, & sanasti me. Secreta.

REspice, dñe, q̄s, ad nostrā propitius seruitutem, vt quod offerimus, sit tibi munus acceptum, & sit nostræ fragilitatis subsidium. Per dominū. Aliæ secretæ. vt supra. fo. 171. Cōmu. Honora Dñm de tua substantia, & de primitijs frugum tuarum: & implebuntur areæ tuæ saturitate, & vino torcularia redundabunt. Postcō.

SEntiamus, q̃s Dñe, tui perceptione sacramenti, subsidium mentis & corporis: vt in vtroq; saluati, cęlestis remedij plenitudine gloriemur. Per d. Aliæ postcommu. vt sup. 171.

DOMINICA XII. post Pentecost. Introit.

ps 69. DEus in adiutoriũ meum intende: Domine ad adiuuandum me festina: confundantur & reuereantur inimici mei, qui quærunt aĩam meam. ps. Auertantur retrorsum & erubescant, q volũt mihi mala. ℣. Gloria. Oratio.

OMps, & misericors Deus, de cuius munere venit, vt tibi à fidelibus tuis digne & laudabiliter seruiatur: tribue nobis, quæsum⁹: vt ad promissiones tuas, sine offensione curramus. Per do. Secunda oratio. A cunctis. vt in j. Dominica. Lectio Epistolæ bti Pauli Apostoli ad Corinthios. 2. ca. 3.

FRatres: Fiduciam talem habemus per Christum ad Deum: non q̃ sufficiẽtes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti: non litera, sed spiritu. Litera enim occidit: spiritus autem viuificat. Qd̃ si ministratio mortis, literis deformata in lapidibus, fuit ĩ gloria, ita vt nõ possent intendere filij Israel in faciem Moysi, propter gloriam vultus eius, quæ euacuat̃: quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis ĩ gloria est, multo magis abundat ministerium iustitiæ in gloria. Graduale Benedicam dñm in omni tempore: semper laus ei⁹ in ore meo. ps 33. ℣. In domino laudabitur anima mea: audiant mãsueti, & lætent̃. Halah, hal̃. ℣. Dñe Deus salutis meæ, ĩ die clamaui & nocte corã te. Hal̃. ps 87. Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam. ap. 10

IN illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis. Beati oculi quæ vident quæ vos videtis. Dico enim vobis, quod multi ꝓphetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. Et ecce, quidam legisperitus surrexit tentans illum, & dicens. Magister, quid faciendo vitam æternam possidebo? At ille dixit ad eum. In lege quid scriptũ est? Quomodo legis? Ille respondens, dixit.

xit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua: & proximum tuum sicut teipsum. Dixitq; illi. Recte respondisti: hoc fac, & viues. Ille autem volens iustificare seipsum, dixit ad Iesum. Et quis est meus proximus? Suspiciens autem Iesus, dixit. Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliauerũt eum, & plagis impositis abierũt, semiuiuo relicto. Accidit autem, vt Sacerdos quidam descenderet eadem via: & viso illo prætерijt. Similiter & Leuita, cum esset secus locum, & videret eũ, pertrãsijt. Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum: & videns eum, misericordia motus est. Et appropians alligauit vulnera eius, infundẽs oleum, & vinum: & imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulum, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait: Curam illius habe: & quodcunque supererogaueris, ego cum rediero, reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit ĩ latrones? At ille dixit. Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus. Vade, & tu fac similiter. Credo. Offertorium.

Precatus est Moyses in conspectu Domini Dei sui, & dixit: quare domine irasceris in populo tuo? parce iræ animæ tuę? memento Abraham, Isaac, & Iacob, quibus iurasti dare terram fluentem lac & mel: & placatus est Dominus de malignitate, quam dixit facere populo suo. Exo. 32.

Secreta.

HOstias, quæsumus domine propitius intẽde, quas sacris altaribus exhibemus: vt nobis indulgentiam largiendo tuo nomini dent honorẽ. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, Qui.

Secunda Secreta.

EXaudi nos Deus salutaris noster: vt per huius sacramenti virtutem, à cunctis nos mentis & corporis hostibus tuearis: gratiam tribuens in pẽsenti, & gloriam in futuro.

Communio. De fructu operũ tuorum Domine satiabitur terra, vt educas panem de terra, & vinum lætificet cor hominis: vt exhilaret faciem in oleo, & panis cor hominis confirmet. Ps. 103.

Postcommunio.

Vtui-

VIuificet nos q̃s dñe, huius participatio sancta mysterij: & pariter nobis expiationẽ tribuat: & munimen. Per domi.

Secunda Postcommunio.

MVndet & muniat nos, q̃s dñe, diuini sacramenti munus oblatum, & interceden te beata virgine Dei genitrice Maria, cũ beatis Apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis: à cunctis nos reddat & peruersitatibus expiatos, & aduersitatibus expeditos. Per dominum nostrũ.

DOMINICA XIII. post Pentecost. Introit.

RESpice domine in testamentũ tuum & animas pauperum tuorum ne derelinquas in finem: exurge domine, & iudica causam tuã: & ne obliuiscaris voces quærentium te. ps. Vt quid Deus repulisti in finem: iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ? ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus: da nobis fidei, spei & charitatis augmentum: & vt mereamur assequi quod promittis, fac nos amare quod pręcipis. Per dominum nostrum.

Aliæ oratones, vt i j. Dñica. 170.

Lectõ Epistæ btĩ Pau. Apo. ad Gal.

FRatres: Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit, Et seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno, Et semini tuo, q̃ est Christus. Hoc autem dico, testamentum confirmatum à Deo, quę post quadringentos & triginta annos facta est lex, non irritum facit ad euacuandam promissionẽ. Nã si ex lege hæreditas, iam nõ ex promissione. Abrahæ aũt per repromissionẽ donauit Deus. Quid igitur lex? Propter transgressionem posita est, donec veniret semen cui promiserat: ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem, vni non est: Deus autem vnus est. Lex ergo aduersus ꝓmissa Dei? Absit, Si enim data esset lex, q̃ posset viuificare: vere ex lege esset iustitia. Sed cõclusit scriptura oĩa sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Gradua. RESpice domine in testamentum tuum: & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. ℣. Exurge dñe, & iudica causam tuam: memor esto opprobrij seruorũ tuorũ. Halah, halah. ℣. Dñe refugiũ factus es nobis à generatione in generationẽ, halah.

Seq.

Seq. sčti Euāg. secundū Lucam.

cap. 17. IN illo tpe. Dum iret Iesus in Ieruſalem, tranſibat per mediam Samariam & Galilæam. Et cum ingrederetur quoddā caſtellum, occurrerunt ei decē viri leproſi. Qui ſteterunt à longe: & leuauerunt vocem dicentes. Ieſu præceptor, miſerere noſtri. Quos vt vidit, dixit, Ite, oſtendite vos ſacerdotibus. Et factum eſt: dum irent mundati ſunt. Vnus autem ex illis vt vidit, quia mundatus eſt, regreſſus eſt, cū magna voce magnificans Deum: & cecidit in faciē ante pedes eius, gratias agens. Et hic erat Samaritanus. Reſpōdens autem Ieſus, dixit. Nonne decem mundati ſunt, & nouē vbi ſunt? Non eſt inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo, niſi hic alienigena. Et ait illi. Surge, vade: quia fides tua te ſaluum fecit. Cr redo. Offertoriū.

ps 30. IN te ſperaui Dñe: dixi, tu es Deus meus, in manibus tuis tē pora mea. Secreta.

PRopitiare, q̄s dñe, populo tuo, propitiare munerib⁹: vt hac oblatione placatus, & īdulgentiam nobis tribuas, & poſtulata concedas. Per domi. Aliæ ſecretæ, vt ī j. Dñica. 170.

sap. 16. Commu. PAnem de cęlo dediſti nobis domine, habentem omne delectamentum, & oēm ſaporem ſuauitatis. Poſtcōmu.

SVmptis dñe cœleſtibus ſacramentis, ad redemptionis æternæ, quæſumus, proficiamus augmentū. Per. Aliæ poſtcōmu. vt in j. Dominica. f. 170.

DOMINICA XIIII. post Pentecoſt. Introit.



ROtector noſter aſpice Deus, & reſpice in faciem Chriſti tui: quia melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper millia. ps. Quā dilecta tabernacula tua dñe virtutū: cōcupiſcit, & deficit anima mea in atria Domini. ℣. Gloria. Oro. ps 83.

CVſtodi, q̄s dñe, eccleſiam tuā propitiatione perpetua: & quia ſine te labitur humana mortalitas, tuis ſemper auxilijs, & abſtrahat à noxijs, & ad ſalutaria dirigatur. Per dominum noſtrū Ieſum. Deinde. A cunctis. vt in j. Dñica. 170.

Lectio Epiſtolæ bti Pauli Apoſtoli ad Galatas. cap. 5.

FRatres: Spiritu ambulate, & deſideria carnis nō perficietis. Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum: ſpiritus autem aduerſus carnem. Hæc cm̄ ſibi inuicem aduerſantur: vt

non

non quæcunque vultis, illa faciatis. Quod si spiritu ducimini: non estis sub lege. Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorũ seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his hĩlia. Quæ prædico vobis, sicut prædixi: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Fructus autem spiritus est, charitas, gaudium, pax, patientia, lõganimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Aduersus huiusmodi non est lex. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs.

ps 117. Graduale. Bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine. ℣. Bonum est sperare in Domino, quam sperare in principibus. Haleluiah, haleluiah.

ps 94. ℣. Venite, exultemus Domino: iubilem⁹ Deo salutari nostro, haleluiah.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Matthæum.

cap 6. IN illo tpe. Dixit Iesus discipulis suis. Nemo põt duobus dominis seruire. Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum sustinebit & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire, & mammonæ. Ideo dico vobis: ne soliciti sitis animæ vestrę quid manducetis, neque corpori vestro qd induamini. Nonne anima plus est, quam esca, & corpus plus, quam vestimentum? Respicite volatilia cęli, qm̃ nõ serunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & pater vester cœlestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? Quis autẽ vestrum cogitans, potest adijcere ad staturam suam cubitum vnum? Et de vestimento quid soliciti estis? considerate lilia agri qũo crescunt: non laborãt, neque nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est, sicut vnum ex istis. Si autem fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quanto magis vos modicæ fidei? Nolite ergo soliciti, eẽ dicẽtes: Quid mãducabim⁹? aut quid bibemus? aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester cœlestis, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primum

mum regnum Dei,& iustitiam eius:& hæc oīa adijcientur vobis. C redo. Offertor. Immittit angelus dñi ī circuitu timētiū eū,& eripiet eos: gustate,& videte,qm̄ suauis est dñs. Secret.

COncede nobis, q̄s dñe, vt hæc hostia salutaris, & nostrorum fiat purgatio delictorum, & tuæ propitiatio potestatis. Per dominum. Deinde Exaudi. vt in j. Dñica. fol. 170. Communio. Primum quærite regnum Dei:& omnia adijcientur vobis, dicit dominꝰ. Postc.

PVrificent semper, & muniant tua sacramenta nos Deus: & ad perpetuæ ducant saluationis effectum. Per domi. Deinde Mundet,& muniat. vt in prima Dominica. fol. 170.

DOMINICA XV. post Pentecost. Introit.

INclina Domine aurem tuā ad me, & exaudi me: saluum fac seruum tuum Deus meus sperātem in te: miserere mihi dñe, quoniā ad te clamaui tota die. ℣. Lætifica animam serui tui: quia ad te Domine animam meam leuaui. ℣. Gloria patri,& filio,& spiritui sancto. Sicut erat in principio,& nunc,&c. Oratio.

ECclesiā tuā dñe miseratio continuata mūdet & muniat: & quia sine te non pōt salua cōsistere, tuo semper munere gubernetur. Per do. Deinde oro. A cunctis. vt in j Dñica.

Lectio Epistolæ bti Pauli Apostoli ad Galatas.

FRatres. Si spiritu viuimus, spiritu,& ambulemus. Nō efficiamus inanis gloriæ cupidi: inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Fratres & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos, qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis: considerans te ipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate: & sic adimplebitis legem Christi. Nam siquis existimat se aliquid esse, cum nihil sit: ipse se seducit. Opus autem suum probet vnusquisq; : & sic, in semetipso tantum gloriam habebit, & non in altero. Vnusquisque enim onus suum portabit. Cōmunicet autem is qui catechizatur verbo ei, qui se catechizat, in omnibꝰ bonis. Nolite errare. Deus non irridetur: Quæ enim seminauerit homo: hæc & metet. Quoniam qui seminat in carne sua de carne & metet corruptionē.

cap. 5. & 6.

Qui

Qui autem seminat in spiritu: de spiritu metet vitam æternã. Bonum autem facientes, non deficiamus: tempore enim suo metemus, non deficiétes. Ergo, dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes maxime autem ad domesticos fidei.

ps 91. Graduale. Bonum est confiteri domino: & psallere nomini tuo altissime. ℣. Ad annunciãdum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctẽ. Halleluiah, halah. ℣. Qm̃ Deus magnus, dominus, & rex magnus super omnem terram, halelu.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam.

cap. 7. IN illo tempore. Ibat Iesus in ciuitatem q̃ vocatur Naim: & ibãt cum illo discipuli eius, & turba copiosa. Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis: ecce defunctus efferebatur filius vnicus matri suæ: & hæc vidua erat: & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum vidisset dñs, misericordia motus super eam, dixit illi. Noli flere. Et accessit, & tetigit loculum. Hi autem qui portabant, steterunt. Et ait, Adolescens, tibi dico, surge. Et resedit q erat mortuus, & cœpit loqui. Et dedit illum matri suæ. Accepit autem omnes timor: & magnificabãt Deum, dicentes. Quia propheta magnus surrexit in nobis: & quia Deꝰ visitauit plebem suã. Credo. Offert. Expectans expectaui dñm, & respexit me: & exaudiuit deprecationẽ meã, & immisit in os meũ cãticũ nouũ hymnum Deo nostro. ps 39. Secreta.

TVa nos dñe sacramẽta cu stodiant: & contra diabolicos semper tucãtur incursus. Per dominũ. Deinde. Exaudi. vt in j. Dñica. 170. Cõmunio. Panis, quem ego dedero, caro mea est pro sęculi vita. Ioan. 6 Postcõ.

MEntes nostras & corpora possideat, quæsumus domine, doni cęlestis operatio: vt non noster sensus in nobis: sed eius iugiter præueniat effectus. Per dominum nostrũ. Deinde. Mundet. vt in j. Dñica f. 170.

DOMINICA XVI. post Pentecost. Introit.

MIserere mei domine, quoniã ad te clamaui tota die: quia tu dñe suauis ac mitis es, & copiosus in misericordia omnibus inuocãtibus te. Psal. Inclina Domine aurem tuam mihi, & exaudi me: quoniam inops & pauper sum ego. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio. ps 85.

TVa nos, quæsumus domine, gratia semper p̃ueniat & sequatur: ac bonis operibus iugiter p̃stet esse intentos. Per dominum. Alia oratio. A cunctis. vt in j. Dominica. fol. 170.

Lectio Epistolæ bt̃i Pauli Apostoli ad Ephesios.

FRatres: Obsecro vos, ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ est gloria vestra. Huius rei gratia, flecto genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis patèrnitas in cœlis & in terra nominatur: vt det vobis secundùm diuitias gloriæ suę, virtutẽ, corroborari per spiritum eius in interiori homine: habitare Christum per fidem in cordibus vestris: in charitate radicati & fundati, vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, lõgitudo, sublimitas, & profundum: scire etiam supereminentem sciẽtiæ charitatem Christi, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Ei autem, qui potẽs est omnia facere superabundãter, quàm petimus, aut intelligimus, secundùm virtutem, q̃ operatur in nobis: ipsi gloria in ecclesia, & in Christo Iesu, in omnes generationes sæculi sæculorum. Amen. Graduale.

TImebunt gentes nomen tuũ domine: & omnes reges terræ gloriam tuam. ℣. Quoniã ędificauit Dominus Sion: & videbitur in maiestate sua. Haleluiah, haleluiah. ℣. Cantate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit dominus. Haſ. Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam. cap. 14.

IN illo tpe. Cũ intraret Iesus in domum cuiusdam Principis pharisæorum sabbatho manducare panem: & ipsi obseruabant eum. Et ecce, homo quidam hidropicus erat ante illum. Et respondens Iesus dixit ad legisperitos & pharisæos. Si licet sabbatho curare? At illi tacuerunt. Ipse vero apprehẽsum sanauit eum: ac dimisit. Et respondens ad illos, dixit. Cuius vestrum asinus, aut bos in puteum cadet: & non cõtinuo extrahet illum die sabbathi? Et non poterant ad hæc respondere illi. Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitꝰ eligerent, dicens ad illos. Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo, & veniens is qui te & illum

illum vocauit, dicat tibi: Da huic locum: & tunc incipias cũ rubore nouissimum locum tenere. Sed cũ vocatus fueris, vade, & recumbe in nouissimo loco: vt cum venerit qui te inuitauit, dicat tibi. Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus. Quia omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. C redo. Offertor.

ps 39. Domine in auxilium meum respice: confundantur, & reuereantur qui quærunt animam meam, vt auferant eam: dñe in auxilium meum respice. Secre.

MVnda nos, quęsumus domine, sacrificij pręsentis effectu, & perfice miseratus in nobis, vt eius mereamur esse participes. Per do. Alia Secreta.

EXaudi nos Deus salutaris noster: vt per huius sacramenti virtutem, à cunctis nos mẽtis & corporis hostibus tuearis: gratiam tribuens in præsenti, & gloriam in futuro. Cõmu.

Domine memorabor iustitiæ tuæ solius: Deus docuisti me à iuuentute mea, & vsque in senectam, & senium, Deus ne derelinquas me. Postcommunio.

PVrifica, quæsumus domine, mẽtes nostras benignus, & renoua cęlestibus sacramentis: vt consequenter animarum & corporum pręsens pariter & futurum capiamus auxilium. Per dom. Alia postcommunio.

MVndet & muniat nos, q̃sumus domine, diuini sacraméti munus oblatum: & intercedente beata virgine Dei genitrice Maria, cum beatis Apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis: à cunctis nos reddat & peruersitatibus expiatos, & aduersitatibus expeditos. Per dominum.

DOMINICA XVII. post Pentecost. Introit.

IVstus es Domine, & rectum iudiciũ tuum: fac cum seruo tuo secundùm misericordiam tuam. ps. Beati immaculati in via, q̃ ambulant in lege Dñi. ℣. Gloria. Oratio.

DA quæsumus domine, populo tuo diabolica vitare contagia: & te solum Deum pura mente sectari. Per do. Aliæ orationes, vt in j. Dñica. f. 170.

Lectio Epistolæ bti Pauli Apostoli ad Ephesios.

FRatres: Obsecro vos ego vinctus in Dño: vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis: cum omni humilitate, & man-

manſuetudine, cum patientia, ſupportantes inuicem in charitate, ſoliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Vnū corpus, & vnus ſpiritus ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ. Vnus Dñs, vna fides, vnum baptiſma. Vnus Deus & pater oīum, qui eſt ſuper oēs & per omnia, & in omnibus nobis. Qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum. Amen. Gradua.

ps 32. Beata gens, cuius eſt Dominus Deus eorum: populus, quē elegit Dñs in hæreditatem ſibi. ℣. Verbo Dñi cęli firmati ſunt, & ſpū oris eius oīs virtus eorum.

ps 103. Hāleluiah, haſah. ℣. Dñe exaudi orationem meam, & clamor meus ad te perueniat, halelu.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundùm Matthæum.

cap 22. IN illo tpe: Acceſſerunt ad Ieſum phariſæi: & īterrogauit eum vnus ex eis legis doctor, tēntans eum. Magiſter quod eſt mandatum magnum in lege? Ait illi Ieſus, Diliges Dominū Deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Hoc eſt maximum, & primū mandatum. Secundū aūt ſimile eſt huic. Diliges proximum tuū ſicut te ipſum. In his duobus mandatis vniuerſa lex pēdet, & ꝓphetæ. Cōgregatis aūt phariſęis, īterrogauit eos Ieſus, dicēs. Quid vobis vī de Chro? Cuiꝰ filiꝰ eſt? Dicūt ei, Dauid. Ait illis. Qūo ergo Dauid īſpū vocat eū dñm, dicēs. Dixit dñs dño meo, ſedà dextris meis donec ponā inimicos tuos ſcabellū pedū tuorū? Si ergo Dauid vocat eū dñm: qūo filiꝰ eius eſt? Et nemo poterat rñdere ei verbū: neq; ausꝰ fuit qsq; ex illa die eū āpliꝰ īterrogare. Credo.

Offe. Oraui dñm Deū meū ego Daniel, dicens: Exaudi Dñe ꝓces ſerui tui: illumina faciē tuā ſup ſanctuariū tuū: & ꝓpitius ītēde populū iſtū, ſup quē inuocatū eſt nomē tuū, Deus. Secre. Dan. 9.

MAieſtatē tuā Dñe ſuppliciter deprecamur: vt hęc ſcta, q̄ gerimus, & à præteritis delictis nos exuāt, & futuris. p. Aliæ ſecretæ, vt ī j. Dñica. 170.

Cōmu. Vouete, & reddite dño Deo vro oēs, qui in circuitu eiꝰ affertis munera: terribili, & ei q̄ aufert ſpm principū, terribili apud oēs reges terræ. Poſtcōm. ps 75.

SAnctificationibus tuis omnipotens Deus, & vitia noſtra curentur, & remedia nobis æterna proueniant. Per Dominum noſtrum. Aliæ poſtcommunio. vt in j. Dñica. fol. 171.

FERIA QVARTA

Quatuor temporum mensis Septemb.

Statio ad S. Mariam Maiorem.

Introitus.

ps 80. EXultate Deo adiutori nostro, iubilate Deo Iacob: sumite psalmũ iucundum cũ cithara: canite initium mensis tuba, quia p̃ceptũ in Israel est, & iudiciũ Deo Iacob. ℣. Testimoniũ in Ioseph posuit illud, cũ exiret de terra Ægypti: linguã quã non nouerat, audiuit. ℣. Glia. dicto Kyrie eleison. dī Oremus Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

MIsericordię tuę remedijs, q̃s domine, fragilitas nostra subsistat: vt quæ sua conditione atteritur, tua clementia reparetur. Per dominum nostr.

cap 9. ### Lectio Amos prophetæ.

HÆc dicit dñs Deus. Ecce dies veniunt: & comprehendet arator messorẽ, & calcator vuæ mittentẽ semen: & stillabunt mõtes dulcedinẽ & omnes colles culti erunt. Et cõuertam captiuitatẽ populi mei Israel: & ædificabũt ciuitates desertas, & inhabitabunt: & plantabunt vineas, & bibẽt vinum earũ: & faciẽt hortos, & comedent fructus eorũ. Et plantabo eos super humum suam: & nõ euellam eos vltra de terra sua, quam dedi eis: dicit dominus omnipotens. Graduale. Quis ps 112 sicut Dñs Deus nr̃ qui in altis habitat: & humília respicit in cœlo & in terra? ℣. Suscitans à terra inopẽ: & de stercore erigens pauperẽ. Hic dī Dñs vobiscũ. sine Flecta genua. Oro. PRæsta, q̃s, Dñe familiæ tuæ supplicãti: vt dũ à cibis corporalib⁹ se abstinet, à vitijs quoq; mẽte ieiunet. p. Alia oro dī. A cũctis. vt su. 170. Tertia dī ad libitum sacerdotis.

Lectio libri Esdræ.

Neh. vel Esd. cap 1. IN diebus illis: Congregatus est omnis populus quasi vir vnus ad plateã, quę est ante portã aquarum: & dixerunt Esdræ scribæ, vt afferret librum legis Moysi, quã præceperat Dominus Israeli. Attulit ergo Esdras sacerdos legem coram multitudine virorũ ac mulierum, cũctisque qui poterant intelligere, in die prima mensis septimi. Et legit in eo aperte in platea quæ erat ante portam aquarum, de mane vsq; ad mediam diem, in cõspectu virorum ac mulierũ, & sapientium: Et aures omnis populi erant erectæ ad librum.

Stetit

Stetit autem Esdras scriba sup gradū ligneū, quem fecerat ad loquendū: & steterūt leuitę iuxta eū. Et aperuit Esdras librum coram oī populo. Et benedixit Esdras Dño Deo voce magna. Et respondit oīs populus. Amē amen: eleuans manus suas. Et incuruati sunt: & adorauerunt Deum proni in terram. Porro leuitæ silentium faciebant in populo ad audiendam legem: populus autem stabat in gradu suo. Et legerunt in libro legis Dei distincte, & apposite, ad intelligēdū. Dixit aūt Nehemias & Esdras sacerdos, & scriba, & leuitæ interpretantes vniuerso pplo. Dies sanctificatus est dño Deo nostro: nolite lugere, & nolite flere. Et dixit eis: Ite, comedite pinguia, & bibite mulsum, & mittite partes eis q̄ non prę-parauerunt sibi, quia sanctus dies Dñi est, & nolite cōtristari. Gaudiū etenim Dñi est, fortitudo nostra. Grad. Beata gens cuius est Dominus, Deus eorum: populus quem elegit dominus in hæreditatē sibi. ℣. Verbo domini cęli firmati sunt: & spiritu oris eius oīs virtus eorum. Seq. sc̄ī Euang. secūdū Marcū.

IN illo tpe: Rñdēs vnus de turba, dixit ad Iesum. Magister attuli filium meū ad te, habentē spiritū mutum: qui vbicunque eum apprehenderit, allidit eum, & spumat, & stridet dentibus: & arescit: & dixi discipulis tuis vt eijcerent illū, & non potuerunt. Qui respondēs eis, dixit. O gñatio incredula, quādiu apud vos ero? quandiu vos patiar? afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cum vidisset illum, statim spiritus conturbauit eum: & elisus in terram volutabatur spumans. Et interrogauit patrē eius. Quantum temporis est, ex quo ei hoc accidit? At ille ait. Ab īfantia: & frequenter eum in ignē, & in aquam misit, vt eum pderet. Sed siquid potes, adiuua nos misertus nostri. Iesus autē ait illi. Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Et continuo exclamans pater pueri cum lacrymis aiebat. Credo domine, adiuua incredulitatem meam. Et cum videret Iesus concurrentem turbam, commi natus est spiritui immundo, dicens illi. Surde & mute spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo: & amplius ne introeas in eum. Et exclamans, & multum discerpens eum, exijt ab eo: & factus est sicut mortuus, ita vt

multi dicerent, quia mortuus est, Iesus autem tenēs manum eius, eleuauit eum: & surrexit. Et cum introisset in domum, discipuli eius secreto interrogabant eum. Quare nos non potuimus eijcere illum? Et dixit illis. Hoc genus ī nullo pōt exire, nisi in oro̅ne & ieiunio.

ps 118. Offertoriū. Meditabor in mandatis tuis quæ dilexi valde: & leuabo manus meas ad mandata tua quæ dilexi. Secreta.

HÆc hostia, quæsumus domine, emūdet nostra delicta: & ad sacrificium celebrādum, subditorum tibi corpora mentesq; sanctificet. Per. Alia secreta. Exaudi nos. vt su. 171. Tertia ad libitum. Cōmunio.

Nehe. cap. 8. COmedite pinguia, & bibite mulsum: & mittite partes eis q̄ non præparauerūt sibi: sanctus enim dies Dñi est, & nolite cōtristari: gaudium etenim Dñi est fortitudo nostra. Postcōmu.

SVmentes Domine dona cœlestia suppliciter deprecamur: vt quæ sedula seruitute, donante te, gerimus, dignis sensibus tuo munere capiamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, Qui. Alia postcōmu. Mundet. 171. Tertia ad libitum.

FERIA SEXTA Quatuor temporum Septemb.

Statio ad Sanctos duodecim Apostolos. Introit.

Ætetur cor q̄rentiū Dñm: q̄rite Dñm, & cōfirmamini: quęrite faciem eius semper. ps. Confitemini Domino & inuocate nomē eius: annúciate ītergētes opera eius. ℣. Glia. Oro.

ps 104.

PRęsta q̄s ops Deus: vt obseruationes sacras annua deuotione recolētes: & corpore tibi placeamus, & mente. Per do. Alia oratio. Auncūctis. fo. 170.

Lectio Oseæ prophetæ. cap. 14

HÆc dicit Dñs Deus: Conuertere Israel ad Dominū Deū tuū: quoniam corruisti in iniquitate tua. Tollite vobiscū verba: & conuertimini ad dñm & dicite ei. Oēm aufer iniquitatem, & accipe bonum: & reddemus vitulos labiorū nostrorum. Assur non saluabit nos: super equos non ascendemus: nec dicemus vltra, dij nostri opera manuū nostrarum: quia eius qui ī te est, misereberis pupilli. Sanabo contritiones eorum, diligam eos spontanee:

quia

quia auersus est furor meus ab eis. Ero quasi ros Israel, germinabit quasi lilium: & erumpet radix eius, vt libani. Ibunt rami eius, & erit quasi oliua gloria eius, & odor eius, vt libani. Cõuertentur sedentes in vmbra eius: viuent tritico, & germinabunt quasi vinea. Memoriale eius sicut vinũ Libani. Ephraim, quid mihi vltra idola? Ego exaudiam, & dirigam eum ego vt abietem virentem: ex me fructus tuus inuentus est. Quis sapiens, & intelliget ista? intelligẽs, & sciet hęc? ąa rectę vię dñi: & iusti ambulabunt in eis: ꝑuaricatores vero corruent in eis.

Gradua. Conuertere Domine aliquantulum, & deprecare super seruos tuos. ℣. Domine refugium factus es nobis, à generatione in generationem.

Euangelium secundùm Lucã.

Rogabat Iesum ądam pharisæus, vt mãducaret cũ illo, &c. vt in fer. v. post Dñicam Passio.

Offertor. Benedic anima mea Dño, & noli obliuisci oẽs retributiones eius: & renouabit sicut aquilæ iuuentus tua.

Secrę. ACcepta tibi sint, Dñe, qs, nri dona ieiunij, q & expiãdo nos tua gra dignos efficiãt, & ad sempiterna promissa perducãt. Per. Alia sec. Exaudi. vt sup. 171.

Commu. Aufer à me opprobrium, & contemptum, quia mandata tua exquisiui domine: nã testimonia tua, meditatio mea est. ps 118.

Postcõmu. QVęsumus oĩpotens Deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes, beneficia potiora sumamꝰ. Per dñm. Alia postcommunio. Mundet & mu. vt sup. f. 171.

SABBATHO Quatuor temporum.

Statio ad S. Petrum. Introitus.

VEnite adoremus Deũ, & ꝓcidamus ante dñm, ploremus ante eũ: ą fecit nos: quia ipse est dñs Deus noster. ps. Venite exultemus Dño, iubilemus Deo salutari nro. ℣. Gloria patri. dicto Kyrie eleis. dr̃ Oremus. Flectamꝰ genua. ℟. Leuate. ps 94.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus: qui per continentiam salutarem, & corporibus mederis & mentibus: maiestatem tuam supplices exoramus: vt pia ieiunantium deprecatione placatus, & præsentia nobis subsidia tribuas, & futura. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum,

Lectio libri Leuitici.

cap. 23. IN diebus illis: Locutꝰ est dñs ad Moysen dicens. Decimo die mensis huius septimi, dies expiationū erit celeberrimꝰ, & vocabitur sanctus: affligetisq; aīas vestras in eo, & offeretis holocaustū dño. Oē opus seruile non facietis in tpe diei huius: quia dies propitiationis est, vt propitietur vobis dñs Deus vr̄. Oīs aīa quæ afflicta non fuerit die hac, peribit de populis suis: & quæ operis quippiam fecerit, delebo eam de ppło suo. Nihil ergo operis facietis in eo: legitimum sempiternum erit vobis in cūctis generationibus & habitationibus vestris: sabbathum requietionis est: affligetisq; aīas vestras. Die nono mēsis à vespera vsq; ad vesperā celebrabitis sabbatha vestra. Dicit dñs omnipotens. Grad. Propitius esto dñe peccatis nostris: nequando dicant gentes, Vbi est Deus eorum? ℣. Adiuua nos Deꝰ salutaris noster: & propter honorem nominis tui domine libera nos. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

DA nobis, q̄s ops Deus: vt ieiunādo tua gratia satiemur, & abstinēdo, cunctis efficiamur hostibus fortiores. Per.

Lectio libri Leuitici.

IN diebus illis: Locutus est dñs ad Moysen, dicens. A quintodecimo die mēsis septimi qñ congregaueritis omnes fructus terræ vestræ, celebrabitis ferias domini septē diebus. Die primo, & die octauo erit sabbathū, (idest, requies.) Sumetisq; vobis die primo fructꝰ arboris pulcherrimæ, spatulasq; palmarum, & ramos ligni densarum frondium, & salices de torrente: & lætabimini coram dño Deo vestro: celebrabitisq; solennitatem eius septem diebus per annum. Legitimum, sempiternum erit ī generationibus vestris. Mense septimo festa celebrabitis, & habitabitis in vmbraculis septem diebus. Omnis qui de genere Israel est, manebit in tabernaculis, vt discant posteri vestri q̄ in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cū educerē eos de terra Ægypti. Ego dominus Deꝰ vester. Grad. Protector noster aspice Deus: & respice super seruos tuos. ℣. Domine Deus virtutum exaudi preces seruorum tuorum. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

TVere, q̄s dñe, familiam tuam: vt salutis ęternæ remedia

media, q̃ te inſpirãte req̃rim⁹, te largiente conſequamur. Per.

Lectio Micheæ prophetæ. cap.7.

DOmine Deus nr̃, paſce populum tuum in virga tua gregem hæreditatis tuæ, habitantes ſolos in ſaltu, iuxta dies antiquos. Videbunt gentes, & confundentur ſuper omni fortitudine. Quis deus ſimilis tui, qui aufers iniquitatem, & trãſfers peccatũ reliquiarũ hæreditatis tuæ? Non immittet vltra furorẽ ſuum, qm̃ volens miſericordiã eſt. Reuertetur, & miſerebitur noſtri. Deponet iniquitates noſtras: & proijciet in profundum maris omnia peccata noſtra. Dabis veritatem Iacob, miſericordiam Abraham, quæ iuraſti patribus noſtris à diebus antiquis: Domine Deus
ps. noſter. Graduale. Conuertere Domine aliquantulum: & deprecare ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine refugium factus es nobis, à generatione in generationem. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

PRæſta, quæſumus domine ſic nos ab epulis carnalib⁹ abſtinere: vt à vitijs irruentibus pariter ieiunemus. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ filium tuum, Qui tecum viuit.

Lectio Zachariæ prophetæ. cap.8.

IN dieb⁹ illis: Factũ eſt verbũ dñi ad me, dicens. Hæc dicit dñs Deus exercituum. Sicut cogitaui vt affligerẽ vos, cum ad iracundiam me prouocaſſent patres veſtri, & non ſum miſertus: ſic conuerſus cogitaui in diebus iſtis, vt benefaciam domui Iuda & Ieruſalem: nolite timere. Hæc ſunt ergo verba q̃ facietis. Loquimini veritatem vnuſquiſq; cum proximo ſuo. Veritatem, & iudicium pacis iudicate in portis veſtris. Et vnuſquiſque, malum cõtra amicum ſuum ne cogitetis in cordibus veſtris: & iuramentum mendax ne diligatis. Omnia enim hæc ſunt, quæ odi, dicit dominus. Et factum eſt verbũ domini exercituum ad me, dicens. Hęc dicit dominus exercituum, Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium ſepti mi, & ieiunium decimi, erit dõmui Iudæ in gaudiũ & lętitiã, & in ſolẽnitates pręclaras. Veritatem tm̃ & pacẽ diligite: dicit dominus exercituum. Gradua. Dirigatur oratio mea, ſicut in-
ps 140. cenſum, in conſpectu tuo dñe. ℣. Eleuatio manuum mearum ſacrificiũ veſpertinũ. Oremus. Flectamus gen. ℟. Leuat. Oro.

VT nobis, Dñe, tribuis solẽne tibi deferre ieiuniũ: sic nobis, q̃s, indulgentiæ præsta subsidium. Per dominum.

cap. 9. Lectio Danielis prophetæ.

IN diebus illis: Angelus Domini descẽdit cum Azaria, & socijs eius in fornacẽ. Et excussit flammam ignis de fornace: & fecit mediũ fornacis quasi ventum roris flantẽ. Flamma autem diffusa est super fornacem cubitis quadraginta nouẽ: & incendit quos repperit iuxta fornacẽ de Chaldæis ministros regis qui eã incendebant. Illos autem oĩno non tetigit ignis, neq; cõtristauit, nec quicquam molestiæ intulit. Tunc hi tres, quasi ex vno ore, laudabant & glorificabãt, & bñdicebãt Deũ in fornace, dicentes. Hymnus.

BEnedictus es Dñe Deus patrum nostrorum. Et laudabilis, & glorioſus in sæcula.

Et benedictum nomen gloriæ tuę, quod est sanctũ. Et laudabile & glorioſum in sęcula.

Benedictus es ĩ templo sancto gloriæ tuæ. Et laudabilis & glorioſus in sæcula.

Benedictus es super thronum sanctum regni tui. Et laudabilis & glorioſus in sæcula.

Benedictus es super sceptrum diuinitatis tuæ. Et laudabilis & glorioſus in sæcula.

Benedictus es qui sedes super Cherubim, intuens abyssos. Et laudabilis & glorioſus in sęcula.

Benedictus es, qui ambulas super pennas ventorum, & super vndas maris. Et laudabilis & glorioſus in sæcula.

Benedicãt te omnes Angeli, & Sancti tui. Et laudent te, & glorificent in sæcula.

Benedicant te cęli, terra, mare, & oĩa, quę in eis sunt. Et laudẽt te, & glorificent in sæcula.

Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Et laudabili & glorioſo in sæcula.

Sicut erat in principio & nunc & semper: & in sæcula sæculorum. Amẽ. Et laudabilis & glorioſus in sæcula.

Benedictus es Dñe Deus patrum nostrorum. Et laudabilis & glorioſus in sæcula. Hic dẽ ℣. Dominus vobiscum. sine Flectamus genua. Oratio.

DEus, qui tribus pueris mitigasti flammas ignium, concede propitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per dominum nostrũ Iesum Christum filium. Aliæ orationes, vt supra. folio 171.

Lectio

Lectio Epistolæ bti Pauli Apostoli ad Hebræos.

FRatres: Tabernaculum factum est primùm in quo erant candelabra, & mensa, & propositio panum dicitur Sancta. Post velamentum autem secundum tabernaculum, quod dicitur Sancta sanctorum, aureum habens thuribulum: & arcam testamenti circunte ctam ex omni parte auro, in qua vrna aurea habens manna, & virga Aaron quæ fronduerat, & tabulæ testamenti: superq; eam erant Cherubim gloriæ obumbrãtia propitiatorium: de quibus non est modo dicendum per singula. His vero ita compositis, in priori quidem tabernaculo semper introibãt sacerdotes, sacrificiorum officia consummãtes: in secundo vero semel in anno solus pontifex nõ sine sanguine, quem offerret pro sua & populi ignorantia: hoc significante spiritu sancto, nondum propalatam esse sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habẽte statum: quæ parabola est temporis instãtis: iuxta quam munera & hostiæ offeruntur, quæ non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem, solummodo in cibis & in potibus, & in varijs baptismatibus, & iustitijs carnis vsque ad tempus correctionis impositis. Christus autem assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, idest, non huius creationis: neque per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in Sancta, æterna redemptione inuenta.

Tractus.

LAudate Dominum omnes gentes: & collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: & veritas Domini manet in ęternum. ps 116.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam. cap. 13.

IN illo tpe: Dicebat Iesus turbis similitudinem hanc. Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua: & venit quærens fructum in illa, & nõ inuenit. Dixit autem ad cultorẽ vineę. Ecce, anni tres sunt, ex quo venio quęrens fructum in ficulnea hac: & non inuenio. Succide ergo illam: vt quid ẽt terram occupat? At illle respondens, dixit illi. Domine, dimitte illã, & hoc anno, vsq; dũ fodiam

diam circa illam, & mittá ſtercora. Et ſiquidem fecerit fructum: ſin autem, in futurũ ſuccides eam. Erat autem docens in Synagoga eorum ſabbathis. Et ecce mulier, quę habebat ſpiritum infirmitatis annis decẽ & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat ſurſum reſpicere. Quam cum videret Ieſus, vocauit eam ad ſe, & ait illi. Mulier, dimiſſa es ab infirmitate tua. Et impoſuit illi manus, & confeſtim erecta eſt, & glorificabat Deum. Reſpondens aũt archiſynagogus indignans qa ſabbatho curaſſet Ieſus, dicebat turbæ. Sex dies ſunt, in quibus oportet operari. In his ergo venite, & curamini: & non in die ſabbathi. Reſpõdens autem ad illum dominus, dixit. Hypocrite, vnuſquiſque veſtrum ſabbatho non ſoluit bouem ſuum, aut aſinum à præſepio, & ducit adaquare? Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligauit ſatanas, ecce, decem & octo annis, non oportuit ſolui à vinculo iſto die ſabbathi? Et cum hæc diceret, erubeſcebant oẽs aduerſarij eius, & omnis populus gaudebat in vniuerſis quæ glorioſæ fiebant ab eo. Offertoriũ.

ps 97. Dñe Deus ſalutis meę, ĩ die clamaui, & nocte corã te: ĩtret oro mea ĩ cõſpectu tuo dñe. Secret.

COncede, quæſumꝰ omnipotens Deus: vt oculis tuę maieſtatis munus oblatum, & gratiam nobis deuotionis obtineat, & effectum beatæ perennitatis acquirat. Per dominũ. Aliæ ſecretæ, vt ſupra. fol. 170.

Communio. Mẽſe ſeptimo feſta celebrabitis, cum in tabernaculis habitare fecerim filios Iſrael, cum educerem eos de terra Ægypti, ego dominus Deus veſter. Leui. 23

Poſtcommunio.

PErficiant in nobis, domine quæſumus, tua ſacramenta quod continent: vt, quæ nunc ſpe gerimus, rerum veritate capiamus. Per dñm. Aliæ poſtcõiones, vt ſupra fol. 170.

DOMINICA XVIII. poſt Pentecoſt. Introit.

DA pacem domine ſuſtinentibus te, vt prophetę tui fideles inueniãtur: exaudi preces ſerui tui, & plebis tuæ Iſrael. ps. Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi: in domum Domini ibimus. ℣. Gloria patri, & filio. Ecc. 36 ps 121

Oratio.

DIrigat corda noſtra quæſumus dñe, tuæ miſerationis operatio: quia tibi ſine

te

te placere non possumus. Per. Secunda oratio. A cunctis. 170. Tertia ad libitum.

1.ca 1. Lectio Epistolæ bti Pauli Apostoli ad Corinthios.

FRatres: Gratias ago Deo meo semper pro vobis, in gratia Dei, quæ data est vobis, in Christo Iesu: Quia in omnibus diuites facti estis in illo, & in omni verbo, & in oi scientia (sicut testimonium Christi cõfirmatum est in vobis:) ita vt nihil vobis desit in vlla gratia, expectantibus reuelationem Domini nostri Iesu Christi, qui & cõfirmabit vos vsque in finem sine crimine, in die aduentus Domini nostri Iesu Christi.

ps 121. Grad. Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus. ℣. Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. Haleluiah, haleluiah.

ps 101. ℣. Timebunt gentes nomen tuum Domine, & omnes reges terrę gloriam tuam. Haleluiah.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Matthæum.

cap. 9. IN illo tempore: Ascendens Iesus in nauiculam, trãsfretauit, & venit in ciuitatem suã. Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Videns autem Iesus fidem illorum, dixit paralytico. Confide fili. Remittuntur tibi peccata tua. Et ecce, quidam de scribis dixerũt intra se. Hic blasphemat. Et cum vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit. Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius? dicere: Dimittuntur tibi peccata tua: an dicere, Surge & ambula? Vt autẽ sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata: tunc ait paralytico. Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Et surrexit & abijt in domum suam. Vidẽtes autem turbæ timuerunt: & glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus. Credo. Offert. Sanctificauit Moyses altare Domino, offerens super illud holocausta: & immolans victimas, fecit sacrificium vespertinum in odorem suauitatis Dño Deo, in cõspectu filiorum Israel. Exo. 14 Secreta.

DEus, qui nos per huius sacrificij veneranda cõmercia, vnius summæque diuinitatis participes efficis: præsta, q̃sumus: vt sicut tuam cognoscimus veritatem, sic eam dignis moribus assequamur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, Qui tecum.

Secun-

Secunda secreta. Faxaudi. 171.
Cõmu. Tollite hostias, & introite ī atria eius: adorate dñm
ps 95. in aula sancta eius. Postcõmu.

GRatias tibi referimus Domine sacro munere vegetati, tuam misericordiam deprecantes: vt dignos nos eius participatione perficias. Per dominum no. Secunda postcõio. Mundet & muniat. fol. 171.

DOMINICA XIX. post Pentecost. Introit.

ps 77. SAlus populi ego sum dicit dominus: de quacunq; tribulatione clamauerint ad me, exaudiã eos: & ero illorum dominus ī perpetuum. ps. Attendite populo meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. ℣. Gloria patri. Oratio.

OMnipotens, & misericors Deus, vniuersa nobis aduersantia propitiatus exclude: vt mente & corpore pariter expediti, quæ tua sunt liberis mẽtibus exequamur. Per dominũ. Deinde A cunctis. vt su. 170.

Lectio Epistolæ bti Pauli Apostoli ad Ephesios.
cap. 4.

FRatres. Renouamini spiritu mentis vestræ: & induite nouum hominem, qui secũdùm Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisq; cum proximo suo: quoniam sumus inuicem mẽbra. Irascimini, & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret, operando manibus suis quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Graduale.

Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo Domine. ℣. Eleuatio manuum mearum, sacrificium vespertinum. Haleluiah, haleluiah. ℣.
ps 140. Confitemini Dño, & inuocate
ps 104. nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. Haleluiah.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Matthæum.
cap. 22.

IN illo tpe: Loquebat Iesus prĩcipibus sacerdotum, & pharisæis in parabolis, dicens. Simile factum est regnum cœlorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. Et misit ser-

uos

uos ſuos vocare inuitatos ad nuptias:& nolebãt venire. Iterum miſit alios ſeruos, dicens. Dicite inuitatis: ecce prãdium meum paraui, tauri mei, & altilia occiſa ſunt, & omnia parata:venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt: & abierunt, alius in villam ſuam, alius vero ad negotiationẽ ſuã:Reliqui vero tenuerunt ſeruos eius,& cõtumelijs affectos occiderunt. Rex aũt cũ audiſſet, iratus eſt, & miſſis exercitibus ſuis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorũ ſuccendit. Tunc ait ſeruis ſuis. Nuptiæ quidẽ paratæ ſunt, ſed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarũ:& quoſcunq; inueneritis:vocate ad nuptias. Et egreſſi ſerui eius in vias, congregauerunt omnes quos inuenerũt, malos & bonos: & impletæ ſunt nuptiæ diſcũbentiũ. Intrauit aũt Rex vt videret diſcũbentes: & vidit ibi hoĩem non veſtitũ veſte nuptiali. Et ait illi. Amice, qũo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit Rex miniſtris. Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & ſtridor dẽtiũ. Multi eñ ſunt vocati: pauci vero electi. Credo.

Offer. Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me Dñe:& ſup irã inimicorũ meorũ extẽdes manũ tuã:& ſaluum me fecit dextera tua. ps 137.

Secreta.

HÆc munera, qs Dñe, quæ oculis tuæ maieſtatis offerimus, ſalutaria nobis eſſe cõcede. Per. Deinde. Exaudi. f. 171.

Cõmu. Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis:vtinam dirigantur viæ meæ, ad cuſtodiẽdas iuſtificationes tuas. ps 118.

Poſtc.

TVa nos Dñe, medicinalis operatio, & à noſtris peruerſitatibus clemẽter expediat, & tuis ſemper faciat inhærere mandatis. Per domin. Deinde Mundet & muniat. folio 171.

DOMINICA XX. poſt Penteçoſt. Introit.

OMnia quæ feciſti nobis Domine, in vero iudicio feciſti: quia peccauimus tibi, & mandatis tuis non obediuimus: ſed da gloriã nomini tuo, & fac nobiſcum ſecundum multitudinem miſericordiæ tuæ. ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini. ℣. Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio, &c. Dan. 3. ps 118.

Oratio.

Largire

LArgire, quæsumus Domine, fidelibus tuis indulgentiam placatus & pacem: vt pariter ab omnibus mundentur offensis, & secura tibi mente deseruiant. Per Dominum no.

Aliæ orationes, vt sup. fo. 171.

Lectio Epistolæ bti Pauli Apostoli ad Ephesios.

cap. 5. FRatres. Videte itaque quomodo caute ambuletis: nõ quasi insipientes, sed vt sapientes: redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudẽtes, sed intelligentes, quæ sit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria, sed implemini spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus: cãtantes, & psallentes in cordibus vestris Domino: gratias agẽtes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Iesu Christi, Deo & Patri. Subiecti inuicem, in timore Christi. Graduale.

Ps 144. OCuli omnium in te sperant dñe: & tu das illis escam in tempore opportuno. ℣. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Halah, halah.

Ps 107. ℣. Paratũ cor meũ Deus, paratum cor meum cãtabo, & psallã tibi ĩ gloria mea, Halah.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Iohannem.

cap 4. IN illo tpe: Erat quidã regulus cuius filius infirmabat Capharnaũ. Hic cũ audisset, quia Iesus veniret à Iudæa in Galilæam, abijt ad eum, & rogabat eum vt descenderet, & sanaret filiũ eiº. Incipiebat enim mori. Dicit ergo Iesus ad eum. Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. Dicit ad eum regulus. Domine, descende priusquã moriatur filius meus. Dicit ei Iesus. Vade, filius tuus viuit. Credidit homo sermoni, quem dixit ei Iesus, & ibat. Iam autem eo descendente, serui occurrerunt ei: & nunciauerunt dicentes, quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerat. Et dixerunt ei, quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Iesus: filius tuus viuit. Et credidit ipse, & domus eiº tota. Credo. Offer. Sup flumina Babylonis, Ps 11 illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Secret.

CÆlestem nobis præbeant hæc mysteria, quæsumus Domine, medicinam: & vitia nostri cordis expurgent. Per d.

Aliæ

Aliæ secretæ, vt supra. fol. 171.

Communio. Memento verbi tui seruo tuo Domine, in quo mihi spē dedisti: hęc me cōsolata est in humilitate mea. Postc.

VT sacris Domine reddamur digni munerib⁹: fac nos, q̄sumus tuis semper obedire mandatis. Per dominum.

Aliæ postcōiones, vt sup. 170.

DOMINICA XXI. post Pentecost. Introit.

IN volūtate tua Domine vniuersa sūt posita: & non est, qui possit resistere voluntati tuæ: tu enim fecisti omnia, cęlum, & terram, & vniuersa, quæ cœli ambitu continētur: Dominus vniuersorum tu es. ℘s. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. ℣. Gloria patri. Oratio.

FAmiliam tuam, quęsumus Domine, continua pietate custodi: vt à cunctis aduersitatibus, te protegente, sit libera, & in bonis actibus tuo nomini sit deuota. Per dominum no.

Deinde. A cunctis. vt sup. 170.

Lectio Epistolæ bti Pauli Apostoli ad Ephesios.

FRatres: Confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam Dei: vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Quoniam nō est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus Principes, & Potestates, aduersus mūdi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia neqùitiæ, in cœlestib⁹. Propterea accipite armaturam Dei: vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricā iustitiæ, & calciati pedes in p̄parationē euangelij pacis. In oībus sumentes scutum fidei, ī quo possitis oīa tela nequissimi ignea extinguere. Et galeam salutis assumite: & gladium spiritus, quod est verbū Dei. Grad. Dñe refugium factus es nobis à generatione in generationem. ℣. Priusquam montes fierent, aut formaretur terra & orbis: a sęculo & vsque in sæculum tu es Deus. Haleluiah, haleluiah. ℣. In exitu Israel de Aegypto, dom⁹ Iacob de populo barbaro. Haleluia. ℘s 89.

Sequentia sancti euangelij secundùm Matthæum. cap. 18. ℘s 113.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum cœlorum homini regi, qui voluit ratio-

rationem ponere cum seruis suis. Et cum cępisset rationem ponere, oblatus est ei vnus, qui debebat ei decem millia talenta. Cum autem non haberet vnde redderet, iussit eum Dominus eius venundari, & vxorem eius & filios, & omnia quæ habebat & reddi. Procidens autem seruus ille, rogabat eum, dicens. Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Misertus autem Dominus serui illius, dimisit eum: & debitum dimisit ei. Egressus autem seruus ille, inuénit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios: & tenens suffocabat eum, dicens. Redde quod debes. Et procidens conseruus eius rogabat eum dicens. Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit: sed abijt, & misit eum in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autem conserui eius quæ fiebant, contristati sunt valde: & venerunt, & narrauerunt Domino suo omnia, quæ facta fuerant. Tunc vocauit illum Dominus suus, & ait illi. Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me, nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Et iratus Dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitum. Sic & pater meus cœlestis faciet vobis, si nō remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Credo.

Offertorium.

Vir erat in terra Hus nomine Iob, simplex & rectus, ac timés Deum: quem Satan petijt vt tentaret: & data est ei potestas à Domino in facultate, & in carne eius: perdiditque omnem substantiam ipsius, & filios: carnem quoque eius graui vlcere vulnerauit. Iob. 1.

Secreta.

SVscipe Domine, propitius hostias, quibus & te placari voluisti, & nobis salutem potenti pietate restitui. Per dominum nostrum Iesum. Deinde Exaudi nos. vt supra. fol. 171.

Cōmu. In salutari tuo anima mea, & in verbum tuum speraui: quando facies de persequẽtibus me iudicium? iniqui persecuti sunt me, adiuua me Domine Deus meus. Ps 11

Postcommu.

IMmortalitatis alimoniam consecuti, quæsumus Domine, vt quod ore percepimus, pura mente sectemur. Per Dominū nostrum Iesum. Deinde Mundet & mun. vt supr. 171.

DO-

DOMINICA XXII.

post Pentecost. Introit.

SI iniquitates obseruaueris Domine: Dñe quis sustinebit? quia apud te propitiatio est, Deus Israel. ps. 129. De profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam. ℣. Gloria. Oratio.

DEus refugium nostrum, & virtus: adesto pijs ecclesiæ tuæ precibus, author ipse pietatis, & præsta: vt, quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dñm. Deinde, A cunctis nos, vt supra. f. 170.

Lectio Epistolæ bti Pauli Apostoli ad Philippenses. p. 1.

FRatres: Cõfidimus in Dño Iesu, quia, qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vsq; in diem Christi Iesu: sicut est mihi iustum, hoc sentire pro vobis: eo quòd habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in defensione, & confirmatione euangelij, socios gaudij mei omnes vos esse. Testis enim mihi est Deus, quomodo cupiam omnes vos in visceribus Iesu Christi. Et hoc oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet in scientia & in omni sensu: vt probetis potiora, vt sitis sinceri & sine offensa in die Chri, repleti fructu iustitiæ, per Iesum Chrm, in gloriã & laudẽ Dei.

Grad. Ecce quã bonũ & quam iucundum, habitare fratres in vnum. ps 132. ℣. Sicut vnguentũ in capite, quod descendit in barbã, barbam Aaron. H aleluiah, haleluiah. ℣. Qui timent Dominum, sperent in eo: adiutor & protector eorum est, haleluiah. ps 113.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Matthæum. cap. 22.

IN illo tẽpore. Abeũtes pharisæi, consilium inierunt, vt caperent Iesum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, dicentes. Magister scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo. Non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis, quid tibi videtur? licet censum dari Cæsari, an non? Cognita autem Iesus nequitia eorum, ait. Quid me tentatis hypocritæ? Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Iesus. Cuius est imago hęc, & superscriptio? Dicunt ei, Cæsaris. Tunc ait illis. Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei Deo.

Credo in vnum. Offertorium:

He. 14. REcordare mei Domine omni potentatui dominans: & da sermonem rectum in os meũ, vt placeant verba mea in conspectu principis. Secreta.

DA misericors Deus: vt hęc salutaris oblatio, & à proprijs nos reatibus indesinenter expediat, & ab omnibus tueatur aduersis. Per dominum no. Deinde, Exaudi. vt sup. f. 171.

ps 16. Cõm. EGo clamaui, qm̃ exaudisti me Deus: ĩclina aurem tuã, & exaudi verba mea. Postcõm.

SVmpsimus Dñe sacri dona mysterij humiliter deprecantes: vt, quæ in tui cõmemorationẽ nos facere præcepisti: in nostræ proficiant infirmitatis auxilium. Qui viuis & re. Deinde, Mũdet. vt sup. f. 171.

DOMINICA XXIII. post Pentecost. Introit.

Hie. 29 DIcit Dñs, ego cogito cogitationes pacis: & non afflictionis: inuocabitis me, & ego exaudiam vos: & reducam captiuitatem vestram de cũctis

ps 84. locis. ps. Benedixisti Domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Oro.

ABsolue, qs Dñe tuorũ delicta populorum: vt à peccatorum nostrorum nexibus, quæ pro nostra fragilitate contraximus: tua benignitate liberemur. Per Dominum nostrũ. Secunda oratio. A cunctis. 170. Tertia ad libitum.

Lectio Epistolæ btĩ Pauli Apostoli ad Philippenses. cap. 3.

FRatres: Imitatores mei este te: & obseruate eos qui ita ambulant, sicut habetis formã nostram. Multi enim ambulãt, quos sæpe dicebam vobis (nũc autem & flens dico) inimicos crucis Christi: quorum finis ĩteritus, quorum Deus, venter est: & gloria in confusione ipsorum qui terrena sapiunt. Nostra autem conuersatio in cęlis est: vnde etiam saluatorem expectamus Dñm nostrũ Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suę, secundùm operationem virtutis suæ, qua possit etiam subijcere sibi omnia. Itaque fratres mei carissimi & desideratissimi, gaudium meum, & corona mea: sic state in Dño carissimi. Euodiam rogo, & Syntichẽ deprecor, idipsum sapere in dño. Etiam rogo & te germane cõpar,

par, adiuua illas, quæ mecũ laborauerunt in euangelio cum Clemente, & cæteris adiutoribus meis, quorum noïa sunt in libro vitæ. Grad. Liberasti nos Domine ex affligentibus nos, & eos qui nos oderunt, confudisti. ℣. In Deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur in sæcula. Haleluiah, haleluiah. ℣. De profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam, halelu.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Matthæum.

IN illo tpe: Loquente Iesu ad turbas, ecce princeps vnus accessit, & adorabat eum dicẽs. Domine, filia mea modo defuncta est: sed veni, impone manum tuam super eam, & viuet. Et surgens Iesus sequebatur eũ, & discipuli eius. Et ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur annis duodecim accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti eius. Dicebat enim intra se. Si tetigero tantum vestimentum eius: salua ero. At Iesus conuersus & videns eam dixit: Confide filia: fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. Et cum venisset Iesus in domum principis, & vidisset tibicines & turbam tumultuantem, dicebat. Recedite: non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eũ. Et cum ejecta esset turba: intrauit, & tenuit manũ eius. Et surrexit puella. Et exijt fama hæc in vniuersam terram illã. Credo. Offerto. De profundis clamaui ad te Dñe: Dñe exaudi orationem meam, de profundis clamaui ad te Dñe. Ps 129. Secreta.

PRo nrã seruitutis augmento sacrificium tibi Domine laudis offerimus: vt, quod immeritis cõtulisti, propitius exequaris. Per Dominum nostrũ. Deinde, Exaudi. vt supra. 171.

Cõm. Amen dico vobis, quicquid orantes petitis, credite qa accipietis, & fiet vobis. Mat. 11. Postcõ.

QVæsumꝰ oꝑs Deꝰ: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis nõ sinas subiacere periculis. Per do. Deinde Mundet. vt supr. 171.

¶ Si Dominicæ post Pentecosten fuerint plures vigintiquatuor, túc post vigesimã tertiam resumant (quoad Oões, Epistolas, & Euangelia) missę Dñicarum, quæ superfuerunt post Epiphaniam, hoc ordine.

¶ Si Dñicæ fuerint xxv. in Dominica vigesimaquarta dr̃ missa Dominicæ vj. post Epipha.

¶ Si fuerint vigintisex, in Dominica vigesimaquarta dicitur missa Dominicæ quintæ post Epiphaniam: & in vigesimaquinta dicitur missa Dñicæ vj.

¶ Si fuerint vigintiseptem, in Dominica vigesimaquarta dicitur missa Dominicæ iiij. post Epiphaniam: in vigesimaquinta, Dominicæ v. & in vigesimasexta, Dominicæ sextæ.

¶ Si fuerint vigintiocto, in Dominica vigesimaquarta dicitur missa Dominicæ iij. post Epiphaniam: in vigesimaquinta, Dñicę iiij. in vigesimasexta, Dominicæ v. in Dominica vigesimaseptima, Dominicæ sextæ.

¶ Et vltimo loco semper dicitur missa Dominicæ vigesimæquartæ post Pentecosten.

¶ Introitus autem, Graduale, Offertorium, & Postcōmunio in p̄dictis Dñicis, semper dñr vt in Dominica vigesimatertia. Quæ omnia ad longum posita sunt, post sequentem vigesimamquartam Dominicam.

DOMINICA XXIIII. post Pentecost. Introit.

Mic. 29

DIcit Dominus, ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis, inuocabitis me, & ego exaudiam vos, & reducam captiuitatem vestram de cunctis locis. p̄s. Benedixisti Domine terram tuā, auertisti captiuitatem Iacob. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio. ps 84.

EXcita, quæsum⁹ Domine, tuorum fidelium voluntates: vt diuini operis fructum propensius exequentes, pietatis tuæ remedia maiora percipiant. Per dominum nostrum. Deinde, A cunctis nos. fo. 170.

Lectio Epistolæ bti Pauli Apostoli ad Colossenses. cap. 1.

FRatres: Non cessamus pro vobis orantes & postulantes, vt impleamini agnitione voluntatis Dei, in omni sapientia & ītellectu spirituali: vt ambuletis digne, Deo per omnia placentes: in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei: in omni virtute confortari secundùm potentiam claritatis eius: in omni patientia & longanimitate: cum gaudio gratias agentes Deo & patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum, in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suę: in quo habemus redemptionē & remissionem peccatorum. In Christo Iesu Domino nr̄o.

Gradua-

Ps 43. Graduale. Liberasti nos Domine ex affligentibus nos, & eos qui nos oderunt cõfudisti. ℣. In Deo laudabimur tota die, & in nomine tuo cõfitebimur in sæcula. H aleluiah, hl'ah. ℣. Ps 12. De ꝓfundis clamaui ad te dñe, dñe exaudi vocem meã, Hal'ah.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.

cap. 24. IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Cum videritis abominationem desolationis, quæ dicta est a Daniele ꝓpheta, stantem in loco sancto, Dan. 3. qui legit intelligat. Tunc qui in Iudæa sunt fugiant ad montes, & qui in tecto, non descendant tollere aliquid de domo sua: & qui in agro non reuertãtur tollere tunicam suam. Væ autem prægnantibus & nutriẽtibus in illis diebus. Orate autem, vt nõ fiat fuga vestra hyeme, vel sabbatho. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsq; modo, neq; fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi, nõ fieret salua omnis caro: sed propter electos breuiabunt dies illi. Tunc si quis vobis dixerit, ecce hic est Christus, aut illic: nolite credere. Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ: & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto est: nolite exire. Ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente, & paret vsque in occidentem: ita erit aduẽtus filij hoĩs: Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Statim autem post tribulationem dierũ illorum, Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cęlo, & virtutes cęlorum commouebuntur: & tunc parebit signum filij hominis in cęlo. Et tunc plãgent omnes tribus terræ: & videbunt filium hominis venientem in nubibus cęli cum virtute multa & maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba, & voce magna, & cõgregabunt electos eius a quatuor ventis, a summis cęlorum vsque ad terminos eorum. Ab arbore autem fici discite parabolam. Cum iã ramus ei⁹ tener fuerit, & folia nata, scitis quia ꝓpe est æstas. Ita, & vos cum videritis hæc omnia, scitote quia prope est in ianuijs. Amen dico vobis: quia non præteribit generatio hæc,

hæc, donec omnia fiant. Cęlū & terra tranſibunt: verba autē mea non præteribunt. C redo.

ps 129. Offertoriū. D e profundis clamaui ad te domine, dñe exaudi vocē meā: de profundis clamaui ad te domine. Secreta.

P Ropitius eſto domine ſupplicationibus noſtris: & populi tui oblationib⁹, ꝑcibuſq; ſuſceptis, oīm noſtrū ad te corda conuerte: vt a terrenis cupiditatibus liberati, ad cęleſtia deſideria trāſeamus. Per dñm. Deinde, E xaudi nos. fol. 171.

Mar. 11. Communio. A men dico vobis, quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis. Poſtcommunio.

C Oncede nobis quæſumus domine: vt per hæc ſacramenta quæ ſumpſimus, quidquid in noſtra mēte vitioſum eſt, ipſorum medicationis dono cureť. Per do. Deinde. M ūdet & muniat. vt ſup. fol. 171.

DOMINICA III. quæ ſuperfuit poſt Epihaniā.

Introitus. 6.

Hier. 29. D Icit dominus, ego cogito cogitationes pacis: & non afflictionis: inuocabitis me, & ego exaudiā vos: & reducam captiuitatē veſtrā de cunctis locis. ps. Benedixiſti dñe terram tuā, auertiſti captiuitatē Iacob. ℣. Glia. Oro.

ps 84

O Mnipotens ſempiterne Deus infirmitatē noſtrā propitius reſpice: atq; ad protegendum nos, dexteram tuæ maieſtatis extende. Per dñm. A cunctis nos. vt in prima dominica poſt Pentecoſten.

Lectio beati Pauli Apoſtoli ad Romanos.

cap 12 F Ratres: Nolite eſſe prudētes apud voſmetipſos. Nulli malum pro malo reddentes. Prouidentes bona, non tantū coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum oībus hoīb⁹ pacē habētes. Nō voſmetipſos defendentes, cariſſimi: ſed date locum irę. Scriptum eſt enim. Mihi vindictā: & ego retribuā, dicit dñs. Sed ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illum. Si ſitit potū da illi. Hoc enim faciēs, carbones ignis cōgeres ſup caput eius. Noli vinci a malo: ſed vince in bono malum. Graduale. L iberaſti nos dñe ex affligentibus nos: & eos qui nos oderunt confudiſti. ℣. In Deo laudabimur tota die, & in nomine tuo cōfitebimur i ſæcula. H aleluiah,

ps 43

ha-

129. haleluiah. ℣. De profundis cla maui ad te domine: dñe exaudi vocem meam, haleluiah.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthæum.

ip.8. IN illo tempore. Cum deſcen diſſet Ieſus de monte, ſecutæ ſunt eum turbæ multę. Et ecce leproſus veniens adorabat eũ, dicens, Domine, ſi vis, potes me mundare. Et extendens ma num Ieſus, tetigit eum dicens. Volo, Mundare. Et confeſtim mundata eſt lepra eius. Et ait il li Ieſus. Vide, nemini dixeris: ſed vade, oſtende te ſacerdoti: & offer munus, quod præcepit Moyſes, in teſtimoniũ illis. Cum autem introiſſet Caphar naum, acceſſit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens. Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Ieſus. Ego veniam, & curabo eum. Et reſpõdens Centurio ait: Domine, nõ ſum dignus vt intres ſub tectum meum: ſed tantum dic verbo: & ſanabitur puer meus. Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites: & dico huic; Vade, & vadit: & alio Veni, & venit: & ſeruo meo, fac hoc, & facit. Audiens autem Ieſus, miratus eſt: & ſequẽtibus ſe dixit. Amẽ dico vobis, non inueni tãtum fidem in Iſrael: Dico autem vobis, quòd multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cęlorum: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & ſtridor dentium. Et dixit Ieſus Centurioni. Vade: & ſicut credidiſti: fiat tibi. Et ſanatus eſt puer in illa hora. Et dicitur, Credo. Offertorium. De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi orationẽ meã: de profundis clamaui ad te domine. ps 129.

Secreta.

HÆc hoſtia: quæſumus domine, emundet noſtra delicta: & ad ſacrificium celebrãdum, ſubditorum tibi corpora, mentesque ſanctificet. Per dominum noſtrũ Ieſum. &c.

Exaudi nos Deꝰ ſalutaris. 171.

Communio. Amen dico vobis, quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis. Mar. 11.

Poſtcommunio.

QVos tantis, domine, largiris vti myſterijs, quæſumus, vt effectibus nos eorum veraciter aptare digneris. Per dominum noſtrũ. Mundet & muniat. folio. 171.

DOMINICA IIII. quę ſuperfuit poſt Epiphaniã.

Introitus. 6.

Hiere. 29. DIcit dñs, ego cogito cogitationes pacis,& nõ afflictionis,ĩuocabitis me, & ego exaudiã vos,& reducam captiuitatẽ vr̃am de cũctis locis. ps. Benedixiſti dñe terram ps 89. tuam, auertiſti captiuitatẽ Iacob. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, q̃ nos in tãtis periculis cõſtitutos, ꝓ huumana, ſcis, fragilitate non poſſe ſubſiſtere: da nobis ſalutẽ mẽtis & corporis: vt ea, q̃ ꝓ pctis nr̃is patimur, te adiuuãte vincamus. Per do. A cunctis. 170.

Lcõ epl̃ę b. Pauli apſi ad Rom̃. cap. 8.

FRatres: Nemini quicquã debeatis: niſi, vt inuicẽ diligatis. Qui eñ diligit ꝓximũ, legẽ ĩpleuit. Nã, Nõ adulterabis: nõ occides: nõ furaberis: nõ falſum teſtimoniũ dices: nõ cõcupiſces: & ſi quod eſt aliud mãdatũ, ĩ hoc verbo inſtaurat̃: diliges ꝓximũ tuũ ſicut teipsũ. Dilectio ꝓximi, malũ nõ operat̃. Plenitudo ergo legis eſt di- ps 43. lectio. Grad. Liberaſti nos dñe ex affligẽtib⁹ nos: & eos q̃ nos oderunt, confudiſti. ℣. In Deo laudabimur tota die, & in nõie tuo confitebimur in ſæcula. Haleluiah, halah. ℣. De ꝓfun- ps 119. dis clamaui ad te Dñe, Domine exaudi vocem meã, halah.

Sequẽ. ſcti euãg. ſecũdũ Matth. cap. 8.

IN illo tpe: Aſcendẽte Ieſu in nauiculã, ſecuti ſunt eũ diſcipuli eius. Et ecce, motus magnus factus eſt in mari, ita vt nauicula operiret̃ fluctib⁹. Ipſe verò dormiebat. Et acceſſerũt diſcipuli eius,& ſuſcitauerunt eũ, dicẽtes: Dñe, ſalua nos, perimus. Et dicit eis. Quid timidi eſtis modicę fidei? Tũc ſurgẽs imperauit vẽtis,& mari: & facta eſt tranquillitas magna. Porro hoĩes mirati sũt dicẽtes. Qualis eſt hic: quia venti, & mare obediũt ei. Et dr̃ C redo.

Offert. DE profundis clamaui ps 129. ad te Dñe, Dñe exaudi orationem meam: de profundis clamaui ad te Domine. Secreta.

COncede, q̃s, oꝑs Deus, vt huius ſacrificij munus oblatũ, fragilitatẽ nr̃am ab oĩ malo purget ſemp & muniat. Per do. Exaudi nos. fol. 171.

Cõmu. Amẽ dico vobis, quic- Marc. 11. qd orãtes petitis, credite, quia accipietis,& fiet vobis. Poſtcõ.

MVnera tua nos Deus, à delectationibus terrenis expediãt: & cœleſtibus ſemper inſtau-

inſtaurent alimentis. Per dñm. Mundet & muniat. fol. 171.

DOMINICA QVINTA quæ ſuperfuit poſt Epihaniã.

Introitus. 6.

Dicit dñs, ego cogito cogitationes pacis, & nõ afflictionis, ĩuocabitis me, & ego exaudiam vos, & reducã captiuitatẽ vrãm de cũctis locis. ℣. Benedixiſti domine terram tuam, auertiſti captiuitatẽ Iacob. ℣. Gloria patri. Oratio.

Familiã tuã, q̃s, dñe, continua pietate cuſtodi vt q̃ in ſola ſpe gratiæ cęleſtis innitit, tua ſemp ꝓtectione muniat. p.

Cunctis nos, q̃s, dñe, mentis & corporis defende periculis: & intercedẽte glorioſa virgine Dei genitrice Maria cum beatis apſis tuis Petro & Paulo, atq; btõ N. & oĩbus ſanctis: ſalutẽ nobis tribue benignus & pacẽ, vt deſtructis aduerſitatibus & erroribus vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat lĩbertate. Per dominũ.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Coloſſenſes.

Fratres: Induite vos, ſicut electi Dei ſancti, & dilecti viſcera miſericordiæ, benignitatẽ, humilitatẽ, modeſtiã, patientiam, ſupportantes inuicẽ: & donãtes vobiſmetipſis: ſi q̃s aduerſus aliquẽ habet q̃relam. Sicut & dñs donauit vobis: ita & vos. Super oĩa aũt hæc, charitatẽ habentes, qđ eſt vinculũ pfectionis. Et pax Chri exultet in cordibus veſtris, in qua & vocati eſtis in vno corpore: & grati eſtote. Verbũ Chriſti habitet in vobis abundanter, in omni ſapientia: docentes & cõmonentes voſmetipſos, in pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritualibus, in gratia cãtantes in cordib⁹ vrĩs dño. Omne qđcũque facitis in verbo aut in opere: oĩa in noĩe dñi nri Ieſu Chri facite: gratias agẽtes Deo & patri, per Ieſum Chrm dñm nrm. Grad. Liberaſti nos dñe ex affligentibus nos, & eos qui nos oderunt, confudiſti. ℣. In Deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur in ſæcula. Haleluiah, haleluiah. ℣. De ꝓfundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocem meã, halah.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthæum. cap. 13.

In illo tpe. Dixit Ieſus diſcipulis parabolã hanc. Simile factum eſt regnum cęlorũ homini, qui ſeminauit bonũ ſemẽ in agro ſuo. Cũ aũt dormirent

rent hoīes, venit inimicus eius & ſuperſeminauit zizania ī medio tritici, & abijt. Cū aūt creuiſſet herba, & fructū feciſſet: tūc apparuerūt & zizania. Accedētes aūt ſerui pr̄isfamilias: dixerūt ei. Dn̄e nōne bonū ſemē ſeminaſti in agro tuo? Vñ ergo hēt zizania? Et ait illis. Inimic⁹ homo hoc fecit. Serui aūt dixerunt ei. Vis imus, & colligimus ea? Et ait. Nō: ne forte colligentes zizania, eradicetis cū eis ſimul & triticū. Sinite vtraq; crescere vſq; ad meſsē: & ī tpe meſſis dicā meſſorib⁹. Colligite primū zizania, & alligate ea in faſciculos ad cōburendū: triticū aūt congregate in horreū meū.

ps 129. Et dr̄ Credo. Offer. De profundis clamaui ad te dn̄e: dn̄e exaudi orationē meā, de ꝓfundis clamaui ad te domine. Secreta.

HOſtias tibi dn̄e, placationis offerim⁹: vt & delicta nr̄a miſeratus abſoluas, & nutantia corda tu dirigas. Per do. Exaudi nos De⁹ ſalutaris. 171.

Mar 11 Cōio. A mē dico vobis, q̄cq̄d orātes petitis, credite q̄a accipietis, & fiet vobis. Poſtcōmu.

QVæſumus, op̄s Deus vt illius ſalutaris capiamus effectū: cuius per hæc myſteria pignus accepimus. p.

MVndet & muniat nos, q̄s, dn̄e, diuini ſacramēti munus oblatū: & interceden te beata virgine Dei genitrice Maria, cū beatis apoſtolis tuis Petro & Paulo, atque btō N. & oībus ſanctis: a cūctis nos reddat, & puerſitatibus expiatos, & aduerſitatibus expeditos.

DOMINICA VI. quæ ſupfuit poſt Epiph. Intr.

DIcit dn̄s, ego cogito cogitationes pacis: & nō afflictionis: īuocabitis me, & ego exaudiā vos: & reducā captiuitatē veſtrā de cūctis locis. p̄s. Benedixiſti dn̄e terrā tuam, auertiſti captiuitatem Iacob. ℣. Gloria patri. Oratio.

Hier. 29. ps 84

PRæſta, q̄s, op̄s Deus: vt ſemper rationabilia meditantes, quæ tibi ſunt placita, & dictis exequamur, & factis. Per. A cunctis nos q̄s. vt infra.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Theſſalonicenſes.

FRatres: Gr̄as agimus Deo ſemp ꝓ oīb⁹ vobis: memoriā vr̄i faciētes in oronib⁹ nr̄is, ſine intermiſſione, memores operis fidei vr̄æ & laboris, & charitatis, & ſuſtinētię ſpei dn̄i nr̄i Ieſu Chr̄i, añ Deū & patrē nr̄m. Sciētes, frēs dilecti, a Deo electionē veſtrā: q̄a euāgelium

1 Cor.

noſtrum

nĩm nõ fuit ad vos in ſermone tm̃:ſed & ĩ virtute,& ĩ ſpũ ſcto̅, & in plenitudine multa: ſicut ſcitis quales fuerimus in vobis pp vos. Et vos imitatores nr̃i facti eſtis,& dn̄i:excipiẽtes verbũ ĩ tribulatiõe multa, cũ gaudio ſpũs ſcti̅:ita vt facti ſitis forma oĩb⁹ credẽtib⁹ ĩ Macedonia & ĩ Achaia. A vobis enim diffamatus eſt ſermo dn̄i: nõ ſolũ ĩ Macedonia & ĩ Achaia, ſed & ĩ oĩ loco fides vr̃a,q̃ eſt ad Deũ, ꝓfecta eſt, ita vt nõ ſit nobis neceſſe qcquam loq. Ipſi enim de nobis annũciãt, qualẽ introitũ habuerimus ad vos: & qũo cõuerſi eſtis ad Deũ a ſimulacris, ſeruire Deo viuo & vero:& expectare filiũ eius de cęlis (quẽ ſuſcitauit ex mortuis)leſum, q eripuit nos ab ira vẽtura. Grad. Liberaſti nos Dn̄e ex affligentibus nos, & eos qui nos oderunt, cõfudiſti. ℣. In Deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur in ſęcula. Haleluiah, haſah. ℣. De profundis clamaui ad te dn̄e, dn̄e exaudi vocem meam, haſah.

Seq. ſcti̅ euãg. ſecũdũ Matthęũ.

IN illo tpe: Dixit Ieſus turbis parabolã hãc. Simile eſt regnũ cęlorum grano ſinapis: qđ accipiens homo ſeminauit in agro ſuo:qđ minimũ qdẽ ẽ oĩb⁹ ſeminibus. Cũ aũt creuerit, mai⁹ eſt oĩb⁹ oleribus: & fit arbor, ita vt volucres cęli veniãt, & habitẽt in ramis ei⁹. Aliã parabolã locut⁹ eſt eis. Simile eſt regnũ cęlorũ fermẽto: qđ acceptũ mulier abſcõdit ĩ farinæ ſatis trib⁹, donec fermẽtatũ eſt totum. Hęc oĩa locut⁹ eſt Ieſus in parabolis ad turbas:& ſine parabolis nõ loquebaꝛ eis: vt ĩple reꝛ qđ dictũ eſt p ꝓphetã dicẽtẽ. Aperiã ĩ parabolis os meũ: eructabo abſcõdita a cõſtitutione mũdi. Et dr̃ Credo. Offert. De profundis clamaui ad te dn̄e: dn̄e exaudi or̃onẽ meã, de profundis clamaui ad te dn̄e. Sec.

ps 77.

ps 129.

HÆc nos oblatio, De⁹ mũdet, q̃s, & renouet, gubernet, & protegat. Per dominum.

EXaudi nos Deus ſalutaris nr̃: vt p huius ſacr̃i virrutẽ, a cũctis nos mẽtis & corporis hoſtibus tuearis: gratiã tribuẽs in pr̃ti, & gloriam in futuro.

Cõio. A mẽ dico vobis, qcqd orantes petitis, credite qa accipietis, & fiet vobis. Poſtcõmu.

Matt. 7.

CÆleſtibus, dn̄e, paſti delicijs, q̃s, vt ſemp eadẽ, per quæ veraciter viuimus, appetam⁹. Per do. Mũdet & mu. 171.

Finis Ordinarij de Tempore.

PROPRIVM MISSARVM DE SANCTIS.

In vigilia Sancti Andreæ Apostoli. Introitus.

DOminus secus mare Galilææ vidit duos fratres, Petrum & Andreã, & vocauit eos: venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum. ℘s. Cœli enarrant gloriam Dei,& opera manuũ eius annunciat firmamentum. ℣. Gloria patri,& filio. Oratio.

QVæsumus omnipotens Deus, vt beatus Andreas Apostolus, tuum pro nobis imploret auxilium: vt, à nostris reatibus absoluti, à cunctis etiam periculis eruamur. Per dominum nostrum.

Et fit commemoratio S. Saturnini martyris. Oratio.

DEus, qui nos beati Saturnini martyris tui concedis natalitio perfrui: eius nos tribue meritis adiuuari. Per d.

Si vigilia S. Andreæ venerit in Aduentu, missa dicitur de vigilia, & secunda Oño erit de Aduentu, tertia de sancto Saturnino. Si festum S. Andreæ venerit feria ij. missa de vigilia dicitur in sabbatho, & secunda oratio de Sancta Maria. Concede, tertia Ecclesiæ. vel pro Papa: & commemoratio Sancti Saturnini fit in Dominica: quod & in alijs vigilijs, excepta vigilia Natiuitatis Domini, seruatur. Si autem festum S. Andreæ venerit in Dominica transfertur in secundam feriam, & missa de vigilia dicitur in sabbatho cum commemo. S. Saturnini, vt supra: & tertia Oratio erit de sancta Maria. Concede nos.

Lectio

Lectio libri Sapientiæ.

BEnedictio Dñi super caput iusti. Ideo dedit illi Dñs hæreditatem: & diuisit ei partem in tribubus duodecim, & inuenit gratiã in conspectu oĩs carnis. Magnificauit eum in timore inimicorũ: & in verbis suis mõstra placauit. Glorificauit eũ in cõspectu regũ, & ostẽdit illi gloriã suã. In fide & lenitate ipsius, sanctum fecit illũ: & elegit eum ex oĩ carne. Et dedit illi cor ad præcepta, & legem vitæ, & disciplinæ: & excelsum fecit illum. Statuit illi testamentum æternum, & circũcinxit eũ zona iustitię. Et induit eum dominus coronam gloriæ. Gradua.

ps 118. NImis honorati sũt amici tui Deus: nimis cõfortat⁹ est principat⁹ eorũ. ℣. Dinumerabo eos, & super arenã multiplicabunt.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Iohannem.

cap. 1. IN illo tpe. Stabat Iohannes & ex discipulis eius duo. Et respiciens Iesum ambulantẽ, dicit. Ecce agnus Dei. Et audierũt eum duo discipuli loquẽtẽ: & secuti sunt Iesum. Cõuersus aũt Iesus, & videns eos sequẽtes se, dicit eis. Quid q̃ritis? Qui dixerũt ei. Rabbi (qđ dr̃ interpretatũ magister) vbi habitas? Dicit eis. Venite, & videte. Venerũt, & viderunt vbi maneret: & apud eũ manserũt die illo. Hora aũt erat quasi decima. Erat aũt Andreas frater Simonis Petri vn⁹ ex duobus q audierãt à Iohanne & secuti fuerãt eũ. Inuenit hic primũ, fratrẽ suũ Simonẽ: & dixit ei. Inuenimus messiã (qđ est interpretatũ, Chrs.) Et adduxit eũ ad Iesum. Intuitus autẽ eum Iesus, dixit. Tu es Simon filius Ionæ: tu vocaberis Cephas (quod interpretatur Petrus.) In crastinum voluit exire in Galilæam: & inuenit Philippum. Et dicit ei Iesus. Sequere me. Erat autẽ Philippus à Bethsaida, ciuitate Andreę, & Petri. Inuenit Philippus Nathanael: & dicit ei. Quẽ scripsit Moyses in lege, & prophetæ. Inuenimus Iesum filiũ Ioseph, à Nazareth. Et dixit ei Nathanael. A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philipp⁹. Veni, & vide. Vidit Iesus Nathanael venientem ad se: & dicit de eo. Ecce, vere Israelita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael. Vnde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei: Priusquam te Philippus vocaret, cũ esses sub ficu, vidi te. Respondit ei Natanael, & ait. Rabbi: tu es filius Dei: tu es Rex Israel.

Respon-

Respondit Iesus, & dixit ei. Quia dixi tibi, vidi te sub ficu, credis: maius his videbis. Et dicit ei. Amen, amen dico vobis: videbitis cœlum apertum, & Angelos Dei ascendentes, & descendentes supra filium hominis.

Offertorium.

Gloria & honore coronasti eũ: & constituisti eum super opera manuum tuarum Domine.

Secreta.

Sacrandũ tibi Domine munus offerim⁹: quo beati Andreæ solennia recolentes, purificationem quoq; nostris mentibus imploramus. Per Dominum nostrum Iesum Christũ.

Pro commemora. S. Saturnini martyris. Secreta.

Munera tibi domine dicata sanctifica: & intercedente beato Saturnino martyre tuo, per hæc eadem nos placatus intende. Per Dominum.

Communio.

Dixit Andreas Simoni fratri suo: inuenimus Messiam, qui dicitur Christus: & adduxit eũ ad Iesum.

Postcommunio.

Perceptis domine sacramẽtis suppliciter exoramus: vt, intercedente beato Andrea Apostolo tuo, quæ pro illius veneranda gerimus passione, nobis proficiant ad medelam. Per dominum nostrum Iesum.

Pro commemora. S. Saturnini.

Postcommunio.

Sanctificet nos, qs Dñe, tui perceptio sacramenti: & intercessione sanctorum tuorum tibi reddat acceptos. Per dñm.

Si sequens festum S. Andreę venerit in Dñica, trãsfertur in sequentẽ diẽ duplici festo nõ impeditam: quod & de alijs festis duplicibus & semidup. in Dñicis Aduentus occurrentib⁹ seruatur, & in illis semper fit cõmemo. de Aduẽtu. De simp. aũt toto Aduentu fit tm̃ cõmemo.

In festo S. Andreæ Apostoli. Die 30.

Introitus.

Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis cõfortat⁹ est principatus eorũ. ps. Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meam, & resurrectionẽ meam. ℣. Gloria patri, & fil. Oratio.

ps 140.

Maiestatẽ tuã dñe supplici exoramus: vt, sicut ecclesiæ tuæ beatus Andreas Apostol⁹ extitit prædicator & rector, ita apud te sit ꝓ nobis perpetuus intercessor. Per Do.

Lectio

Lectio Epistolæ btī Pauli Apostoli ad Romanos.

cap. 10. FRatres. Corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. Dicit em̃ scriptura. Omnis, qui credit in illum, non confundetur. Non em̃ est distinctio Iudæi & Græci. Nam idem Dñs omnium, dives in omnes qui inuocant illum. Omnis enim, quicunque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Quomodo ergo inuocabunt, in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prędicante? Quomodo vero prædicabunt, nisi mittantur? Sicut scriptum est. Quam speciosi pedes euangelizãtium pacem, euangelizantium bona. Sed nõ omnes obediunt euangelio. Isaias enim dicit, Domine, quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu: auditus autem per verbum Christi. Sed dico, nunquid nõ audierunt? Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. Graduale.

ps. 44. Cõstitues eos principes super omnem terram: memores erũt nominis tui Dñe. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi. Haleluiah, haleluiah, ℣. Dilexit Andream Dominus in odorem suauitatis, haleluiah.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Matthæum.

cap. 4. IN illo tempore. Ambulans Iesus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres: Simonem qui vocatur Petrus & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare: (erant enim piscatores) & ait illis. Venite post me: & faciam vos fieri piscatores hominum. At illi cõtinuo, relictis retibus, secuti sunt eum. Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Iohannem fratrem eius in naui cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia sua: & vocauit eos. Illi autẽ, statim relictis retibus & patre, secuti sunt eum. dicit Credo.

Offertoriũ. Mihi autem nimis ps. 138 honorificati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Secreta.

SAcrificium nostrum tibi Domine, quæsumus, beati Andreæ Apostoli tui precatio sancta conciliet: vt in cuius honore solẽniter exhibet, eius meritis efficiatur acceptum. Per Dominum nostrum. Præfatio de Apostolis. fol. 131. Cõmu.

Ve-

14 VEnite poſt me, faciam vos fieri piſcatores hominum: at illi, relictis retibus & naui ſecuti ſunt dominum. Poſtcommu.

SVmpſimus domine diuina myſteria, beati Andreæ feſtiuitate lętantes: quæ ſicut tuis ſanctis ad gloriam, ita nobis, quæſumus, ad veniam prodeſſe perficias. Per dominum.

DECEMBRIS FESTA.

2 ¶Pro commemo. S. Bibianiæ virginis & marty. Oratio. Indulgentiam. cum ſua Secre. & poſtcō. de communi virg. 285.

4 ¶Pro cōmemoratione Sanctæ Barbaræ virginis & martyris. Oratio. Deus qui inter cętera. cum ſua Secreta, & poſtcommunione de cōmu. Virg. 288.

5 ¶Pro cōmemoratione S. Sabbę Abb. Oro. Interceſſio. cum ſua ſecreta, & poſtcommunione vt in cōmuni Abbatum. 284.

6 ¶In feſto ſancti Nicolai epiſcopi & confeſſoris. Introitus.

STatuit ei Dominus teſtamētum pacis: & principem fecit eum: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in æternū. ps. Memento domine Dauid: & omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria pri. Oratio.

DEus, qui beatum Nicolaum pontificem tuum inumeris decoraſti miraculis: tribue, quæſumus: vt eius meritis & precibus, a gehennę incendijs liberemur. Per dñm. Epiſtola. Mementote prępoſitorum. de communi confeſſoris pōt. 280. Grad. Inueni Dauid ſeruū meū: oleo sācto meo vnxi eū, manus enim mea auxiliabit ei: & brachiū meū cōfortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis nō nocebit ei. Haleluiah, haſah. ℣. Iuſtus vt palma florebit, ſicut cedr⁹ Libani multiplicabitur: Haſah. Euangelium. Homo quidam peregre proficiſcens. de communi confeſſ. pont. fol. 279. Offertoriū. Veritas mea, & miſericordia mea cum ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secre.

SAnctifica, qs Domine De⁹, hæc munera: q̄ in ſolēnitate ſcti antiſtitis tui Nicolai offerim⁹: vt p ea, vita nra iter aduerſa & ꝓſpera vbiq; dirigat. Per dñm. Cōmu. Semel iuraui in ſancto meo, ſemē eius ī æternū manebit: & ſedes eius, ſicut ſol in cōſpectu meo, & ſicut luna pfecta in æternū: & teſtis in cœlo fidelis. Poſtcommunio. ps. 88.

SAcrificia, q̃ sumpsim⁹ dñe ꝓ solẽnitate sc̃ti pontificis tui Nicolai, sempiterna nos ꝓtectione conseruent. Per domi.

Die 7. ¶ In festo S. Ambrosij ep̃i, & cõ fess. ac Doctoris Eccl̃iæ. Introit.

IN medio Eccleſiæ aperuit os eius: & impleuit eum Dominus ſpiritu ſapientiæ & intellectus: ſtolã gloriæ induit eum. ꝑs. Bonum eſt cõfiteri Domino, & pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

ps 91.

DEus, qui populo tuo æternæ ſalutis beatũ Ambroſium miniſtrum tribuiſti: ꝓſta q̃s: vt, quẽ doctorẽ vitæ habuimus in terris, interceſſorem habere mereamur in cęlis. Per d. Epiſt. Teſtificor coram. f. 281. Grad. Ecce ſacerdos magnus, qui ĩ diebus ſuis placuit Deo. ℣. Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legem excelſi. Haleluiah, haleluiah. ℣.

ps 109.

Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: tu es ſacerdos in æternum, ſecundùm ordinem Melchiſedech, Haleluiah. Euangelium. Vos eſtis ſal terræ. de communi Doct. 281. Et dicitur Credo. Offerto. Veritas mea, & miſericordia mea cum ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secret.

OMꝑs ſempiterne Deus, munera tuę maieſtati oblata per interceſſionem beati Ambroſij confeſſoris tui atque pontificis, ad perpetuam nobis fac prouenire ſalutem. Per Do. Communio. Semel iuraui in ſancto meo: ſemen eius in æternum manebit: & ſedes eius ſicut Sol in conſpectu meo: & ſicut Luna perfecta in æternum: & teſtis in cœlo fidelis. Poſtcõ.

ps 88.

SAcramẽta ſalutis noſtræ ſuſcipientes, concede, quæſumus oꝑs Deus: vt beati Ambroſij confeſſoris tui atque pontificis nos vbiq; oratio adiuuet: ĩ cuius veneratione hęc tuę obtulimus maieſtati. Per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum filiũ tuum, Qui tecum viuit & reg.

¶ In Conceptione beatæ Mariæ dicitur Miſſa de eius Natiuitate, quæ habetur menſe Septembris. folio 253. mutato nomine Natiuitatis. in Conceptionem.

¶ Pro commem. S. Melchiadis Papæ & mart. Oõo. Infirmitatẽ. cum ſua ſecreta, & poſtcommunione de commũni vnius martyris pontificis. fol. 268.

¶ In

¶ In festo sancti Damasi Papæ & confessoris. Introit.

SAcerdotes tui Domine iduāt iustitiam: & sancti tui exultent: ꝓpter Dauid seruum tuum non auertas faciem Christi tui. ℣. Memẽto dñe Dauid, & oīs mãsuetudinis eiº. ℣. Gloria. Oro.

EXaudi dñe preces nostras: & intercedente beato Damaso confessore tuo atque põtifice, indulgentiam nobis tribue placatus, & pacem. Per do. Epla. Plures facti sunt sa. f. 280. Grad. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Haleluiah. ℣. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, Halelu. Euangeliũ. Vigilate, quia nescitis. de eodem commu. 280. Offertorium. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum, manus enim mea auxiliabitur ei: & brachiũ meum confortabit eum. Secreta.

ACcepta tibi, sit quæsumº Domine, sacratæ plebis oblatio, pro tuorũ honore sanctorum: quorũ se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium.. Per Dominum nostrum Iesum Christum filiũ.

Communio.

DOmine quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratus sum: euge serue bone & fidelis: quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te cõstituam: intra in gaudium Domini tui. Matth. 25. Postcommunio.

DA, quæsumus Domine, fidelibus populis, sanctorum tuorum semper veneratione lętari: & eorum ꝓpetua supplicatione muniri. Per do.

¶ In festo sanctę Luciæ virginis & martyris. Introit. Die 13.

DIlexisti iustitiã, & odisti iniquitatẽ: propterea vnxit te Deº Deus tuus oleo lætitiæ, præ consortibus tuis. Psal. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri. Oratio.

EXaudi nos Deus salutaris noster: vt, sicut de beatæ Luciæ virginis & martyris tuę, festiuitate gaudemus: ita piæ deuotionis erudiamur affectu. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, Qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, &c.

Epistola. Qui gloriatur, in Domino glorietur. De communi virg. fol. 286. Graduale. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatẽ. ℣. Propterea vnxit te Deꝰ Deus tuus oleo lætitiæ. Haleluiah, haleluiah. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum, Haleluiah. Euangelium. Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito. fol. 286. Offertorium. Afferentur regi virgines post eam, proximæ eius afferentur tibi. Secreta.

ACcepta tibi sit domine sacratæ plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorũ: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per dominum nostrum Iesum.

ℙs 118. Commmunio. Principes persecuti sunt me gratis, & a verbis tuis formidauit cor meũ: lętabor ego super eloquia tua, quasi qui inuenit spolia multa. Postcommunio.

SAtiasti domine familiam tuam muneribus sacris: eiꝰ, quæsumus semper interuẽtione nos refoue, cuius solẽnia celebramus. Per dominum nostrum Iesum Christum filium.

Die 20 ¶ In vigilia S. Thomę dicit Missa. Ego autem sicut oliua. de Vigilia vnius Apostoli. f. 268. cum cõmemoratione de Aduentu: & in ea seruatur rubrica in vigilia S. Andreæ posita. fol. 199. Si aũt hæc vigilia venerit in quatuor tẽporibus, de ea fit tantum commemoratio.

¶ In festo sancti Thomę apostoli. Introitus.

MIhi autem nimis honorati sunt amici tui Deus nimis confortatus est principatus eorum ℙs. Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem meam. ℣. Gloria patri & filio, & spiritui, &c. Oratio.

DA, nobis quæsumus domine. beati apostoli tui Thomæ solennitatibus gloriari: vt, eius semper, & patrocinijs subleuemur, & fidem cõgrua deuotione sectemur. Per dominũ nostrũ Iesum Christ. Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Ephesios.

FRatres: Iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei, superædificati supra fundamentum Apostolorum & prophetarum, ipso summo angulari

angulari lapide Christo Iesu. In quo omnis ædificatio constructa, crescit in templũ sanctum in dño. In quo & vos coædificamini in habitaculum Dei, in spiritu sancto. Gradua.

ps 148. NImis honorati sũt amici tui Deꝰ: nimis cõfortatus est principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos: & super arenã multiplicabũtur. Haleluiah, hasah. ℣. Gaudete iusti ĩ dño: rectos decet collaudatio. Haleluiah.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Iohannem.

ap. 20. IN illo tpe. Thomas vnus de duodecim qui dicitur Didymus, non erat cũ eis quãdo venit Iesus. Dixerũt ergo ei alij discipuli. Vidimus Dominũ. Ille autem dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixurã clauorũ, & mittam digitũ meum in locum clauorum, & mittã manum meam in latus eius: non credam. Et post dies octo, iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit. Pax vobis. Deinde dicit Thomæ. Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuã, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis, Respõdit Thomas, & dixit ei. Dominus meus, & Deus meꝰ. Dicit ei Iesus. Quia vidisti me Thoma, credidisti. Beati qui non viderunt, & crediderunt. C redo. Offertorium.

IN omnem terrã exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Secreta.

DEbitum tibi dñe nostræ reddimus seruitutis, suppliciter exurantes: vt suffragijs btĩ Thomæ Apostoli tui in nobis tua munera tuearis: cuius honoranda cõfessione, laudis tibi hostias immolamus. Per. Præfatio de Apostolis. f. 131. Cõm. MItte manũ meã, & cognosce loca clauorũ, & noli eẽ incredulus, sed fidelis. Postcõ.

ADesto nobis misericors Deꝰ: & intercedẽte ꝑ nobis btõ Thoma Apostolo tuo, tua circa nos propitiatus dona custodi. Per do. Reliqua festa vsq; ad octauã Epiphaniæ, require supra fo. 19. post quartam Dominicam Aduentus.

IANVARII FESTA.

¶ Pro cõmem. S. Higinij Papæ, & marty. Oratio. Infirmitatẽ, cũ sua fecisti, & Postcommu. de cõi vnius marty. pont. 268. & tertia oratio dicitur de sancta Maria. D eus qui salutis.

Die 14. ¶ In festo Sancti Hilarij episcopi & confessoris. Missa. In medio ecclesiæ. de communi Doctorum. fo. 281. & in ea fit sequens commemoratio cũ tertia oratione de sancta Maria.

Die 14. ¶ Pro commemoratione S. Felicis in Pincis martyr. Oratio.

Oncede, qs ops Deꝰ: vt ad meliorem vitã sanctorum tuorũ exempla nos prouocent: quatenus, quorum solennia agimus, etiã actus imitemur. Secreta.

HOstias tibi Domine beati Felicis martyris tui dicatas meritis benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium.

Postcommunio.

QVæsumus Domine, salutaribus repleti mysterijs: vt beati Felicis martyris tui, cuius solennia celebramus, orationibus adiuuemur.

¶ Si contingat festum Sancti Hilarij transferri in alium diem, non tamen prædicta commemoratio Sancti Felicis transfertur, sed de ea fit suo die, quod & in alio sequenti festo, & in similibus semper seruatur.

¶ In festo Sancti Pauli primi Eremitæ. Introitus. Die 15

VSTꝰ, vt palma florebit: sicut cedrus Libani, multiplicabit: plãtatus in domo dñi in atrijs domus Dei nostri. ps. Bonum est confiteri Dño: & psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria pri. Oratio.

DEus, qui nos bti Pauli cõfessoris tui annua solẽnitate lætificas: concede ppitius: vt cuius natalitia colimus, et actiones imitemur. Per domi.

¶ Pro commemoratione Sãcti Mauri Abbatis. Oratio.

INtercessio nos, qs Dñe, beati Mauri abbatis cõmẽdet: vt qđ nris meritis nõ valemus, eius patrocinio assequamur.

Tertia oratio de Sãcta Maria. Deus qui sa. Epla. Quæ mihi. de cõi confess. non põtifi. 283.

Grad. IVstus, vt palma florebit sicut cedrus Libani, multiplicabitur ĩ domo Dñi. ℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctẽ. Halah, halah. ℣. Iustus germinabit sicut lilium: & florebit in æternum ante Dominũ, Hal. Euang. Confiteor tibi pater. de communi plurium martyrum. 278. Offert.

In virtute tua Dñe lætabitur iustus:& super salutare tuú exultabit vehementer: desideriú animæ eius tribuisti ei. Secret.

LAudis tibi domine hostias immolamus, in tuorum commemoratione sanctorum: quibus nos, & p̃sentibus exuimalis cõfidimus, & futuris. p. Pro commemoratio. S. Mauri Abbatis. Secreta.

PRæsta nobis, quæsumus, omnipotens Deus: vt nostræ humilitatis oblatio,& pro tuorum tibi grata sit honore sanctorum,& nos corpore pariter & mente purificet. Com. Lætabitur in Domino,& sperabit in eo:& laudabuntur omnes recti corde. Postcommu.

REfecti cibo potuq́; cęlesti, Deus noster, te supplices exoramus:vt in cuius hęc commemoratione percepimus: eius muniamur & precibus. Per Dominú nostrum Iesum. Pro commemoratio. S. Mauri Abbatis. Postcommunio.

PRotegat nos Domine cum tui perceptione sacramenti, beatus Maurus Abbas pro nobis intercedendo: vt & conuersationis eius experiamur insignia, & intercessionis ipsius percipiamus suffragia.

¶ In festo sancti Marcelli Papæ & martyris. Introitus. Die 16

STatuit ei Dñs testamẽtú pacis: & pricipem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in æternum. p̃s. Memento Domine Dauid: & omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri,& filio. Oratio. Ecc.45 p̃s 131.

PReces populi tui, quæsumus Dñe,clemẽter exaudi: vt beati Marcelli martyris tui atque põtificis meritis adiuuemur,cuius passione lætamur.Per dominum. Epist. Benedictus Deus. de communi vnius mart. pont. 269. Gradu. Inueni Dauid seruú meú:oleo sancto meo vnxi eum, manus enim mea auxiliabitur ei: & brachiú meú cõfortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo:& filius iniquitatis non nocebit ei. Haleluiah, haleluiah. ℣.Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech, Halah. Euangel. Si quis vult venire post me. fol. 270. p̃s 88. p̃s 109.

Offertorium. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso:& in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta. p̃s 88.

SVscipe, quæsumus domine, munera dignanter oblata, & beati Marcelli suffragãtibus meritis ad nostræ salutis auxilium prouenire concede. Per dominum nostrũ. Cõm.

Matth. 25. Dñe quinq; talenta tradidisti mihi: ecce alia quinq; superlucratus sum: euge serue bone & fidelis: qa in pauca fuisti fidelis, supra multa te cõstituã: intra in gaudiũ Dñi tui. Postcõ.

SAtiasti Domine familiam tuam muneribus sacris: eius, quæsumus, semper interuentione nos refoue, cuius solennia celebramus. Per Domi.

Die 17 ¶ In festo S. Antonij Abbatis. Missa O s iusti. de cõi Abbatũ. 284. cum Euangelium. S int lumbi vestri præcincti. de cõi confessõ. non pontifi. fol. 282.

Die 18 In festo Cathedrę S. Petri qua Romæ primum sedit. Introit.

Ecc. 45 Tatuit ei Dñs testamentũ pacis, & prĩcipem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in æternũ.

Ps 113. ℣. Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

DEus, q̃ beato Petro Apostolo tuo, collatis clauibus regni cęlestis, aĩas ligandi, atq; soluendi pontificium tradidisti: concede: vt intercessionis eius auxilio, à peccatorum nostrorum nexib⁹ liberemur. Qui viuis & regnas in vnitate. Et fit commem. de sancto Paulo ante quascũq; cõmemo. etiã Dominicæ: quod & seruatur, ĩ commemoratio. sancti Petri, quæ fit in festo S. Pauli. Oratio.

DEus, qui multitudinem gẽtium beati Pauli Apostoli prædicatione docuisti: da nobis q̃s, vt cuius commemorationem colimus, eius apud te patrocinia sentiamus.

Pro commemoratione S. Priscæ virginis & martyr. Oratio.

DA, q̃s, omnipotẽs Deus: vt, qui beatæ Priscæ virginis & martyris tuę natalitia colimus, & annua solennitate lætemur, & tantæ fidei proficiamus exemplo. Per Dominum.

Lectio Epistolæ beati Petri Apostoli. 1. Pet. 1.

PEtrus, Apostol⁹ Iesu Christi, electis aduenis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bythiniæ secũdum præscientiam Dei patris, in sanctificationem Spiritus,

in

in obedientiam & aſperſionẽ ſanguinis Ieſu Chriſti: gratia vobis, & pax multiplicetur. Benedictus Deꝰ & Pater Dñi noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecundum magnam miſericordiã ſuã regenerauit nos in ſpem viuam, per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilẽ, & incontaminatam, & immarceſcibilem, conſeruatam in cęlis in vobis, qui in virtute Dei cuſtodimini per fidem, in ſalutem, paratã reuelari in tpe nouiſſimo, in quo exultabitis: modicũ nunc, ſi oportet contriſtari in varijs tentationibus: vt probatio veſtræ fidei, multo prætioſior auro (qd per ignẽ probatur) inueniatur in laudem, & gloriã, & honorem, in reuelationẽ Ieſu Chriſti Domini noſtri. Grad. Exaltent eum in eccleſia plebis, & in cathedra ſeniorum laudent eum. ℣. Confiteantur Domino miſericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominũ. Si feſtum Cathedræ venerit ante Septuageſimam, poſt Grad. ſtatim dicitur Haleluiah, haleluiah. ℣. Tu es Petrus, & ſup hanc petram ædificabo eccleſiã meam, Haleluiah. Si autem venerit poſt Septuageſi. omiſſo Haleluiah. & verſũ dñ ſequens Tract. Haleluiah. Tu es Petrus, & ſuper hanc petrã ædificabo ecclesiam meam. ℣. Et portæ inferi non præualebũt aduerſus eã: & tibi dabo claues regni cęlorũ. ℣. Quodcunq; ligaueris ſuper terrã, erit ligatũ & ĩ cęlis. ℣. Et quodcunq; ſolueris ſup terram, erit ſolutũ & in cœlis.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthæum.

IN illo tẽpore. Venit Ieſus ĩ partes Cęſareæ Philippi: & interrogabat diſcipulos ſuos dicens. Quem dicũt hoĩes eſſe filium hominis? At illi dixerunt. Alij Iohannẽ Baptiſtã: alij autem Eliam: alij vero Ieremiam: aut vnũ ex prophetis. Dicit illis Ieſus. Vos autem quem me eſſe dicitis? Rñdens Simon Petrus dixit. Tu es Chriſtus filius Dei viui. Reſpondens autem Ieſus dixit ei, Beatus es Simon Bar Iona: quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus qui in cęlis eſt. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus: & ſup hãc petrã ædificabo eccleſiã meã: & portæ inferi non præualebũt aduerſus eam. Et tibi dabo claues cap. 16.

claues regni cœlorũ. Et quodcũque ligaueris super terram, erit ligatũ & in cęlis. Et quodcunque solueris super terram, erit solutũ & in cœlis. Credo.

Mat.16 Offer. Tu es Petrus, & sup hãc petram ædificabo ecclesiam meã: & portæ inferi nõ pręualebũt aduersus eã: & tibi dabo claues regni cœlorum. Secret.

ECclesiæ tuę, quæsumus domine, preces & hostias beati Apostoli tui Petri commendet oratio: vt, quod pro illius gloria celebramus, nobis prosit ad veniam. Per Dominum.

Pro sancto Paulo. Secreta.

APostoli tui Paulĩ precibus Domine, plebis tuæ dona sanctifica, vt, quæ tibi tuo grata sunt instituto, gratiora fiant patrocinio supplicantis.

Pro commemoratione Sanctæ Priscæ. Secreta.

HOstia, q̃sumus Domine, quam in sctõrum tuorũ natalitijs recẽsentes offerimus, & vincula nostræ prauitatis absoluat, & tuæ nobis misericordiæ dona conciliet. Per do.

Præfatio de Aplis. 131. Com. Tu es Petrus: & sup hãc petrã ędificabo eccleſiã meã. Postcõ.

LÆtificet nos Domine munus oblatum: vt sicut in Apostolo tuo Petro te mirabilem prædicamus, sic per illum tuæ sumamus indulgentiæ largitatem. Per Dominũ nostrũ.

Pro sancto Paulo. Postcommu.

SAnctificati dñe salutari mysterio, q̃s: vt pro nobis eius non delit oratio, cuius nos donasti patrocinio gubernari.

Pro comme. S. Priscæ. Postcõm.

QVęsum°, dñe, salutarib° repleti mysterijs: vt cui° solennia celebramus, eius oronibus adiuuemur. Per.

¶ In festo SS. martyrum Marij, Marthæ, Audifacis, & Abacũ. Die 18

Introitus.

VSti epulentur, & exultẽt ĩ cõspectu Dei, & dlectentur in lętitia. ps. 67.

ps. Exurgat Deus & dissipẽtur inimici eius: & fugiãt, qui oderunt eum, à facie eius. ℣. Gloria patri, & filio, &c. Oratio.

EXaudi Domine populum tuum cum sanctorũ martyrum tuorum patrocinio supplicantem: vt, & temporalis vitæ nobis tribuas pace gaudere, & æternæ reperire subsidiũ. Per dominum nostrum Iesum.

Epistola.

Epsa. R ememoramini pristinos. de cõi plurium mar. 276.
Grad. I ustorũ aię in manu Dei sunt: & nõ tãget illos tormẽtũ malitiæ. ℣. Visi sunt oculis insipientium mori: illi autẽ sunt in pace. H aleluiah, haleluiah. ℣. Mirabilis Deus nostер in sanctis suis. Haleluiah.
Si hoc festum venerit post Septuagesimã, dr̃ Tract. de communi plurium mart. 275. Qd̃ & seruat̃ ĩ sequẽtibus festis venientibus post Septuag. vsque ad Dn̄icam Palmarum: nisi p̃prius Tractus assigneť. Euang. Cedente Iesu super montẽ Oliueti. de eodẽ communi. 276.
Offertor. A nima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venantium: laqueus cõtritus est, & nos liberati sumus. Secreta.
PReces dn̄e tuorũ respice, oblationesq̃; fidelium: vt, & tibi gratæ sint pro tuorum festiuitate sanctorum, & nobis conferant tuæ propitiationis auxilium. Per Dominum nost. Cõmu. Dico autem vobis amicis meis: ne terreamini ab his, qui vos persequuntur. Postcõ.
SAnctorũ tuorũ dn̄e ĩtercessione placatus, p̃sta q̃s: vt, q̃ pali celebramus actione, ppetua saluatione capiamus. Per.

¶ In festo SS. martyrũ Fabiani & Sebastiani. Introitus. Die 20.

INtret in cõ spectu tuo Domine gemitus compeditorum: red de vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindica sanguinem sanctorũ tuorum, qui effusus est. Psal. Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam: polluerũt templum sanctum tuum, posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam. ℣. Gloria. Oratio. Ps 87. Ps 78.
INfirmitatem nostram respice oṕs Deus: & quia põdus propriæ actionis grauat: beatorum martyrum tuorum Fabiani & Sebastiani intercessio glorioſa nos protegat. Per dominum nostrum Iesum. Epsa. Sancti per fidem. de communi plurium martyrum. f. 277.
Graduale. G lorioſus Deus in sanctis suis, mirabilis in maiestate, faciẽs prodigia. ℣. Dextera tua domine glorificata est in virtute: dextera manus tua confregit inimicos, H aleluiah, haleluiah. ℣. Sancti tui dominе benedicent te: gloriam regni tui dicent. Haleluiah. Ps 107. Ps 144.
Euangelium. D escendens Iesus

ſus de monte. de eodem communi. fol. 276. Offertorium. Lætamini in domino, & exultate iuſti: & gloriamini omnes recti corde. Secreta.

HOſtias tibi dñe, beatorũ martyrum tuorũ Fabiani, & Sebaſtiani dicatas meritis, benignus aſſume, & ad perpetuum nobis tribue peruenire ſubſidiũ. Per dominũ.

Luc. 6. Cõmu. Multitudo languẽtiũ, & qui vexabantur à ſpiritibus immundis, veniebant ad eum: quia virtus de illo exibat, & ſanabat omnes. Poſtcõmunio.

REfecti participatione muneris ſacri, quęſumus domine Deus noſter: vt, quorum exequimur cultũ, ſentiamus effectum. Per dominũ noſtrũ.

Die 21 ¶ In feſto S. Agnetis virginis, & martyris. Introitus.

ME expectauerunt peccatores, vt perderent me: teſtimonia tua domine intellexi: omnis conſummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis. Pſalmus.

Pſ 118. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

OMps ſempiterne Deus, q̃ infirma mundi eligis, vt fortia quæque confundas: cõcede propitius: vt, qui beatæ Agnetis virginis & martyris tuę ſolẽnia colimus, eius apud te patrocinia ſentiamus. Per. Epiſtola. Confitebor tibi domine rex. de communi virginum & martyrum. fol. 285. Gradua. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum. ℣. Propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. Haleluiah, haleſah. ℣. Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lãpadibus: media autem nocte clamor factus eſt: Ecce ſpõſus venit: exite obuiam Chriſto domino. Haleluiah. Euangelium. Simile eſt regnum cęlorum decem Virginibus. de eodem communi. folio 285. Offertorium. Afferentur regi virgines poſt eam: proximę eius afferentur tibi in lętitia, & exultatione: adducentur in templum regi domino. Secreta.

HOſtias domine, quas tibi offerimus, propitius ſuſcipe: & intercedente beata Agnete virgine & martyre tua, vincula peccatorum noſtrorũ abſolue. Per dominum noſt.

Commu.

Matth. 25. Cõmu. Quinq; prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus est: ecce, spõsus venit: exite obuiam Christo Dño. Postcõmu.

REfecti cibo potuq; cęlesti Deus noster, te supplices exoramus: vt in cuius hæc cõmemoratione pcepimus, muniamur & precibus. Per Domi.

Die 22 ¶ In festo SS. martyrum Vincẽtij, & Anastasij. Missa. Intret in cõspectu. de cõi plurium martyrum. f. 274. excepta oratione, quæ dicitur vt infra. Oro.

ADesto, quæsumus Dñe, supplicationibus nostris: vt qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus beatorũ martyrum tuorũ Vincẽtij & Anastasij intercessione liberemur. Per do. Secre.

MVnera tibi Domine nr̃ę deuotionis offerimus: q̃ & pro tuorũ tibi grata sint honore iustorum, & nobis salutaria te miserante reddantur. Per Dominum. Postcommun.

QVæsumus ops Deus: vt q̃ cęlestia alimenta percepimus, ĩtercedẽtibus beatis martyribus tuis Vincentio & Anastasio, per hæc cõtra oĩa aduersa muniamur. Per d.

¶ In festo S. Emerentianæ virginis martyris dicitur Missa. Me expectauerũt peccatores. 285. Die 23

¶ Sancti Timothęi episcopi & martyris. Introitus. Die 24

STatuit ei Dñs testamentũ pacis, & principem fecit eum, vt sit illi sacerdotij dignitas in ęternũ. ps. Memẽto Dñe Dauid, & oĩs mansuetudinis ei⁹. ℣. Gloria. Oro. Ps 131.

INfirmitatem nostram respice omnipotens Deus: & qa pondus propriæ actionis grauat, beati Timothæi martyris tui atque pontificis intercessio glorioſa nos protegat. Per Dominum nostrum Iesum Chm̃ filium tuum: Qui tecum, &c.

Lcto Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Timothæum. 1. cap. 6

CAriſſime: Sectare iustitiã, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei, apprehende vitã æternã, in qua vocatus es, & confessus bonam confessionẽ corã multis testibus. Præcipio tibi corã Deo, qui viuificat oĩa: & Chro Iesu, qui testimonium reddidit

sub

sub Pontio Pilato bonam confessionẽ, vt serues mandatũ sine macula, irreprehensibile, vsque in aduentum dñi nr̃i Iesu Christi, quem suis tpibus ostendet beatus, & solus potens, rex regum, & dñs dominantium: qui solus hẽt immortalitatẽ, & lucem habitat inaccessibilẽ: quẽ nullus hominum vidit, sed nec videre potest: cui honor, & imperium sempiternum. Amen.

ps 88. Gradua. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum, manus enim mea auxiliabit ei: & brachium meum confortabit eum. ℣. Nihil ꝓficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocebit ei. Haleluiah, haleluiah.

ps 109. ℣. Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinẽ Melchisedech, Haleluiah. Si dicẽdus sit tract. requiraʒ in cõi vnius mart. põt. Desideriũ aĩæ. 269. Euang. Si quis venit

ps 88. ad me. f. 269. Offertoriũ. Veritas mea, & misericordia mea cũ ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

HOstias tibi Domine beati Timothæi martyris tui atque põtificis dicatas meritis benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per dominum no. Communio. Semel iuraui in

ps 88. sancto meo, semen eius in æternum manebit: & sedes eius, sicut Sol in conspectu meo, & sicut Luna perfecta in æternum: & testis in cęlo fidelis. Postcõ.

REfecti participatione muneris sacri, quæsumus, domine Deus noster: vt beati Timothęi martyris tui atq; põtificis cuius exequimur cultũ sentiamus effectum. Per dominũ.

¶ In Conuersione S. Pauli Apostoli. Introitus.

Die 2 Ti

SCio cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diẽ, iustus iudex. Psal.

ps 138. Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. ℣. Gloria. Oratio.

DEus qui vniuersum mundum beati Pauli Apli pdicatione docuisti: da nobis, qs: vt qui eius hodie conuersionẽ colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per Dominum.

Et fit commemoratio de Sancto Petro. Oratio.

DEus, qui beato Petro Apostolo tuo, collatis clauib' regni cœlestis, animas ligandi,

atque

tque soluendi pontificium tra
lidisti:concede, vt intercessio-
is eius auxilio, a p̃ctōrū nr̃ōrū
exibus liberemur. Qui viuis.

Lectio Actuum Apostolorum.

IN diebus illis:Saulus adhuc
spirás minarum & cædis in
iscipulos Domini, accessit ad
rincipem sacerdotum, & pe-
jt ab eo epistolas in Dama-
cum ad synagogas: vt si quos
nueniſſet huius viæ viros ac
ulieres, vinctos perduceret
Ierusalem. Et cum iter fa-
eret, contigit vt appropinqua
t Damasco, & subito circun-
lsit eum lux de cœlo: & ca-
ens in terram, audiuit vocem
icentem sibi. Saule, Saule,
uid me persequeris? Qui di-
t. Quis es Domine? Et ille.
go sum Iesus, quem tu perse-
ueris. Durum est tibi contra
mulum calcitrare. Et tre-
ens,ac stupens, dixit. Domi-
e quid me vis facere? Et Do-
inus ad eum.Surge, & ingre-
re ciuitatem: & dicetur tibi
uid te oporteat facere.Viri au
m illi qui comitabantur cū
stabant stupefacti, audien-
s quidem vocem, neminem
tem videntes.Surrexit autem
ulus de terra. Apertisque
culis nihil videbat. Ad ma-
nus autem illum trahentes, in-
troduxerunt Damascum. Et
erat ibi tribus diebus non vi-
dens: & non manducauit, ne-
que bibit. Erat autem quidam
discipulus Damasci, nomine
Ananias:& dixit ad illum in vi
su Dominus. Anania. At ille
ait.Ecce ego,Domine.Et Domi
nus ad illum. Surge, & vade
in vicum qui vocatur Rectus:
& quære in domo Iudæ Sau-
lum nomine Tharsensem. Ec-
ce enim orat. (Et vidit virum
Ananiam nomine introeuntē,
& imponentem sibi manus, vt
visum recipiat.)Respondit au-
tem Ananias. Domine audiui
à multis de viro hoc quāta ma-
la sanctis tuis fecerit in Ieruſa-
lem. Et hic habet potestatem à
principibus sacerdotum, alli-
gandi omnes, qui vocant no-
men tuum. Dixit autem ad
eum Dominus. Vade, quoniā
vas electionis mihi est ille, vt
portet nomen meum coram
gentibus, & regibus, & filijs
Israel. Ego enim ostendam il-
li,quanta oporteat eum pro no
mine meo pati. Et abijt Ana-
nias,& introiuit in domum:&
imponens ei manus,dixit. Sau
le frater, Dominus Iesus misit
me qui apparuit tibi in via,

qua.

qua veniebas: vt videas, & implearis spiritu sancto. Et confestim ceciderunt ab oculis eius tanquam squammæ: & visum recepit. Et surgẽs baptizat⁹ est. Et cum accepisset cibũ, cõfortatus est. Fuit aũt cum discipulis qui erãt Damasci, per dies aliquot. Et continuo ingressus in synagogas, prædicabat Iesum: quoniam hic est filius Dei. Stupebant aũt oẽs qui eũ audiebãt & dicebãt. Nonne hic est, qui expugnabat in Ierusalem eos, qui inuocabãt nomen istud? & huc ad hoc venit, vt vinctos illos duceret ad principes sacerdotũ? Saulus aũt multo magis conualescebat, & confundebat Iudæos qui habitabant Damasci: affirmans quoniam hic
Gal.1. est Christus. Grad. Qui operatus est Petro in apostolatu, operatus est & mihi inter gẽtes, & cognouerũt gratiam Dei, quę data est mihi. ℣. Gratia Dei in me vacua nõ fuit: sed gratia eius semper in me manet. Ha-
Act.9. leluiah, haleluiah. ℣. Tu es vas electionis sancte Paule apostole: ora pro nobis. Haleluiah.

Tractus sequens dicitur: si hoc festum venerit post Dominicam Septuagesimæ.

Tu es vas electionis sancte Paule apostole: vere digne es glorificandus. ℣. Prædicator veritatis, & doctor gentium in fide, & veritate. ℣. Per te omnes gentes cognouerunt gratiam Dei. ℣. Intercede pro nobis ad Deum, qui te elegit.

Sequentia sancti Euangeli secundùm Matthæum. cap.19

IN illo tempore: Dixit Simon Petrus ad Iesum. Ecce, nos reliquimus omnia & secuti sum⁹ te: quid ergo erit nobis? Iesus autẽ dixit illis. Amẽ dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione, cũ sederit filius hominis ĩ sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros, ꝓpter nomẽ meum: cẽtuplũ accipiet, & vitam æternam possidebit. dr
C redo. Offertor. Mihi autem Ps.138 nimis honorificati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Secreta.

APostoli tui Pauli ꝓcibus, domine plebis tuæ dona sanctifica: vt, quę tibi tuo grata sunt instituto, gratiora fiãt patrocinio supplicantis. Per do.

Pro

Pro ſancto Petro. Secreta.

ECcleſiæ tuæ, q̃s dñe, preces & hoſtias beati Apoſtoli ui Petri cõmendet oratio: vt, quod pro illius gloria celebramus, nobis proſit ad veniã. Per. Præfatio de Apoſtolis. fo. 131. Cõmunio. Amen dico vobis: quòd vos q̃ reliquiſtis omnia, & ſecuti eſtis me, centuplum ccipietis, & vitam æternam oſſidebitis. Poſtcommunio.

SAnctificati domine ſalutari myſterio, quæſumus: vt pro obis eius non deſit oro, cuius os donaſti patrocinio guberari. Per dominum noſtrum.

Pro ſancto Petro. Poſtcommu.

LÆtificet nos domine munus oblatum: vt ſicut in Apoſtolo tuo Petro te mirabilem prædicamus, ſic per illum uæ ſumamus indulgentiæ largitatem. Per dominum noſtrũ.

¶ Sancti Polycarpi Epiſcopi & martyris. Introitus.

SAcerdotes Dei benedicite dominum: ſancti & humiles corde laudate Deum. Pſal. Benedicite omnia opera domini domino: laudate, & ſuperexaltate eum in ſæcula. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui nos beati Polycarpi martyris tui atque pontificis, annua ſolennitate lætificas, concede propitius: vt, cuius natalitia colimus, de eiuſdẽ etiam protectione gaudeamus. Per dominum noſtrũ.

Lectio epiſtolæ beati Iohannis Apoſtoli. cap. 3.

CAriſſimi: Omnis qui non eſt iuſtus, non eſt ex Deo, & qui non diligit fratrem ſuũ. Quoniam hæc eſt annunciatio, quam audiſtis ab initio: vt diligatis alterutrum. Non ſicut Cain, qui ex maligno erat: & occidit fratrem ſuum. Et propter quid occidit eum? Quoniam opera eius maligna erãt: fratris autem eius, iuſta. Nolite mirari, fratres, ſi odit vos mundus. Nos ſcimus, quoniã tranſlati ſumus de morte ad vitam: quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Et ſcitis, quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in ſe manentem. In hoc cognouimus charitatem Dei: quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere.

Graduale. G loria & honore coronaſti eum. ℣. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum Domine.

H aleluiah, haleluiah. ℣. Hic eſt ſacerdos, quem coronauit Dominus, haleluiah.

Tractus ſi dicendus ſit, de communi vnius martyris pontificis. B eatus vir qui. folio 270.

Euangelium. S i quis vult venire poſt me. de communi vnius martyris põtificis. 270.

Offertorium. I nueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eũ.

Secreta.

M Vnera tibi Domine dicata ſanctifica: & intercedente beato Policarpo martyre tuo atq; pontifice, per eadem nos placatus intende. Per dñm noſtrum Ieſum Chriſtũ.

Communio. P oſuiſti Domine in capite eius coronam de lapide pretioſo.

Poſtcommunio.

H Æc nos communio Dñe purget à crimine: & intercedẽte beato Policarpo martyre tuo atque pontifice, cœleſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per dominum noſtrum.

¶In feſto S. Iohannis Chryſoſtomi epi, & cõfeſſoris. Introit.

IN medio Eccleſię aperuit os ei⁹, & impleuit eũ Dominus ſpiritu ſapientiæ, & intellectus: ſtolam gloriæ induit eum. Pſal. Bonum eſt confiteri Domino: & pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Gloria patri.

Oratio.

E Cclesiam tuam, quęſumus domine, gratia cœleſtis amplificet: quam beati Iohannis Chryſoſtomi cõfeſſoris tui atque pontificis, illuſtrare voluiſti glorioſis meritis, & doctrinis. Per dominũ noſtrum. &c.

Epiſtola. T eſtificor. de communi Doctorũ. 281. Graduale. E cce ſacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo. ℣. Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legem excelſi.

H aleluiah, haleluiah. ℣. Beatus vir, qui ſuffert tẽtationem: quoniã cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, haſah.

Poſt Septuageſimam. Tractus. B eatus vir, qui timet dominũ. de communi Doctorum. 281.

Euangeliũ. V os eſtis ſal terræ. de eodem communi. fol. 281.

Et dicitur C redo in vnum.

Offer-

Offerto. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus, quæ ī Libano est, multiplicabitur. Secreta.

SAncti pontificis tui Iohannis Chrysostomi nobis domine pia non desit oratio: quę & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgẽtiam semper obtineat. Per dominum.

Communio. Fidelis seruus, & prudens, quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcommunio.

VT nobis domine tua sacrificia dent salutem: beatus Iohannes Chrysostomus pontifex tuos, & doctor egregius, quæsumus, precator accedat. Per dominum nostrum.

In festo S. Agnetis secundo.

Introitus.

VVltrum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis, adducentur Regi virgines post eā: proximæ ius adducentur tibi in lætitia, & exultatione. ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui uos annua beatæ Agnetis virginis & martyris tuæ solennitate lætificas, da quæsumus: vt, quam veneramur officio, etiam piæ conuersationis sequamur exẽplo. Per dominum. Epist. Qui gloriatur. de cõi Virginum. 286.

Grad. Specie tua, & pulchritudine tua intende, prospere procede, & regna. ℣. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. Haleluiah, haleluiah. ℣. Adducentur regi virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi in lætitia, halah. Post Septuagesimã. Tractus. Audi filia. de cõi virginum. fol. 287. Euangelium. Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro. de eodem communi. fol. 289.

Offert. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum, & in sæculum sæculi. Secreta.

SVper has, quæsumus Dñe, hostias benedictio copiosa descendat: quæ & sanctificationem nobis clementer operetur: & de martyrum nos solennitate lætificet. Per dominũ.

Cõmunio. Simile est regnum cœlorum homini negotiatori quærẽti bonas margaritas: inuenta autem vna pretiosa margarita,

Cõmu. Frumẽtũ Christi sum, dentibus bestiarũ molar, vt panis mundus inueniar. Postcõ.

HÆc nos communio Dñe purget à crimine: & intercedente beato Ignatio martyre tuo atque pontifice: cęlestis remedij faciat esse consortes. Per.

Die 1. ¶ In festo Purific. Beatæ Mariæ.

¶ Si hoc festũ venerit in Dñicis Septuagesimæ, Sexagesimæ, & Quinquagesimæ, fit tantum candelarum benedictio, distributio, & processio, & dicitur Missa de dominica: Missa verò festi transfertur in sequẽtẽ diẽ.

¶ Finita tertia, Sacerdos indutus pluuiali violaceo, vel sine casula, cum ministris indutis procedit ad benedicendum cãdelas in medio ante altare positas, dicendo. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

DOmine sancte, pater omnipotens, æterne Deus, qui omnia ex nihilo creasti: & iussu tuo per opera apum, hũc liquorem ad perfectionem cerei euenire fecisti: & qui hodierna die petitionẽ iusti Simeonis implesti: te humiliter dęprecamur: vt has candelas ad vsus hominum, & sanitatem corporum, & animarũ, siue in terra, siue ĩ aquis, per inuocationem tui sanctissimi nominis, & per intercessionẽ beatæ Mariæ semper virginis, cuius hodie festa deuote celebrantur: & per preces omnium sanctorum tuorum, bene ✠dicere, & sancti ✠ficare digneris: & huius plebis tuę, quæ illas honorifice in manib⁹ desiderat portare, teq́; cantãdo laudare, exaudias voces de cœlo sctõ tuo, & de sede maiestatis tuæ, & propitius sis omnib⁹ clamantibus ad te: quos redemisti pretioso sãguine filij tui. Qui tecum. O remus. Oratio.

OMnipotẽs sẽpiterne De⁹: qui hodierna die vnigenitum tuum vlnis sancti Simeonis in templo sancto tuo suscipiẽdum prędestinasti: tuam supplices deprecamur clementiã: vt has candelas, quas nos tui famuli, in tui nominis magnificentia susscipientes, gestare cupimus luce accensas: be ✠nedicere, & sancti ✠ficare, atq; lumine supernæ benedictionis accendere digneris: quatenus eas tibi domino Deo nostro offerendo, digni, & sancto igne dulcissimæ charitatis tuæ succensi, in templo sancto gloriæ tuę repręsentari mereamur. Per eundem. ℟. Amen. Oremus.

DOmine Iesu Christe, lux vera, q illuminas omnẽ hominem venientem in hunc mundum, effunde bene ✠ dictionem tuã super hos cereos: & sãcti ✠ fica eos lumine gratiæ tuę: & concede propitius: vt sicut hæc luminaria igne visibili accẽsa, nocturnas depellunt tenebras: ita corda nostra inuisibili igne, id est, sancti spiritus splendore, illustrata, omniũ vitiorum cęcitate careãt: vt purgato mẽtis oculo, ea cernere possimus, quę tibi sũt placita, & nostrę saluti sunt vtilia: quatenus post huius sęculi caliginosa discrimina: ad lucẽ indeficientem peruenire mereamur: Per te Christe Iesu saluator mundi, qui in Trinitate perfecta viuis & regnas, Deus per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen. Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, qui per Moysen famulũ tuũ purissimũ olei liquorem ad luminaria ante cõspectum tuum iugiter concremãda præparari iussisti: benedictionis tuæ gratiã super hos cereos benignius infunde: quatenus sic administrent lumen exterius, vt, te donate, lumen spiritus tui nostris non desit mẽtibus interius. Per dominũ. in vnitate eiusd. ℟. Amẽ. Ore.

DOmine Iesu Christe: qui hodierna die ĩ nostrę carnis substantia inter homines apparens, à parentibus in templo es præsentatus: quẽ Simeõ venerabilis senex, lumine spiritus tui irradiatus, agnouit, suscepit, & benedixit: pręsta propitius: vt eiusdem spiritus sctĩ gratia illuminati, atque edocti, te veraciter agnoscamus, & fideliter diligamus: Qui viuis & regnas in vnitate eiusdem spiritus sancti. ℟. Amen.

¶ Completa benedictione, celebrans aspergit candelas aqua benedicta, & adolet incẽso: deinde dignior ex clero accedit ad altare, & ab eo celebrans accipit candelam accensam, non genuflectens, nec osculans manum illius. Postea celebrans distribuit candelas accensas: primum digniori à quo ipse acceperat: deinde Diacono & Subdiacono paratis, & alijs per ordinem: omnibus genuflectẽtibus, & manum celebrantis osculantibus exceptis prælatis, vbi aderunt. Et cum inceperit distribuere, à Choro cantantur Aña. Lumen ad reuelationem gentium: & gloriam plebis tuę Israel.

Israel. Canticũ. Nunc dimittis. Ita quòd post quẽlibet versum Cantici, & post Gloria patri. & Sicut erat. repetatur tota Aña. Lumen ad reuelationem. His expletis cantatur Antiph.

IXurge Domine, adiua nos: & libera nos propter nomen tuũ. Psal. Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annunciauerunt nobis. ℣. Gloria pri. Itẽ repetitur Exurge Domine. Deinde dicat sacerdos. Oremꝰ. Et diaconus. Flectamꝰ genua. ℟. Leuate. Si tamen infra Septuagesimam cueneri. Oratio.

EXaudi, quæsumus, Dñe, plebem tuã, & quæ extrinsecus annua tribuis deuotione venerari, interius assequi gratiæ tuæ luce concede. Per Dominum nostrum. ℟. Amen. Deinde fit processio, Posito in thuribulum incenso per celebrãtem præcedit thuriferarius cũ thuribulo fumigante: deinde deferens crucem medius inter duos accolytos cum candelabris accensis, sequitur clerus per ordinem, vltimo celebrans cum ministris, in paramentis violaceis, omnes cum candelis accensis, & interim cantantur antiphonę sequentes. Aña. Adorna thalamum tuum Siõ, & suscipe regem Christũ: amplectere Mariam, quę est cœlestis porta: ipsa enim portat regem gloriæ noui luminis: subsistit virgo, adducens manibus filium, ante luciferum genitũ: quem accipiens Simeon in vlnas suas, prædicauit populis, dñm eum esse vitæ & mortis, & saluatorem mundi. Alia Aña. Responsum accepit Simeon à spiritu sancto non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini: & cum inducerent puerum in templum, accepit eum in vlnas suas: & benedixit Deum, & dixit, Nunc dimittis seruum tuum domine in pace. ℣. Cum inducerẽt puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo: ipse accepit eum in vlnas suas.

Et ingrediendo Ecclesiam, cantatur ℟. Obtulerunt pro eo domino, par turturum: aut duos pullos columbarum. Sicut scriptum est in lege Domini. ℣. Postquã impleti sunt dies purgationis Mariæ, secundum legem Moysi, tulerunt illum in Ierusalem: vt sisterent eum domino. Sicut scriptum. ℣. Gloria patri. Sicut scriptum.

¶Finita Processione, celebrans & Ministri depositis violaceis accipiunt paramenta alba pro Missa.

IN FESTO Purificationis Beatæ Mariæ.

Introitus.

SVscepimns Deus misericordiam tuam in medio templi tui, secundùm nomen tuum Deus, ita & laus tua in fines terræ: iustitia plena est dextera tua. ℘s. ℘s 47. Magnus dominus & laudabilis nimis: in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. ℣. Gloria patri, & filio, & spi. Oratio.

OMnipotẽs sẽpiterne Deus maiestatem tuam supplices exoramus, vt, sicut vnigenitus filius tuus hodierna die cum nostræ carnis substãtia in templo est præsentatus, ita nos facias purificatis tibi mentib⁹ præsentari. Per eundem dñm.

Lectio Malachiæ Prophetæ. cap. 3

HÆc dicit dominus Deus. Ecce ego mitto angelum meum: & præparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum sanctum suũ dominator, quem vos quæritis: & angelus testamenti, quẽ vos vultis. Ecce venit, dicit dominus exercituum. Et quis poterit cogitare diem aduentus eius? Et quis stabit ad videndũ eum? Ipse enim quasi ignis cõflans, & quasi herba fullonum. Et sedebit conflans, & emundans argentum: & purgabit filios Leui: & colabit eos quasi aurum, & quasi argentum: & erunt domino offerentes sacrificia in iustitia. Et placebit domino sacrificium Iuda, & Ierusalem, sicut dies sæculi, sicut anni antiqui. Dicit dominus omnipotens. Graduale.

S uscepimus Deus misericordiam tuam in medio tẽpli tui, secundùm nomen tuum Deus, ita & laus tua in fines terræ. ℣. Sicut audiuimus, ita & vidim⁹ in ciuitate Dei nostri, in mõte sctõ eius. H aleluiah, haʃah. ℣. Senex puerum portabat, puer autem senem regebat. Haʃah. ℘s 47.

Sequens Tractus dr̃, si hoc festũ venerit post dñicã Septuag.

Tra-

Tractus. Nunc dimittis seruũ tuũ Dñe, secundùm verbũ tuũ, in pace. ℣. Quia viderũt oculi mei salutare tuum. ℣. Quod parasti ante faciem omnium populorum. ℣. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam.

IN illo tempore: Postquã impleti sunt dies purgationis Mariæ secũdùm legem Moysi: tulerunt Iesum in Ierusalem, vt sisterent eum domino, (sicut scriptum est in lege Domini. Quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Dño vocabitur.) Et vt darent hostiã secundùm quod dictum est in lege Domini, par turturũ, aut duos pullos columbarum. Et ecce, homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon: & homo iste iustus, & timoratus, expectans consolationem Israel: & spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat à spiritu sancto, non visurũ se mortem, nisi prius videret Christum domini. Et venit in spiritu in tẽplum. Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundùm consuetudinẽ legis pro eo: & ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit Deum, & dixit. Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundùm verbum tuum, in pace. Quia viderunt oculi mei, salutare tuũ. Quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel. Credo in vnum Deũ.

Offertorium. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum, & in sæculum sæculi. Ps 44.

Secreta.

EXaudi Dñe preces nostras: & vt digna sunt munera, q̃ oculis tuæ maiestatis offerim⁹, subsidium nobis tuæ maiestatis impende. Per dominum.

Præfatio de Natiuit. Dñi. 124.

Commu. Responsum accepit Simeon à spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi videret Christum domini. Luc. 2. Postcõ.

QVæsumus domine Deus noster: vt sacrosãcta mysteria, quæ pro reparationis nostræ munimine cõtulisti, intercedẽte beata Maria semper virgine, & præsens nobis remedium esse facias, & futurum. Per dominum nostrũ.

¶ S. Blasij epi & martyris, Missa. Die 3.

SAcerdotes Dei vt in commu-ui vnius martyris pontifi- 269.

¶ In

Die 5. ¶ In festo sanctę Agatę virginis & martyris. Introitus.

GAudeam⁹ oēs in Dño diem festum celebrantes, sub honore btē Agathæ martyris, de cuius passione gaudent angeli, & collaudāt filium Dei. Psal. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, & filio. Ps 44.

Oratio

DEus, qui inter cętera potētiæ tuæ miracula, etiam in sexu fragili victoriam martyrij contulisti: cōcede propitius: vt, qui beatæ Agathæ virginis & martyris tuæ natalitiæ colimus, per eius ad te exępla gradiamur. Per Dominum nostrū.

Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios. 1. ca. 1.

FRatres: Videte vocationem vestram: quia non multi sapientes secundum carnem, nō multi potentes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt, destrueret: vt nō glorietur omnis caro in conspectu eius. Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu: qui factus est nobis sapiētia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio: quemadmodum scriptum est, qui gloriatur, in Domino glorietur. Graduale.

ADiuuabit eā Deus vultu suo: Deus in medio eius non cōmouebitur. ℣. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei: sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Haleluiah, haleluiah. ℣. Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum, & non confundebar. Haleluiah. Ps 45.

Post Septuagesimam. Tractus.

QUi seminant in lacrymis, in gaudio metent. ℣. Euntes ibāt & flebant, mittētes semina sua. ℣. Venientes autem venient cū exultatione portātes manipulos suos. Ps 125.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Matthæum. cap. 19

IN illo tempore: Accesserunt ad Iesum Pharisæi, tentantes eum, & dicentes, Si licet homini dimittere vxorem suam ex quacunque causa? Qui respondens, ait eis. Non legistis: quia qui fecit hominem ab initio, masculum, & fœminam fecit eos? Et dixit: Propter hoc, dimittet homo patrem & matrē, & adhærebit vxori suæ, & erūt duo in carne vna. Itaq; iam non

sunt

ūnt duo, ſed vna caro. Quod ergo Deus cōiunxit, homo nō ęparet. Dicunt illi. Quid ergo Moyſes mandauit dari libellū ępudij, & dimittere? Ait illis. Quoniam Moyſes ad duritiā cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras: ab initio autem non fuit ſic. Dico autē vobis: quia quicunq; dimiſerit vxorem ſuā, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, męchatur: & qui dimiſſam duxerit, mœchatur. Dicunt ei diſcipuli eius. Si ita eſt cauſa hominis cum vxore, non expedit nubere. Qui dixit illis. Non omnes capiunt verbum iſtud: ſed quibus datum eſt. Sunt enim eunuchi, qui de matris vtero ſic nati ſunt: & ſunt eunuchi, qui facti ſunt ab hominibus: & sūt eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerūt propter regnū cœlorū. Qui poteſt capere capiat. Offer.

Afferentur Regi virgines poſt eam: proximæ eius afferentur tibi. Secreta.

SVſcipe Domine munera, quæ in beatæ Agathæ virginis & martyris tuæ ſolennitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per dominum noſtrū Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum. Cōm. Qui me dignatus eſt ab oī plaga curare, & mammillam meā meo pectori reſtituere ipſum: inuoco Deū viuū. Poſtcō.

AVxiliētur nobis dñe ſumpta myſteria: & intercedēte beata Agatha Virgine, & martyre tua: ſempiterna nos protectione cōfirment. Per do.

¶ Sanctæ Dorotheæ virginis & martyris, Miſſa. Me expectauerunt. in cōi virg. & mart. 285. Die 6.

¶ Sanctæ Apolloniæ virg. & m̄. Miſſa. Loquebar de teſtimonijs tuis. in cōi virg. & m̄. 284. Die 9.

¶ Sancti Valentini presbyteri, & marty. Miſſa. In virtute tua Dñe. de cōi vnius marty. 270. præter orationem, quæ dicitur vt infra. Oratio. Die 14.

PRęſta quęſumus omnipotēs Deus: vt qui beati Valentini martyris tui natalitia colimus, à cūctis malis imminentibus eius interceſſione liberemur. Per dominum noſtrum. Secreta.

OBlatis, quæſumus Dñe, placare muneribꝰ: & intercedēte beato Valentino martyre tuo, à cunctis nos defende periculis. Per dñm. Poſtcōmu.

SIt nobis Dñe reparatio mentis & corporis cœleſte myſterium: vt cuius exequimur actionem,

actionem, sentiamus effectum. Per dominũ nostrum Iesum.

Die 15 ¶ Sanctorum martyrum Faustini, & Iouitę, Missa. Salus autem iustorum. vt in communi plurium martyrum. fol. 276.

Die 18. ¶ Sancti Simeonis episcopi & martiris, Missa. Statuit ei Dominus. de cõmuni vnius martyris pontificis. folio 268.

Die 22 ¶ In cathedra Antiochena sancti Petri Apostoli, omnia dicuntur sicut in festo Cathedræ Romanæ. folio 204.

Die 23 vel 24. ¶ In vigilia S.Matthiæ, Missa. Ego autem sicut oliua fructificaui. in cõi Apostolorũ. 268. Si hæc vigilia venerit in Quadragesima, fit de ea tantũ cõm.

Die 24 vel 25. ¶ In festo S. Matthiæ Apostoli. Introitus.

MIhi autem nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. ps. Dñe probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. ℣. Gloria patri, & filio, & spirit. Oratio.

ps 138.

DEus, qui beatum Matthiã Apostolorum tuorũ collegio sociasti: tribue, quęsum9: vt eius interuentione, tuæ circa nos pietatis semper viscera sentiamus. Per dominum no.

Lectio Actuum Apostolorum. cap.1.

IN diebus illis: Exurgens Petrus in medio fratrũ, dixit. (Erat autem turba hominum simul, fere centũ viginti.) Viri fratres, oportet impleri scripturam, quã prædixit spiritus sanctus per os Dauid, de Iuda, qui fuit dux eorũ, qui comprehenderunt Iesum: qui cõnumeratus erat in nobis, & sortitus est sortem ministerij huius. Et hic quidẽ possedit agrum de mercede iniquitatis: & suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius. Et notum factum est omnibus habitantibus Ierusalem: ita vt appellaretur ager ille, lingua eorum haceldema, hoc est, ager sanguinis. Scriptum est enim in libro Psalmorum. Fiat commoratio eius deserta: & non sit qui habitet in ea, & episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt cõgregati, in omni tempore quo intrauit & exiuit inter nos dominus Iesus, incipiẽs à baptismate Iohannis, vsque in diem qua assumptus est à nobis, testẽ resurrectionis eius nobiscũ

fieri

fieri vnum ex istis. Et statuerũt duos, Ioseph, qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est iustus, & Matthiam. Et orãtes dixerunt. Tu domine, qui nosti corda omnium, ostende quem elegeris ex his duobus vnum, accipere locum ministerij huius & apostolatus, de quo præuaricatus est Iudas, vt abiret in locum suum. Et dederunt sortes eis, & cecidit sors super Matthiam, & annumeratus est cum vndecim Apostolis. Graduale.

Ps 138. Nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum.

℣. Dinumerabo eos: & super arenam multiplicabuntur.

Ps 110. Tractus. Deliderium animæ eius tribuisti ei: & voluntate labiorum eius nõ fraudasti eũ.

℣. Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis.

℣. Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

Sequentia sancti euangelij secundùm Matthæum.

Cap. 11. IN illo tempore respondens Iesus dixit. Confiteor tibi pater, domine cœli & terræ: quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater: quoniã sic placitum fuit ante te. Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Et nemo nouit filium, nisi pater: neque patrem quis nouit, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me: quia mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris: Iugum enim meum suaue est: & onus meum leue. Credo.

Offertorium. Constitues eos principes super omnem terrã: memores erunt nominis tui domine, in omni progenie & generatione. Ps 44. Secreta.

HOstias tibi domine, quas nomini tuo sacrãdas offerimus, sancti Matthiæ prosequatur oratio: per quam nos expiari facias, & defendi. Per. Præfatio de Apostolis fol. 131.

Communio. Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes: iudicantes duodecim tribus Israel. Mat. 19 Postcommunio.

PRæsta, quæsumus omnipotẽs Deus: vt per hæc sancta q̃ sumpsimus, interueniẽte beato Matthia apostolo tuo, veniam consequamur, & pacem. Per dominum nostrum.

MAR-

MARTII FESTA.

Die 7. ¶ In festo S. Thomæ de Aquino. Introitus.

Ecc. 15.

IN medio Ecclesię aperuit os eius: & impleuit eũ dominus spiritu sapientię, & intellectus stolam glorię

ps 9. induit eum. ps. Bonum est cõfiteri domino: & psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria. Oro.

DEus, qui ecclesiam tuam beati Thomę confessoris tui mira eruditione clarificas, & sancta operatione fęcundas: da nobis, qs, & quę docuit, intellectu conspicere, & quę egit imitatione complere. Per dñm. Secunda oratio de feria: tertia Pro cõmemo sanctarũ martyrũ Perpetuæ, & Felicitatis. Oro. Da nobis quęsumus Domine, sanctarum martyrum tuarum. Cum sua secreta, & Postcommunione, vt in communi non virginum. fol. 288. Epistola. Iustus cor suum tradet. f. 282.

ps 36. Graduale. Os iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex Dei eius in corde ipsius, & non supplantabuntur gressus eius. Tractus. Beatus vir, qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria, & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in sęculum sæculi. Euangelium. Vos estis sal terræ. folio 281. Credo. Offerto. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus, quę in Libano est, multiplicabitur. Secreta.

ps 91. SAncti Thomę confessoris tui atque doctoris nobis domine pia non desit oratio: quę & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per do. Cõmu. Fidelis seruus, & prudens: quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcommunio.

VT nobis dñe tua sacrificia dent salutẽ: beatus Thomas confessor tuus, & doctor egregius, quæsumus, precator accedat. Per dominum nostrũ.

Die 9. ¶ In festo sanctorum Quadraginta Martyrum. Introitus.

Lamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. ps. Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius

ps 33.

in

i ore meo. ℣. Gloria pri. Oro.

Ræſta,q̃s op̃s Deus: vt,qui glorioſos martyres, fortes i ſua cõfeſſione cognouimus, ios apud te in nr̃a interceſſio- e ſentiamus.Per. Epſa. Sancti er fidẽ. de cõi plur. mar. 277. Grad. Ecce quã bonũ, & quã ucundum, habitare fratres in num. ℣. Sicut vnguentum in apite: quod deſcendit in bar- am,barbam Aaron. Tractus. Qui ſeminant in lacrymis: in audio metent. ℣. Euntes ibãt, & flebant: mittentes ſemina ua. ℣. Venientes autẽ venient um exultatione,portantes ma ipulos ſuos. Euãg. Deſcendẽs es⁹ de mõte. de eodẽ cõi. 276. Offerto. Lętamini in domino, & exultate iuſti: & gloriamini nes recti corde. Secreta.

Acrificijs pręſentibus,quę- ſumus dñe, ĩtẽde placatus: t intercedentibus ſanctis mar yribus tuis, & deuotioni no- træ proficiant,& ſaluti.Per do. Cõmu. Quicũq; fecerit volun- atem patris mei, qui in cœlis ſt: ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt,dicit Dñs. Poſtcõ.

Væſumus omp̃s Deus: vt illius ſalutaris capia- mus effectũ:cui⁹ p hęc myſteria pignus accepim⁹. Per.

¶ In feſto S. Gregorij papæ, & cõf.doctoris Eccliæ. Introitus. Die 12.

SAcerdotes Dei benedicite Dñm: ſancti & humiles corde laudate Deũ. Da. 3. ps. Benedicite omnia opera domini domino: laudate, & ſuperexaltate eum in ſæcula. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui animæ famuli tui Gregorij,æternæ beatitudinis pręmia contuliſti:cõcede propitius:vt qui peccatorum noſtrorum pondere premimur, eius apud te precibus ſubleuemur.Per dominum no. Epiſtola. Teſtificor corã Deo. de communi Doctorum. 281. Graduale. Iurauit dñs, & non pœnitebit eum, tu es ſacerdos in æternum,ſecundùm ordinẽ Melchiſedech. ℣. Dixit dominus domino meo: ſede à dextris meis. Tractus. Beatus vir, qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria,& diuitiæ in domo eius: & iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi. Euangeliũ. Vos eſtis ſal terrę. 281. Credo.

ps 109. ps 111.

Offer-

ps 8. Offert. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & ī noīe meo exaltabit cornu eius. Secr.

ANnue nobis, quæsumus Domine: vt intercessione beati Gregorij hæc nobis prosit oblatio, quam immolando totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per dominum nostrū.

Matth. 24. Cōmu. Fidelis seruus & prudens quem constituit dñs sup familiam suam: vt det illis in tpe tritici mēsuram. Postcom.

DEus, qui beatum Gregorium pontificem tuum, sanctorum tuorum meritis coæquasti: concede propitius: vt qui commemorationis eius festa recolimus, vitæ quoque imitemur exēpla. Per dominum.

Die 19. ¶ In festo S. Ioseph confessoris. Introitus.

ps 91. IVstus, vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur: plantatus ī domo Domini ī atrijs domus Dei nostri.

Ibidē. ps. Bonum est confiteri Domino: & psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria patri. Oratio.

SAnctissimæ genitricis tuæ sponsi, quæsumus domine meritis adiuuemur: vt, quod possibilitas nostra non obtinet, eius nobis intercessione donetur. Qui viuis & reg. Epistola. Dilectus Deo. fol. 284. Grad. Domine præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti ī capite eius coronam de lapide pretioso. ℣. Vitam petijt à te, & tribuisti ei lōgitudinē dierum, ī sęculū sæculi.

ps 20. Tract. Beatus vir, qui timent dñm: ps in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens ī terra erit semē eius: generatio rectorū benedicetur. ℣. Gloria & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet ī sęculum sæculi. Post Pascha. Halʼah, halʼah. ℣. Amauit eum dominus, & ornauit eum: stolā gloriæ induit eum. Haleluiah.

Ecc. ℣. Iustus germinabit sicut liliū: & florebit in ęternum ante dominum. Haleluiah. Euangel. Cum esset desponsata. vt in vigilia Natiuitatis Dñi. fol. 9. Offert. Veritas mea & misericordia mea cū ipso: & in noīe meo exaltabit cornu eius. Secr.

DEbitū tibi dñe nostræ reddimus seruitutis, supplices exorantes: vt suffragijs bti Ioseph spōsi genitricis filij tui Iesu Christi dñi nostri, in nobis tua munera tuearis, ob cuius venerādā festiuitatē, laudis tibi hostias īmolamus. Per eūd.

Com-

Communio. Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est.

Postcommunio.

ADesto nobis, quæsumus, misericors Deus: & intercedente pro nobis beato Ioseph confessore tuo, tua circa nos propitiatus dona custodi. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti Deus per omnia sæcula sæculorum.

℟. Amen.

¶ In festo S. Benedicti Abbatis, Missa: O s iusti. de communi Abbatum. 284.

¶ De festis duplicibus & semiduplicibus, quæ veniunt à Dominica Palmarum vsque ad Octauam Paschæ, nihil fit: sed post Octauam celebrantur: & tunc in fine introitus ante psalmum dicũtur duo Halelúiah. in fine Offertorij, & Communionis vnum Halelúiah. Post Epistolam non dicitur Graduale. sed tantum Halelúiah. dicuntur cum suis versibus. Et hoc idẽ obseruatur ĩ omnibus festis, quæ celebrantur inter Pascha, & Pentecosten.

M.R.N.

IN FESTO Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis.

Introitus.

VVltum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: adducentur regi virgines post eam: proximæ eius adducentur tibi in lætitia, & exultatione. Psalm⁹. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Oratio.

DEus, qui de beatæ Mariæ Virginis vtero, verbum tuum, Angelo nunciante, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis: vt qui vere eam Dei genitricem credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eundem dominũ nostrũ Iesum Christũ. &c.

cap. 7. Lectio Isaiæ prophetæ.

IN diebus illis. Locutus est dominus ad Achaz, dicens. Pete tibi signũ à dño Deo tuo, in profundum inferni: siue in excelsum supra. Et dixit Achaz. Non petam, & non tentabo dominũ. Et dixit. Audite ergo domus Dauid. Nunquid parum vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo? Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emmanuel, butyrum & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum. Graduale.

D iffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum. ℣. Propter veritatẽ, & mansuetudinem, & iustitiã: & deducet te mirabiliter dextera tua. Tractus.

A udi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuam. ℣. Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: filiæ regum in honore tuo. ℣. Adducẽtur regi virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi. Adducentur in lætitia & exultatione: adducentur in templum regis.

Post Pascha, dimissis graduali & tractu, dicitur, H aleluiah, haleſah. ℣. Aue Maria gratia plena: dñs tecum: benedicta tu in mulieribus. Haleluiah. ℣. Virga Iesse floruit, virgo Deũ & hominem genuit: pacem Deus reddidit, in se reconcilians ima summis, haleluiah. Luc. 1.

Sequentia sancti euangelij secundùm Lucam.

IN illo tempore: Missus est angelus Gabriel à Deo, in ciuitatem Galilęæ, cui nomen Nazaret, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph de domo Dauid: & nomẽ virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam dixit. Aue gratia plena, dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius: & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei. Ne timeas Maria: inuenisti enim gratiam apud Deũ. Ecce, concipies in vtero: & paries filium: & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus: & filius altissimi vocabitur: & dabit illi dominus Deus sedẽ Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum: & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum. Quomodo fiet istud: quoniam virum

virum non cognoſco? Et reſpõdens Angelus, dixit ei. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te: & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoque, & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Eliſabeth cognata tua: & ipſa concepit filium in ſenectute ſua. Et hic menſis eſt ſextus illi, quæ vocatur ſterilis: quia non erit impoſſibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria. Ecce ancilla Domini: fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Dicitur Credo.

Luc. 1. Offer. Aue Maria gratia plena dominus tecum: benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui. Secreta.

IN mentibus noſtris, quæſumus Domine, verę fidei ſacramenta confirma: vt, qui conceptum de Virgine Deum verum & hominẽ confitemur: per eiuſdem ſalutiferę reſurrectionis potentiam, ad ęternam mereamur peruenire lætitiam. Per eundem dominum noſtrũ. Præfatio. Et te in annunciatione. fol. 131. Communio.

Luc. 1. Ecce virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomẽ eius Emmanuel. Poſtcommunio.

GRatiam tuam, quæſumus domine, mẽtibus noſtris infunde: vt qui Angelo nunciante, Chriſti filij tui incarnationem cognouimus, per paſſionem eius & crucem, ad reſurrectionis gloriam perducamur. Per eundem dominum.

APRILIS FESTA.

¶ In feſto S. Leonis papæ & cõfeſſoris. Introitus. Die 11.

STatuit ei dominus teſtamentũ pacis: & principẽ fecit eum, vt ſit illi ſacerdotij dignitas in æternum. Eccl. 45.

ps. Memento domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius. ps 131.

℣. Gloria patri. Oratio.

EXaudi, quæſumus, domine, preces noſtras, quas in beati Leonis confeſſoris tui atque pontificis ſolennitate deferimus: & qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis, ab omnibus nos abſolue peccatis. Per dominũ.

Epiſtola. Ecce ſacerdos magnus. folio 279. Eccl. 44. Graduale.

Ecce ſacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo.

℣. Non eſt inuentus ſimilis, qui conſeruaret legem excelſi. Tractus. Beatus vir qui timet dominum. de communi confeſſorum pontificum. fol. 279.

Post Pascha. Haleluiah, hale-
ps 109. luiah. ℣. Tu es sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech, haleluiah. ℣. Hic est sacerdos, quem coronauit dominus, haleluiah. Euangeliũ. Venit Iesus in partes Cæsareæ. vt supra in Cathedra. fol. 182.
ps 88. Offertoriũ. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. Secre.

SAncti Leonis cõfessoris tui atque pontificis, quæsum⁹ domine, annua solennitas pietati tuæ nos reddat acceptos: vt, per hæc piæ placationis officia: & illum beata retributio comitetur, & nobis gratiæ tuæ dona conciliet. Per dominum nostrum Iesum Christum. &c.
ps 24. Communio. Beatus seruus, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.

Postcommunio.

DEus fidelium remunerator animarum, præsta: vt beati Leonis confessoris tui atque pontificis, cuius venerandam celebramus festiuitatem, precibus indulgentiam consequamur. Per dominum nostrũ.

¶ SS. Marty. Tyburtij, Valeriani, & Maximi. Si venerint ante Pasc. & voluerit quis de eis missam celebrare omnia dicantur de communi plurium marty. extra tempus paschale. Si autẽ venerint post Pascha, dicitur sequens missa, Quod & in similibus seruatur. Introitus. Die 14.

SAncti tui dñe benedicent te, gloriam regni tui dicent: halelu. halel. ps. Exaltabo te Deus meus rex, & benedicam nomini tui in seculum, & in seculum seculi. ℣. Gloria patri, & filio. ps 144. Ibidẽ.

Oratio.

PRæsta, quæsumus omnipotens Deus: vt, qui sanctorũ martyrum tuorum Tyburtij, Valeriani, & Maximi solennia colimus, eorum etiam virtutes imitemur. Per dominũ nostrũ.

Epistola. Stabunt iusti. de cõmuni martyrum, tempore paschali. fol. 274. Haleluiah, haleluiah. ℣. Sancti tui dñe flore ps 115.
bunt sicut lilium: & sicut odor balsami erunt ante te: halelu. ℣. Pretiosa in conspectu domini, mors sanctorum eius, haleluiah. Euang. Ego sum vitis vera. de eodem communi. 274.

Offert.

Offerto. Lætamini in domino, & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde, haleluiah, haleluiah.

Secreta.

HÆc hostia, quæsumus domine, quam in sanctorũ tuorũ natalitijs recensentes offerimus, & vincula nostræ prauitatis absoluat: & tuæ nobis misericordiæ dona conciliet. Per dominum nostrum. &c.

Communio. Gaudete iusti in domino, haleluiah: rectos decet collaudatio, haleluiah.

Postcommunio.

SAcro munere satiati, supplices te dñe deprecamur: vt, quod debitæ seruitutis celebramus officio, saluationis tuæ sentiamus augmentum. Per dominum nostrum Iesum. &c.

Die 17. ¶ S. Aniceti papæ & martyris, Missa de communi vnius martyris tempore Paschali cũ oratione. Deꝰ qui nos beati. 269. & Euãgel. Amen dico vobis, quia plorabitis. fol. 274.

Die 22. ¶ In festo SS. martyrum & pontificum Sotheris, & Caij, Missa de communi plurium marty. tempore paschali, cũ oratione. Beatorum martyrum tuorum pariterq; pontificum. fol. 275. & Epistola. Post hæc ego Iohannes. folio 274.

M.R.N.

¶ In festo S. Georgij martyris. Die 23.

Introitus.

PRotexisti me Deus à conuentu malignantiũ, halah: à multitudine operantiũ iniqtatem, halah, halah. ps. Exaudi Deus orationẽ meam cum deprecor: à timore inimici eripe aĩam meam. ℣. Gloria. Oratio. ps 63.

DEus, qui nos beati Georgij martyris tui meritis & intercessione lætificas: concede propitius: vt, qui tua per eum beneficia poscimus, dono tuæ gratiæ consequamur. Per dñm. Epistola. Memor esto. fol. 271. Halah, halah. ℣. Cõfitebuntur cœli mirabilia tua dñe: etenim veritatẽ tuã ĩ ecclesia sanctorũ, halah. ℣. Posuisti Dñe super caput eius coronã de lapide pretioso, halelu. Euãg. Ego sũ vitis vera. de cõi tpe Pasch. 272. Off. ps 88. ps 20.

ps 88. Confitebuntur cœli mirabilia tua domine:& veritatem tuam in ecclesia sanctorum, haleluiah, haleluiah. Secreta.

MVnera dñe oblata sãctifica:& intercedente beato Georgio martyre tuo, nos per hæc à peccatorum nostrorum maculis emunda. Per do.

ps 104. Cõmu. Lętabitur iustus in domino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde, haleluiah, haleluiah. Postcom.

SVpplices te rogamus omnipotens Deus:vt,quos tuis reficis sacramentis,intercedẽte beato Georgio martyre tuo:tibi etiam placitis moribus dignanter tribuas deseruire. Per.

Die 25. ¶In festo S.Marci Euangelistæ. Introitus.

PRotexisti me Deus à conuentu malignantium, haleluiah, à multitudine operãtium iniquitatẽ, haleluiah, haleluiah. ps. Exaudi Deus orationem meam cum deprecor: à timore inimici eripe animã meam. ℣. Gloria patri. Oratio. ps 63.

DEus, qui beatum Marcũ euangelistam tuum, euãgelicę pdicationis gratia sublimasti: tribue, quæsumus: eius nos semper & eruditione proficere,& oratione defendi. Per.

Lectio Ezechielis prophetæ. cap.1.

SImilitudo vultus quatuor animaliũ: facies hominis, & facies Leonis à dextris ipsorum quatuor: Facies autẽ Bouis, à sinistris ipsorũ quatuor: & facies aquilę desuper ipsorũ quatuor. Et facies eorum, & pennæ eorum extentę desuper: duæ pennę singulorum iungebantur,& duę tegebant corpora eorum. Et vnumquodque eorum coram facie sua ambulabat. Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur,nec reuertebantur cum ambularent. Et similitudo animalium, & aspectus eorum,quasi carbonũ ignis ardentium,& quasi aspectus lampadarum. Hæc erat visio discurrẽs in medio animalium: splendor ignis & de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant, & reuertebãtur in similitudinem

litudinem fulguris coruſcãtis.
ps 11. Haleluiah, haleluiah. ℣. Confitebuntur cœli mirabilia tua domine: etenim veritatem tuã in Eccleſia ſanctorum, haſah.
ps 10. ℣ Poſuiſti domine ſuper caput eius, coronam de lapide pretioſo, haleluiah.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundùm Lucam.
cap. 10.

IN illo té pore: Deſignauit dominus & alios ſeptuagintaduos: & miſit illos binos ante faciem ſuã in omnem ciuitatem & locum, quo erat ipſe venturus. Et dicebat illis. Meſſis quidem multa: operarij autem pauci. Rogate ergo dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam. Ite. Ecce, ego mitto vos ſicut agnos inter lupos. Nolite portare ſacculum, neque peram, neque calceamenta, & neminẽ per viam ſalutaueritis. In quãcunque domum intraueritis, primũ dicite: Pax huic domui. Et ſi ibi fuerit filius pacis, requieſcet ſuper illũ pax veſtra: ſin autem, ad vos reuertetur. In eádem autem domo manete: edentes & bibẽtes quæ apud illos ſunt. Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Nolite tranſire de domo in domum. Et in quamcunque ciuitatem intraueritis, & ſuſceperint vos: manducate quæ apponuntur vobis: & curate infirmos, qui in illa ſunt: & dicite illis. Appropinquauit in vos regnum Dei. Dicitur Credo in vnũ.

Offertorium. Confitebuntur ps 8. cœli mirabilia tua domine: & veritatem tuam in eccleſia ſanctorũ: haleluiah, haſah. Secre.

BEati Marci Euangeliſtæ tui ſolennitate, tibi munera deferentes, quæſumus domine: vt, ſicut illum prædicatio euangelica fecit glorioſum: ita nos eius interceſſio, & verbo & opere tibi reddat acceptos. Per dominum noſtrum. &c.

Præfatio de Apoſtolis. fo. 131.

Commu. Lætabitur iuſtus in ps 63. dño, & ſperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde: haleluiah, haleluiah. Poſtcõmu.

TRibuãt nobis, quæſumus domine, continuum tua ſancta præſidium: quo beati Marci euãgeliſtæ tui precibus, nos ab omnibus ſemper tueantur aduerſis. Per dominum.

Die 26 ¶ In festo SS. Cleti, & Marcellini pontificis, & marty. Missa. Sancti tui domine benedicēt. de cōmuni plurium martyrū tempore Pasch. 273. cū oratione. Beatorum martyrū. vt ibidē.

Die 28. ¶ S. Vitalis martyris, Missa de communi vnius martyris tempore Paschali. fol. 272. Oratio. Præsta qs ops Deus, vt q beati.

MAII FESTA.

Die 1. ¶ In festo SS. Apostolorum Philippi, & Iacobi. Introitus.

Lamauerunt ad te dñe in tempore afflictiōis suæ: & tu de cœlo exaudisti eos, Haleluiah, haleluiah. ps. ps 32. Exultate iusti ī domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri, & filio, &c. Oratio.

DEus, qui nos annua apostolorum tuorum Philippi, & Iacobi solennitate lætificas: præsta quæsumus: vt, quorum gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per dominum.

cap. 5. Lectio libri Sapientiæ.

STabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt: & qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatę salutis, dicentes intra se pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensati, vitam illorum æstimabamus insaniam: & finem illorū sine honore. Ecce quomodo cōputati sunt inter filios Dei: & inter sanctos sors illorū est. Haleluiah, halelu. ℣. Cōfitebū ps 88. tur cœli mirabilia tua dñe: etenim veritatē tuā in ecclesia sanctorum, haleluiah. ℣. Tāto tpe Ioā. 14 vobiscū sum, & nō cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & patrem meum, Halelu.

Sequentia sancti Euangelij secundum Iohannem. cap. 14

IN illo tempore: Dicebat Iesus discipulis suis. Nō turbetur cor vestrū. Creditis in Deū: & ī me credite. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Si quo minus: dixissem vobis, qa vado parare vobis locum, iterū veniam, & accipiā vos ad meipsum: vt vbi ego sum, & vos sitis. Et quo ego vado, scitis: & viā scitis. Dixit ei Thomas. Domine, nescimus quo vadis: & quomodo possumus viam scire? Dicit ei Iesus. Ego sum via, veritas,

veritas, & vita. Nemo venit ad patrem, nisi per me. Si cognouissetis me, & patrem meum vtiq; cognouissetis: & amodo cognoscetis eū, & vidistis eum. Dicit ei Philippus. Dñe ostēde nobis patrem: & sufficit nobis. Dicit ei Iesus: Tāto tpe vobiscū sum, & non cognouistis me? Philippe, qui videt me: videt & patrem. Et quomodo tu dicis: ostende nobis patrē? Nō credis quia ego ī patre, & pater in me est? Verba q̄ ego loquor vobis, à me ipso nō loquor. Pater aūt in me manens ipse facit opera. Nō creditis quia ego in patre, & pr̄ in me est? Alioquin propter opera ipsa credite. Amen, amen dico vobis: qui credit in me, opera quę ego facio & ipse faciet: & maiora horum faciet, qa ego ad patrē vado. Et quodcūq; petieritis patrē in nomine meo, hoc faciā. dicitur Credo.

Offer. Confitebuntur cęli mirabilia tua domine: & veritatē tuam in ecclesia sanctorum, haleluiah, haleluiah. Secreta.

MVnera, dñe, q̄ ꝑ Apostolorū tuorū Philippi, & Iacobi solennitate deferimus, propitius suscipe: & mala omnia quæ meremur auerte. Per. Præf. de Apostolis. 131. Cōio.

Tāto tpe vobiscum sum: & nō cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & patrem meū, haleluiah. Non credis quia ego in patre, & pater in me est? Haleluiah, haleluiah. Ioā. 14. Postcōmu.

QVęsumus dñe, salutarib⁹ repleti mysterijs: vt, quorū solēnia celebram⁹, eorū orōnib⁹ adiuuemur. Per.

¶ In festo sanctī Athanasij episcopi, & confessoris. Introitus. Die 2.

IN medio Ecclesię apuit os eius: & impleuit eū dñs spiritu sapientiæ, & intellectus stolam gloriæ induit eum, haleluiah, haleluiah. Eccl. 49. Psal. Bonum est confiteri domino, & psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria patri, & filio, & spirit. Ps 91. Oratio.

EXaudi quæsumus dñe preces nostras: quas in beati Athanasij confessoris tui atque pontificis solēnitate deferim⁹: & qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis, ab omnibus nos absolue peccatis. Per dominum nostrū.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios. cap. 4.

FRatres: Non nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum

Christum dominum nostrũ : nos autem, seruos vestros per Iesum. Quoniam Deus, qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationẽ scientiæ claritatis Dei ĩ facie Christi Iesu. Habem⁹ autẽ thesaurũ istũ in vasis fictilibus, vt sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. In omnibus tribulationẽ patimur, sed nõ angustiamur: aporiamur, sed non distituimur: persecutionẽ patimur, sed non derelinquimur: humiliamur, sed non confundimur: deijcimur, sed non perimus: semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circunferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. Semper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Iesum: vt & vita Iesu manifestetur in carne nr̃a mortali. Ergo mors in nobis operatur: vita autem in vobis. Habentes autem eũdem spiritũ fidei, sicut scriptũ est: Credidi, propter quod locutus sum: & nos credimus ꝓpter quod & loquimur: sciẽtes quoniã qui suscitauit Iesum, & nos cũ Iesu suscitabit, & constituet vobiscum. Halelah, ꝑ. 109. haleluiah. ℣. Tu es sacerdos in æternum secundùm ordinẽ Melchisedech. Haleluiah. ℣. Beatus vir, qui suffert tentationem: qm̃ cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ, halah. Iac. 1.

Sequentia sancti euangelij secundùm Matthæum. cap. 10.

IN illo tẽpore: Dixit Iesus discipulis suis. Cũ persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam. Amen dico vobis, nõ cõsummabitis ciuitates Israel, donec veniat filius hominis. Non est discipulus super magistrũ: nec seruus super dm̃m suũ. Sufficit discipulo, vt sit sicut magister eius: & seruo, sicut dominus eius. Si patremfamilias Beelzebub vocauerunt: quãto magis domesticos eius? Ne ergo timueritis eos. Nihil enim est opertũ, quod nõ reueletur: & occultum, quod nõ sciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & qđ in aure auditis, prædicate super tecta. Et nolite timere eos q̃ occidũt corpus, aĩam aũt nõ possunt occidere. Sed potius timete eum, qui potest & animã & corpus perdere in gehennã. dr̃ C redo.

Offerto. Inueni Dauid seruum ꝑ. 88. meum: oleo sancto meo vnxi eũ: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meũ confortabit

fortabit eum: Hal'ah. Secreta.

SAncti Athanasij confessoris tui atq; pontificis, q̃sumus domine, annua solẽnitas pietati tuæ nos reddat acceptos: vt, per hęc piæ placationis officia: & illum beata retributio comitetur, & nobis gratiæ tuæ dona conciliet. Per dominũ nost.

Matth. 10. Cõm. Quod dico vobis ĩ tenebris, dicite ĩ lumine, dicit dñs: & quod ĩ aure auditis, p̃dicate super tecta, haleluiah. Postcõ.

DEus fideliũ remunerator animarum, præsta: vt, beati Athanasij cõfessoris tui, atq; põtificis cuius venerandam celebramus festiuitatẽ, precibus indulgentiã consequamur. Per.

¶ In festo Inuentionis Sanctæ Crucis. Introitus.

NOs autẽ gloriari oportet in cruce dñi nostri Iesu Christi: ĩ quo est salus, vita, & resurrectio nostra: p quem saluati, & liberati sum⁹, Haleluiah, haleluiah. p̃s. Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui in præclara salutiferæ crucis Inuentione, passionis tuę miracula suscitasti: cõcede: vt vitalis ligni pretio: æternæ vitæ suffragia consequamur. Qui viuis & regnas.

Pro cõmemora. sanctorũ martyrũ Alexandri, Euentij, Theoduli episcopi, & confessoris, atque Iuuenalis. Oratio.

PRæsta, quæsumus omnipotẽs Deus: vt, qui sanctorum tuorum Alexandri, Euentij, Theoduli, atque Iuuenalis natalitia colimus: à cunctis malis imminẽtibus, eorum intercessionibus liberemur. Per do.

Lectio epistolæ btĩ Pauli Apostoli ad Philippen. cap. 2.

FRatres: Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu. Qui cũ in forma Dei esset, nõ rapinam arbitratus est esse se æqualẽ Deo. Sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum: & donauit illi nomen, quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu, omne genu flectatur: cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confi-

. teatur:

teatur: quia dñs Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris. Hale-
ps 95. luiah, halelu. ℣. Dicite in gentibus: qa dñs regnauit à ligno, haleluiah. ℣. Dulce lignū dulces clauos dulcia ferēs pōdera: quæ ſola fuiſti digna ſuſtinere regē cęlorū, & dñm, haleluiah.
cap 3. Seq. ſcti Euāg. ſecūdū Iohannē.

IN illo tempore: Erat homo ex Phariſæis Nicodemus nomine, princeps Iudęorum. Hic venit ad Ieſū nocte, & dixit ei. Rabbi, ſcimus, quia à Deo veniſti magiſter. Nemo enim poteſt hæc ſigna facere, quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo. Reſpondit Ieſus, & dixit ei. Amē, amē dico tibi: niſi quis renatus fuerit denuo, non poteſt videre regnum Dei. Dicit ad eum Nicodemus. Quomodo poteſt homo naſci, cum ſit ſenex? Nūquid poteſt in ventrem matris ſuæ iterato introire, & renaſci? Reſpondit Ieſus. Amen, amen dico tibi: niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, nō poteſt introire in regnum Dei. Quod natum eſt ex carne, caro eſt: & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Non mireris, qa ego dixi tibi, oportet vos naſci denuo. Spiritus vbi vult, ſpirat, & vocem eius audis, ſed neſcis vnde veniat, aut quo vadat. Sic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu. Reſpondit Nicodemus, & dixit ei. Quomodo poſſunt hæc fieri? Reſpondit Ieſus, & dixit ei. Tu es magiſter in Iſrael, & hæc ignoras? Amē, amen dico tibi: quia quod ſcimus loqmur: & quod vidimus teſtamur: & teſtimonium noſtrum non accipitis. Si terrena dixi vobis, & nō creditis: quomodo, ſi dixero vobis cœleſtia, crederis? Et nemo aſcendit in cœlum: niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis qui eſt in cœlo. Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis: vt omnis qui credit in ipſum, nō pereat: ſed habeat vitam æternam. Credo. Offertorium.

Dextera domini fecit virtutē, ps 11
dextera domini exaltauit me, dextera domini fecit virtutem: non moriar, ſed viuam, & narrabo opera dñi, halelu. Secreta.

SAcrificium, domine, quod tibi immolamus, placatus intende: vt ab omni nos eruat bellorum nequitia: & per vexillum ſanctæ Crucis filij tui, ad cōterendas aduerſariorum inſidias, nos in tuæ ꝓtectionis ſecuritate conſtituat. Per eund.

Pro

Pro ſanctis. Secreta.

SVper has hoſtias, quæſumꝰ dñe, bñdictio copioſa deſcendat: quæ & ſanctificationẽ nobis clementer operetur, & de ſanctorum nos ſolennitate lætificet. Per dominum noſtrũ. Præfatio de Cruce. folio 133. Cõmu. Per ſignum crucis de inimicis noſtris libera nos Deꝰ noſter, Haleluiah. Poſtcõmu.

REpleti alimonia cęleſti, & ſpiritali poculo recreati, q̃s oꝑs Deus: vt ab hoſte maligno nos defendas: quos per lignum ſanctæ crucis filij tui, armis iuſtitiæ, pro ſalute mundi triumphare iuſſiſti. Per eundẽ.

Pro Sanctis. Poſtcommunio.

REfecti participatione muneris ſacri, q̃s dñe Deꝰ noſter: vt, quorũ exequimur cultum ſentiamus effectum. Per.

¶ S. Monicæ viduæ. Introitus.

Die 4. Pſ. 118.

OGnoui dñe, quia æq̃tas iudicia tua, & in veritate tua humiliaſti me: cõfige timore tuo carnes meas: à mandatis enim tuis timui. Haleluiah, haleluiah. Pſal. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto. Sicut erat. Oratio.

EXaudi nos Deus ſalutaris noſter: vt, ſicut de beatæ Monicæ feſtiuitate gaudemus: ita piæ deuotionis erudiamur affectu. Per dominum noſtrũ. Epiſto. Viduas honora. de cõi nec virginis nec mart. fol. 289.

Ibidẽ. Halelu. halelu. ℣. Specie tua & pulchritudine tua, intende, proſpere procede, & regna. Haleluiah. ℣. Propter veritatẽ, & manſuetudinem, & iuſtitiã: & deducet te mirabiliter dextera tua, haleluiah. Euangeliũ. Pſ. 44.

Ibidẽ. Ibat Ieſus in ciuitatem, quę vocatur Naim. fol. 183. Offerto. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum, & in ſæculum ſæculi, haleluiah. Secreta.

ACcepta tibi ſit dñe ſacratæ plebis oblatio, p̃ tuorum honore ſanctorum: quorũ ſe meritis percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxiliũ. Per.

Ibidẽ. Cõmunio. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatẽ: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis, Haleluiah. Poſtcommunio.

SAtiaſti dñe familiam tuam munerib⁹ ſacris: eius, quæ ſumus ſemper interuentione nos refoue, cuius ſolennia celebramus. Per dominũ noſtrũ.

¶ In

Die 6. ¶ In festo sancti Iohannis ante portam Latinam. Introitus.

Ps 63. PRotexisti me Deus à conuentu malignãtium, haleluiah: à multitudine operantium iniquitatem, haleluiah haleluiah. Psal. Exaudi Deus orationem meam cum deprecor: à timore inimici eripe animam meã. ℣. Gloria. Oratio.

DEus, qui conspicis: quia nos vndique mala nostra perturbant: præsta, quæsumus: vt beati Iohannis Apostoli tui intercessio glorioſa nos protegat. Per dominum nostrum.

Epistola. Stabunt iusti. de cõi martyrũ tẽpore Paschali. 172.

Ps 91. Haleluiah, haſah. ℣. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur, Haſah.

Ose 14. ℣. Iustus germinabit sicut liliũ: & florebit in æternum ante dominum, haleluiah.

Sequentia sancti euangelij secundùm Matthæum.

IN illo tempore: Accessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi cum filijs suis, adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic, vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem Iesus dixit. Nescitis quid petatis: Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus. Ait illis. Calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dexteram meam & sinistram, non est meum dare vobis: sed quibus paratũ est à patre meo. dicitur Credo. Offert. Confitebuntur Ps 11 cœli mirabilia tua domine: & veritatem tuam in ecclesia sanctorũ: haleluiah, haſah. Secre.

MVneribus nostris, quæsumus domine, precibusq; susceptis: & cœlestibus nos munda misterijs: & clementer exaudi. Per dominum nostrũ.

Præfatio de Apostolis. fol. 131.

Cõmu. Lętabitur iustus in do- Ps 63 mino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde, Haleluiah. Postcommunio.

REfecti domine pane cœlesti: ad vitam quæsumus nutriamur æternam: Per dñm.

¶ In apparitione S. Michaelis Die fit Officium sicut in Dedicatione eiusdem: sed prætermisso graduali, dicuntur Haſah. cum suis ℣. vt ibi. folio 247.

¶ In festo S. Gregorij Nazian- Die zeni epi & cõf. Missa. In medio ecclesiæ. de cõi Doctorũ. 281.

Epi-

Epistola. Iustus cor suum tradet. fo. 282. & dicitur Credo.

¶SS. Gordiani, & Epimachi martyrum. Introitus.



SAncti tui dñe benedicent te: gliã regni tui dicent, Halah, halah. Psalm. exaltabo te Deus meus rex, & benedicam noi tuo in scl'm & i sæculum sæculi. ℣. Glia. Oro.

DA, quæsumus omnipotẽs Deus: vt, qui beatorũ martyrum tuorũ Gordiani, & Epimachi solennia colimus: eorũ apud te intercessionibus adiuuemur. Per dominum nostrũ. Epistola. Post hæc ego Iohannes. de communi martyrum tempore Paschali. folio 274. Halleluiah, halleluiah. ℣. Sancti tui dñe florebunt sicut lilium: & sicut odor balsami erũt ante te, haleluiah. ℣. Pretiosa in cõspectu dñi mors sanctorũ eius, haleluiah. Euang. Ego sum vitis & vos pal. de codẽ cõi. 274. Offert. Lætamini in domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde, haleluiah, haleluiah. Secreta.

HOstias tibi dñe beatorũ martyrum tuorum Gordiani & Epimachi dicatas meritis benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per dominũ. Cõmu. Gaudete iusti in dño, haleluiah, rectos decet collaudatio, haleluiah. Postcõmunio. ps 32.

QVæsumus oipotens Deꝰ: vt, qui cœlestia alimenta percepimus, intercedentibus sanctis tuis Gordiano & Epimacho, per hæc cõtra omnia aduersa muniamur. Per.

¶Sanctorum Nerei, Archilei, atq; Pancratij martyrum. Introitus. Die 12

ECce oculi Domini super timẽtes eũ, & sperantes in misericordia eius, haleluiah: vt eripiat à morte animas eorum: quoniam adiutor & protector noster est, haleluiah, haleluiah. ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria. Oratio. ps 32. Ibidẽ.

SEmper nos domine sanctorum martyrum tuorũ Nerei, Archilei, atque Pancratij foueat quæsumus beata solennitas: & tuo dignos reddat obsequio. Per dominum nostrũ. Epistola. Stabunt iusti. de cõi martyrum tempore Paschali. f. 272. Haleluiah, haleluiah. ℣.

Hæc

Hæc est vera fraternitas, quæ vicit mũdi crimina: Christum secuta est, inclyta tenens regna cęlestia. Halłah. ℣. Te martyrũ cãdidatus laudat exercit⁹ dñe, Halelu. Euãg. A men, amẽ dico vobis, quia plorabitis de eodẽ
ps 8. coi. fol. 274. Offer. C õfitebun tur cœli mirabilia tua domine: & veritatem tuam in ecclesia sanctorum, halelu. halel. Secre.

SAnctorũ mattyrũ tuorum, qs domine Nerei, Archillei, atque Pancratij, sit tibi grata cõfessio: quæ & munera nostra commendet: & tuam nobis indulgentiam semper imploret.
ps 32. Per dominum. Cõm. G audete iusti in domino, halelu. rectos decet collaudatio, halel. Postc

QVæsumus dñe, vt beatorum martyrum tuorũ Nerei, Archillei, atq; Pancratij deprecationibus, sacramenta quæ sumpsimus, ad tuæ nobis proficiant placationis augmẽtum. Per dominum.

Die 14. ¶ S. Bonifacij martyris. Missa. P rotexisti me deus de cõmuni in tẽpore pasch. fol. 272. Oro.

A, qs, ops Deus, vt qui beati Bonifacij martyris tui natalitia colimus, eius apud te intercessionib⁹ adiuuemur p. Secr.

MVneribus nostris, qs dñe, pcibusq; susceptis, & cœlestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi. Per dominum nostrum. Postcõm.

REfecti participatione muneris sacri, quęsum⁹ dñe: vt cuius exequimur cultum, intercedente beato Bonifacio martyre tuo, sentiamus effectum. Per dominum nostrum.

¶ S. Pudẽtianę virg. Missa. D ile Die
xisti iustitiã. de cõi virg. 286

¶ Si aliquod festũ ex sequẽtib⁹ venerit tempore paschali missa dicitur, vt in cõi temporis pascha. Si autem venerit post oct. Pẽt. dicitur vt infra assignatur.

¶ S. Vrbani papę & mart. Intr. Die

SAcerdotes tui ps
dñe induãt iustitiã: & sancti tui exultent: propter Dauid seruũ tuũ non auertas faciẽ Christi tui. ps. Memento dñe Dauid, & oĩs mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

DA, qs ops Deus: vt, q bti Vrbani martyris tui atq; põtificis solẽnia colimus: eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per dominũ. Epistola. Benedictus Deus. de cõmuni vnius marty. pontifi fol. 270.

Gra-

ps 8. Graduale. Inueni Dauid ſeruũ meum: oleo ſancto meo vnxi eũ: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meũ cõfortabit eũ. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocebit ei. Hale-
ps 131. luiah, haleluiah. ℣. Memento dñe Dauid, & oĩs manſuetudinis eius, haleluiah. Euangeliũ. Homo quidã peregre. de cõi vnius conf pont. 279. Offerto.
Matth. 24. Veritas mea, & miſericordia mea cũ ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secre. HÆc hoſtia, q̃s dñe, emundet noſtra delicta: & ad ſacrificium celebrandum, ſubditorum tibi corpora, mentesq; ſanctificet. Per dominum. &c. Cõmu. Fidelis ſeruus, & prudens, quẽ cõſtituit dñs ſuper familiã ſuam: vt det illis in tẽpore tritici menſuram. Poſtcõm. REfecti participatione muneris ſacri, q̃s dñe Deus noſter: vt, cuius exeqmur cultum, ſentiamus effectum. Per.

Die 26. ¶ Sancti Eleutherij papæ & mn. Miſſa. Statuit ei dñs. vt in cõi vnius martyris pontif. fo. 268. niſi venerit tempore Paſchali.

Die 27. ¶ S. Iohannis papę & martyris. Miſſa. Sacerdotes Dei. vt in cõi vnius martyris pontif. fo. 269.

¶ S. Felicis papæ & mar. Miſſa. Statuit ei Dominus. vt in cõi vnius martyris pontif. fo. 169. Die 30.

¶ S. Petronillę virg. Miſſa. Vultũ tuũ. de cõi virg. non m. 287. Die 31.

IVNII FESTA.

¶ Sanctorũ marty. Marcellini, Petri, atque Eraſmi. Introitus. Die 2.

CLamauerũt iuſti, & Dñs exaudiuit eos, & ex oĩbus tribulationibus liberauit eos. p̃s Benedicã dñm in oĩ tpe: ſemper laus eius in ore meo. ℣. Gloria patri. Oratio. p̃s 33.

DEꝰ, qui nos annua beatorũ martyrũ tuorũ Marcellini, Petri, atq; Eraſmi ſolẽnitate lætificas: præſta quæſumus: vt quorum gaudemus meritis, prouocemur exemplis. Per do. Epiſtola. Non ſunt condigne. de communi plur. marty 277. Graduale. Clamauerunt iuſti, & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibꝰ tribulationibus eorum liberauit eos. ℣. Iuxta eſt Dominus his, q̃ tribulato ſunt corde, & humiles ſpiritu ſaluabit. Haleluiah, haleluiah. ℣. Ego vos elegi de mundo, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus veſter maneat, haleluiah. Ioã. 15.

Euangelium. Cum audieritis prælia. folio 275. Offertoriũ.

ps 31. Lætamini in domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde. Secreta.

HÆc hostia, qs dñe, quã in sanctorum martyrũ tuorum natalitijs recensentes offerimus, & vincula nostrę prauitatis absoluat, & tuę nobis misericordiæ dona conciliet. Per dominum nostrum. Commu.

Sap. 3. Iustorum animæ in manu Dei sunt, & nõ tanget illos tormẽtum malitiæ: visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. Postcommunio.

SAcro munere satiati supplices te domine deprecamur: vt quod debitæ seruitutis celebramus officio, saluationis tuæ sentiamus augmẽtum. Per.

Die 6. ¶ Sanctorum martyrum Primi & Feliciani. Introitus.

Eccl. 44.

SApientiam sanctorum narrẽt populi, & laudes eorũ nunciet ecclesia: noĩa autem eorum viuent in sæculũ

ps 32. sæculi. ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri. Oratio.

FAc nos, qs dñe, sanctorum martyrum tuorum Primi & Feliciani semp festa sectari: quorum suffragijs protectionis tuæ dona sẽtiamus. Per dñm. Epist. Iusti autẽ. de cõi plur. m. 275.

Grad. Confitebuntur cœli mirabilia tua dñe: etenim veritatẽ tuam in ecclesia sanctorum. ℣. Misericordias tuas dñe in æternum cantabo in generatione, & progenie. Haleluiah, haleluiah. ℣. Hæc est vera fraternitas, quæ vicit mundi crimina: Christũ secuta est, inclyta tenẽs regna cœlestia: Hal. Euãg. Cõfiteor tibi pr̃. de eodẽ cõi. 278.

ps 111. Offertoriũ. Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel, dabit virtutem, & fortitudinẽ plebi suæ: bñdictus De⁹, Halah. Secr.

FIat tibi, qs dñe, hostia sacranda placabilis, pretiosi celebritate martyrij: quę & peccata nostra purificet, & tuorũ tibi vota conciliet famulorum. Per dominum. Communio.

Ioã 15. EGo vos elegi de mundo, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Postcõmu.

QVæsumus ops Deus, vt sanctorum martyrũ tuorũ Primi & Feliciani cœlestibus mysterijs celebrata solẽnitas: indulgẽtiã nobis tuæ propitiationis acquirat. Per d.

¶ In

¶ In festo S. Barnabæ Apostoli.

Introitus.

Milhi autem nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est prīcipat⁹ eorum. ps. Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meā. ℣. Gloria. Oro.

DEus, qui nos beati Barnabæ apostoli tui meritis, & intercessione lætificas: concede propitius: vt qui tua per eum beneficia poscimus: dono tuæ gratiæ consequamur. Per dñm.

Lectio Actuum Apostolorum.

IN diebus illis. Multus numerus credentium Antiochiæ conuersus est ad dominū. Peruenit autem sermo ad aures ecclesiæ, quæ erat Ierosolymis, super istis: & miserūt Barnabā vsq; Antiochiam. Qui cū peruenisset, & vidisset gratiā Dei gauisus est. Et hortabatur oēs in proposito cordis manere in dño: quia erat vir bonus: & plenus spiritu sancto, & fide. Et apposita est multa turba domino. Profectus est autem Tharsum, vt quæreret Saulum, quē cum inuenisset, perduxit Antiochiam. Et annum totū conuersati sunt ibi in ecclesia: & docuerūt turbam multam, ita vt cognominarentur primum Anthiochiæ discipuli Christiani. Erant autem in Ecclesia, q̄ erat Anthiochiæ, ꝓphetę & doctores, in quibus Barnabas, & Simon, qui vocabatur Niger, & Lucius Cirenensis, & Manahē, qui erat Herodis tetrarchę collactaneus, & Saulus. Ministrantibus autem illis dño, & ieiunātibus: dixit illis spiritus sctūs. Segregate mihi Saulū, & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes & orantes, imponentesq; eis manus, dimiserunt illos. Graduale.

In oēm terrā exiuit sonus eorū, & in fines orbis terræ verba eorū. ps 18. ℣. Cęli enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius annunciat firmamentū. Ioā. 15. Halleluiah, halelu. ℣. Ego vos elegi de mundo: vt eatis, & fructū afferatis, & fruct⁹ vester maneat, hal. Euangeliū secūdū Iohannem.

Hoc est ꝓceptū meū. vt in cōi Apostolorum. 268. dī Credo. Offertorium. Constitues eos principes super omnem terrā: memores erunt nominis tui Domine, in omni progenie, & generatione. ps 54. Secreta.

MVnera dñe oblata sanctifica : & intercedente beato Barnaba apostolo tuo, nos per hæc à peccatorum nostrorum maculis emunda. Per. Præfatio de Apostolis. fo. 131.

Mat. 19 Commu. Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes : iudicantes duodecim tribus Israel.

Postcommunio.

SVpplices te rogamus oīpotens Deus: vt, quos tuis reficis sacramentis, intercedente beato Barnaba apostolo tuo, tibi etiam placitis moribus dignanter tribuas deseruire. Per dominum nostrum.

Die 11. ¶ SS.martyrum Basilidis, Cirini, Naboris, & Nazarij.

Introitus.

INtret in cō spectu tuo domine gemitus compeditorum : redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindica sanguinem sanctorū tuo-

ps 78. rum, qui effusus est. ps. Deus venerunt gentes in hæreditatē tuam: polluerūt templum sanctum tuum, posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Oratio.

SAnctorum martyrum tuorum Basilidis, Cirini, Naboris, atque Nazarij, quæsumus domine natalitia nobis votiua resplendeant: & quod illis contulit excellentia sempiterna, fructibus nostræ deuotionis accrescat. Per. Epist. Rememoramini pristinos dies. de cōi plur.marty. 276. Grad.

ps 78 indica dñe sanguinē sanctorū tuorū, qui effusus est. ℣ Posuerūt mortalia seruorū tuorū, escas volatilibus cœli, carnes sanctorum tuorū bestijs terræ.

Eccl. 44 Haleluiah, haleluiah. ℣. Corpora sanctorum in pace sepulta sunt, & nomina eorum viuent in generatione, & generationem. Halel. Euang. Sedente Iesu super montē Oliueti. 276.

ps 149 Offert. Exultabūt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis : exultationes Dei in faucibus eorum. Secreta.

PRo sanctorum tuorū Basilidis, Cirini, Naboris, atq; Nazarij sanguine venerando, hostias tibi domine solenniter immolamus, tua mirabilia ptractantes: per quem talis est pfecta victoria. Per dominum.

ps 78. Commu. posuerunt mortalia seruorum tuorū domine, escas volatilibus cœli, carnes sanctorum

rum tuorum bestijs terræ: secũ-
dum magnitudinẽ brachij tui
posside filios morte punitorũ.

Postcommunio.

Semper Dñe sanctorum mar
tyrum tuorũ Basilidis, Ciri-
ni, Naboris, atq; Nazarij, solẽ-
nia celebrantes, præsta quæsu-
mus: vt eorum patrocinia iugi-
ter sentiamus. Per dominum.

In festo sancti Basilij episcopi & confessoris. Introitus.

IN medio eccle
siæ aperuit os
eius, & impleuit
eum Dñs spiritu
sapientiæ & intel
lectus: stolã glo-
riæ induit eum. ℘s. Bonum est
confiteri domino: & psallere
nomini tuo altissime. ℣. Glo-
ria patri, & filio.

Oratio.

Exaudi qs dñe preces nras,
et quas in beati Basilij cõfes-
soris tui atque pontificis solẽ-
nitate deferimus: & qui tibi di-
gne meruit famulari: eius ĩter-
cedẽtibus meritis, ab omnibus
nos absolue peccatis. Per dñm.

Epistola. Testificor coram, de communi Doctorum. fol. 281.

Grad. Os iusti meditabitur sa-
pientiam: & lingua eius loque
tur iudiciũ. ℣. Lex Dei eius in
corde ipsius: & non supplanta-
buntur gressus eius. H aleluia,
haleluia. ℣. Inueni Dauid seruũ meũ: oleo scõ meo vnxi eũ, hal; ps 88.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam. cap. 14.

IN illo tempore: Dixit Iesus
turbis. Si quis venit ad me,
& non odit patrẽ suum, & ma-
trem, & vxorem, & filios, & fra
tres, & sorores, adhuc autẽ &
animam suam, nõ potest meus
esse discipulus. Et qui nõ baiu-
lat crucẽ suã, & venit post me:
non põt meus esse discipulus.
Quis enim ex vobis volens tur
rim ædificare, nõ prius sedens,
cõputat sumptus qui necessarij
sunt, si habeat ad perficiendũ,
ne postquã posuerit fundamẽ-
tum, & nõ potuerit perficere;
oẽs qui vident, incipiant illu-
dere ei, dicẽtes: quia hic homo
cępit ædificare, & nõ potuit cõ
summare? Aut quis rex iturus
cõmittere bellũ aduersus aliũ
regem, non sedens prius cogi-
tat, si possit cũ decem millibus
occurrere ei, qui cũ viginti mil
libꝰ venit ad se? Alioqn adhuc
illo longe agẽte, legationẽ mit-
tens, rogat ea, quæ pacis sunt.
Sic ergo, oĩs ex vobis, qui non
renunciat omnibus quæ possi-
det: non potest meus esse disci-
pulus. Bonum est sal. Si autẽ sal

quoq; euanuerit, in quo condietur? Neq; in terram, neque in sterquilinium vtile est, sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi audiat. dñ C redo.

ps 8. Offerto. Veritas mea, & misericordia mea cũ ipso, & in noĩe meo exaltabit cornu eius. Secr.

SAncti Basilij cõfessoris tui atq; pontificis, qs dñe annua solennitas pierati tuæ nos reddat acceptos: vt per hæc pię placationis officia, & illũ beata retributio comitetur, & nobis gratiæ tuæ dona conciliet. Per dominum nostrũ. Cõmu. Fidelis seruus, & prudens quẽ constituit dñs super familiam suam: vt det illis in tẽpore tritici mensuram. Postcommu.

DEus fideliũ remunerator animarum, prẽsta: vt beati Basilij confessoris tui atq; põtificis, cuius venerandam celebramus festiuitatem, precibus indulgentiam consequamur. Per dominum nostrum. &c.

Die 15. ¶ Sanctorum martyrum Viti, Modesti, atq; Crescentiæ.

Introitus.

MVltę tribulationes iustorũ: & de his omnib⁹ liberauit eos Dñs: Dñs custodit omnia ossa eorum: vnũ ex his non conteretur. ps. Benedicam dñm in omni tempore: semper laus eius ĩ ore meo. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

ps 33.

DA ecclesiæ tuæ, qs dñe sanctis martyribus tuis Vito, Modesto, atq; Crescẽtia intercedentibus, superbe non sapere: sed tibi placita humilitate ꝓficere, vt proterua despiciẽs, quæcunque matura sunt, libera exerceat charitate. Per dñm. Episto. Iustificati ex fide. 277. Grad. Exultabũt sancti in gloria: lętabũtur in cubilibus suis. ℣. Cantate dño cãticum nouũ: laus eius in ecclesia sanctorũ. Haleluiah, haleluiah. ℣. Sancti tui dñe benedicent te: gloriã regni tui dicent: Haleluiah. Euangeliũ. Qui vos audit. 278. Offertorium. Mirabilis Deus in sanctis suis: Deus Israel: ipse dabit virtutẽ, & fortitudinem plebi suæ: bñdictus De⁹. Secre.

ps 149. ps 67. ps 144.

SIcut gloriam diuinæ potentiæ munera pro sãctis oblata testantur: sic nobis effectum dñe tuæ saluationis impendãt. Per dominum, Communio. Iustorum animæ in manu Dei sunt: & non tanget illos tormẽtum malitiæ: visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Postcommunio.

sap 3.

Refecti

REfecti, dñe, benedictione ſoléni,quæſumus : vt, per nterceſſionem ſanctorũ mar-yrum tuorum Viti, Modeſti, & Creſcentiæ medicina ſacramenti , & corporibus noſtris rofit, & mentibus. Per dñm.

¶ Sanctorum martyrum Marci,& Marcelliani. Introitus.



Alus iuſtorũ à Domino : & ꝓtector eorum eſt ĩ tẽpore tribulationis. ps. Noli æmulari in malignantibus : neq; zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria. Oro.

PRæſta, quæſumus, omnipotens Deus : vt qui ſanctorũ martyrum tuorum Marci, & Marcelliani natalitia colimus : à cunctis malis imminentibus, eorum interceſſionibus liberemur. Per dominum. Epiſtola. Iuſtorũ aiæ. de cõi plu.m. 275. Grad. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt,& non tanget illos tormentum malitię. ℣. Viſi sũt oculis inſipientiũ mori:illi autem ſunt in pace. Haleluiah, haleluiah. ℣. Hæc eſt vera fraternitas, quæ nunquam potuit violari certamine : qui effuſo ſanguine ſecuti ſunt dominũ. Haleluiah. Euang. Væ vobis,q ædificatis. 278. Offertorium.

ANima noſtra ſicut paſſer, erepta eſt de laqueo venantium : laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. ps 123. Secreta.

MVnera tibi domine dicata ſanctifica:& intercedentibus ſanctis martyribꝰ tuis Marco & Marcelliano, per eadem nos placatus intẽde. Per. Cõmu. Amẽ dico vobis: quod vos qui reliquiſtis oĩa, & ſecuti eſtis me: centuplũ accipietis, & vitã æterna poſſidebitis. Matth. 19. Poſtc.

SAlutaris tui domine munere ſatiati, ſupplices exoramus : vt quorum lætamur guſtu, renouemur effectu. Per do.

¶ Sanctorum martyrum Geruaſij, & Prothaſij. Introitus. Die 19.

LOquetur Dñs pacẽ in plebem ſuã, & ſuper ſanctos ſuos: & in eos, qui conuertuntur ad ipſum. Pſal. Benedixiſti dñe terram tuam: auertiſti captiuitatem Iacob. ps 84. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

DEꝰ, q nos annua ſctõrum martyrũ tuorũ Geruaſij, & Prothaſij ſolẽnitate lętificas: concede propitius : vt quorum gaudemus meritis, accẽdamur exemplis. Per dñm. Epiſtola.

Communicantes Christi passionibus. fol. 272. Graduale.

Ex.31. Glorioſus Deus in ſanctis ſuis, mirabilis in maieſtate, faciens prodigia. ℣. Dextera tua Domine glorificata eſt in virtute: dextera manus tua cõfregit inimicos. Haleluiah, haleluiah. ℣. Hęc eſt vera fraternitas, quę vicit mũdi crimina: Chriſtum ſecuta eſt, inclita tenens regna cœleſtia: haleluiah. Euangeliũ. Deſcendens Ieſus de monte. folio 276. Offertorium.

ps.71. Lætamini in domino, & exultate iuſti: & gloriamini omnes recti corde. Secreta.

OBlatis, quæſumus Domine, placare muneribus: & intercedentibus ſanctis tuis, à cunctis nos defende periculis. Per dominum. Communio.

Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorum domine eſcas volatilibus cœli: carnes ſanctorũ tuorum beſtijs terræ: ſecundũ magnitudinem brachij tui, poſſide filios morte punitorum. Poſtcommunio.

HÆc nos communio Domine purget à crimine: & intercedentibus ſanctis martyribus tuis Geruaſio, & Prothaſio, cœleſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per dominũ noſtrũ.

¶ S.Siluerij Papæ & martyris. Die 10. Introitus.

STatuit ei Dñs teſtm̃ pacis, & principẽ fecit eũ: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in æternum. ps. Memento dñe Dauid, & omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria pri. Oratio. Ecc.45 ps.131

INfirmitatem noſtram reſpice omnipotẽs Deus: & quia pondus propriæ actionis grauat, beati Siluerij martyris tui atque põtificis interceſſio glorioſa nos protegat. Per dñm.

Lectõ Epiſtolæ beati Iudæ Apſi.

CAriſſimi: Memores eſtote verborum, quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis domini noſtri Ieſu Chriſti: qui dicebant vobis: Quoniam in nouiſſimis temporibus venient illuſores, ſecundùm deſideria ſua ambulantes in impietatibus. Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales, ſpiritum non habentes. Vos autem cariſſimi, ſuperędificantes voſmetipſos ſanctiſſimæ noſtræ fidei, in ſpiritu ſancto orantes, voſmetipſos in dilectione Dei ſeruate, expectantes miſericordiam domini noſtri Ieſu Chriſti in vitã æternã.

Gra-

ps. Graduale. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum, manus enim mea auxiliabitur ei: & brachiū meū cōfortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocebit ei.

ps. 109. Haleluiah, haleluiah. ℣. Tu es sacerdos in æternum secundū ordinem Melchisedech: Haleluiah. Euangelium. Si quis venit ad me. folio 269. Offertorium.

ps. V eritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

HOstias tibi domine beati Siluerij martyris tui atq; pontificis dicatas meritis benignus assume: & ad perpetuū nobis tribue peruenire subsidium. Per dominum nostrum.

ps. Communio. Semel iuraui in sancto meo, semen eius in æternū manebit, & sedes eius, sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternū: & testis in cœlo fidelis.

Postcommunio.

REfecti participatione muneris sacri, quæsumus domine Deus noster: vt cuius exequimur cultum sentiamus effectum. Per dominum nostrū Iesum Christum filium tuum.

¶ S.Paulini episcopi & confess. Die 22.

Introitus.

STatuit ei Dominus testamentū pacis: & principē fecit eum, vt sit illi sacerdotij dignitas in æternū. Ecc. 45.

ps. Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. ps 131.

℣. Gloria patri, & fil. Oratio.

DA, quæsumus omnipotēs Deus: vt beati Paulini cōfessoris tui atque pontificis veneranda solennitas, & deuotionem nobis augeat & salutem. Per dominum nostrum. &c.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios. 2. ca. 8.

FRatres: Scitis gratiam domini nostri Iesu Christi: quoniam propter vos egenus factus est, cum esset diues: vt illius inopia vos diuites essetis. Et consilium in hoc do. Hoc enim vobis vtile est: qui non solum facere, sed & velle cœpistis ab anno priore. Nunc verò, & facto perficite: vt quemadmodum promptus est animus voluntatis: ita sit & perficiendi ex eo quod habetis. Si enim voluntas prompta est: secundū id quod habet, accepta est: nō secundū id qđ nō habet.

Non

Non enim vt alijs sit remissio, vobis autem tribulatio: sed ex æqualitate. In præsenti tẽpore, vestra abundantia, illorũ inopiam suppleat: vt & illorũ abũdantia vestræ inopiæ sit supplementum, vt fiat æqualitas, sicut scriptum est. Qui multum, nõ abundauit: & qui modicum, non minorauit. Graduale.

Eccl. 44 Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. ℣. Nõ est inuentus similis illi, qui cõseruaret legem excelsi. Halelu

ps 109. iah, haleluiah. ℣. Tu es sacerdos in ęternum, secundum ordinem Melchisedech. Halelu. Euang. Nolite timere pusillus grex. de cõi cõfes. nõ põt. 283.

ps 88. Offerto. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum, manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meũ confortabit eum. Secreta.

SAncti tui, qs dñe, nos vbiq; lætificent: vt dum eorũ merita recolimus patrocinia sentiamus. Per dñm. Communio.

Matth. 24. Fidelis seruus & prudens, quẽ constituit dñs super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mẽsuram. Postcommu.

PRæsta, qs, omnipotẽs De9: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes: intercedente beato Paulino cõfessore tuo atque pontifice: beneficia potiora sumamus. Per dominum.

¶ In vigilia sancti Iohannis Baptistæ. Introitus. Die 23

NE timeas Zacharia: exaudita est oro tua, & Elisabeth vxor tua pariet tibi filium: & vocabis nomen eius Iohannem, & erit magnus coram domino, & spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ: & multi in Natiuitate eius gaudebunt. ps. Domine in virtute tua lætabitur rex, & super salutare tuum exultabit vehementer. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

Luc. 1. ps 20.

PRæsta qs omnipotens De9: vt familia tua per viam salutis incedat: & beati Iohannis præcursoris hortamenta sectãdo, ad eũ, quẽ prædixit, secura perueniat, dñm nostrũ Iesum Christum filium tuũ. Qui tec. Secunda oro de sancta Maria. Cõcede. tertia Ecclesiæ. vel ℟ Papa. Deus omnium. fol. 307.

Lectio Ieremiæ prophetæ. cap. 1.

IN diebus illis. Factũ est verbum Domini ad me, dicẽs. Priusquã te formarem in vtero, noui te: & antequã exires de

de vulua, ſanctificaui te: & ꝓphetam in gentibus dedi te. Et dixi, a,a,a, domine Deus: ecce neſcio loqui, quia puer ego sū. Et dixit dñs ad me. Noli dicere, puer ſum: qm̄ ad omnia quæ mittam te, ibis: & vniuerſa quę mandauero tibi, loqueris. Ne timeas à facie eorum: quia ego tecum ſum, vt eruam te, dicit dominus. Et miſit dñs manum ſuam, & tetigit os meum: & dixit dñs ad me. Ecce, dedi verba mea in ore tuo: Ecce, conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna: vt euellas: & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ędifices, & plātes. Dicit dominus omnipotens. Graduale.

Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Iohannes. ℣. Hic venit vt teſtimonium perhiberet de lumine, parare domino plebem perfectam.

Initium ſancti Euangelij ſecundùm Lucam.

FVit in diebus Herodis regis Iudææ, ſacerdos quidā noīe Zacharias de vice Abia: & vxor illius de filiabus Aaron, & nomen illius Eliſabeth. Erāt autem iuſti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mādatis & iuſtificationibus Domini ſine querela: & non erat illis filius: eo quod Eliſabeth eſſet ſterilis, & ambo proceſſiſſent in diebus ſuis. Factum eſt autem, cum ſacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis ſuæ ante Deum, ſecundùm cōſuetudinem ſacerdotij, ſorte exijt vt incenſum poneret, ingreſſus in templum domini. Et omnis multitudo populi erat orans foris hora incenſi. Apparuit autem illi Angelus Dñi, ſtās à dextris altaris incenſi. Et Zacharias turbatus eſt, videns, & timor irruit ſuper eum. Ait autem ad illum Angelus. Ne timeas Zacharia: quoniā exaudita eſt deprecatio tua. Et vxor tua Eliſabeth pariet tibi filiū: & vocabis nomen eius Iohannem. Et erit tibi gaudium & exultatio: & multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram Dño: vinum & ſiceram non bibet. Et ſpiritu ſancto replebitur, adhuc ex vtero matris ſuæ: & multos filiorum Iſrael conuertet ad dominum Deum ipſorum. Et ipſe præcedet ante illum in ſpiritu & virtute Eliæ: vt conuertat corda patrum in filios: & incredulos ad prudentiā iuſtorū: parare Dño plebē perfectā. Offer.

Gloria & honore coronaſti eū, & con-

& constituisti eum super opera manuum tuarum dñe. Secr.

MVnera Dñe oblata sanctifica: & intercedente beato Iohãne Baptista, nos per hæc à peccatorum nostrorum maculis emunda. Per dominũ.

ps 20. Cõmu. Magna est gloria eius in salutari tuo, gloriam & magnum decorẽ impones super eum domine. Postcommunio.

BEati Iohannis Baptistę nos dñe ꝑclara comitetur oro: & quẽ venturum esse prædixit, poscat nobis fore placatum dominũ nostrũ Iesum Chrm fil.

IN NATIVITATE

Die 25. ## sancti Iohannis Baptistę.

Introitus.

Isa. 49. DE ventre matris meæ vocauit me Dñs nomine meo: & posuit os meum vt gladium acutum: sub teguméto manus suæ protexit me, & posuit me quasi sagittam electam. ps. Bonũ est cõfiteri dño, & psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria. Oro.

DEus, qui præsentem diem honorabilẽ nobis in beati Iohannis Natiuitate fecisti: da populis tuis spiritualiũ gratiam gaudiorum: & omnium fidelium mẽtes dirige in viam salutis æternæ. Per dominum.

Lectio Isaiæ prophetæ. cap 4

HÆc dicit Dñs. Audite ínsulæ, & attendite populi de longe. Dñs ab vtero vocauit me: de ventre matris meæ, recordatus est nominis mei. Et posuit os meum quasi gladiũ acutum. In vmbra manus suæ protexit me: & posuit me quasi sagittam electam. In pharetra sua abscõdit me: & dixit mihi. Seruus meus es tu, Israel: quia in te gloriabor. Et nunc hæc dicit Dominus, formans me ex vtero seruum sibi. Dedi te in lucem gentium: vt sis laus mea vsque ad extremum terræ. Reges videbunt, & cõsurgẽt principes, & adorabunt dominum Deum tuum, & sanctũ Israel, qui elegit te. Graduale.

Priusquam te formarem in vte Hier.
ro, noui te: & antequam exires

de

de vẽtre, ſanctificaui te. ℣. Miſit dñs manũ ſuã, & tetigit os meũ: & dixit mihi. H aleluiah, haſah. ℣. Tu puer propheta altiſſimi vocaberis: præibis ante Dñm parare vias eius. Haſah.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

Luc. 1. ELiſabeth impletũ eſt tempus pariendi: & peperit filiũ. Et audierunt vicini, & cognati eius, quia magnificauit dominus miſericordiam ſuam cum illa: & congratulabantur ei. Et factum eſt: in die octauo venerunt circuncidere puerũ: & vocabant eũ nomine patris ſui, Zachariam. Et reſpondens mater eius, dixit. Nequaquam: ſed vocabitur Iohannes. Et dixerunt ad illã: Quia nemo eſt in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius, quem vellet vocari eum. Et poſtulans pugillarem, ſcripſit, dicens. Iohãnes eſt nomen eius. Et mirati ſunt vniuerſi. Apertum eſt autẽ illico os eius, & lingua eius: & loquebatur, benedicens Deum. Et factus eſt timor ſuper omnes vicinos eorum: & ſuper omnia montana Iudææ diuulgabãtur omnia verba hæc. Et poſuerũt omnes qui audierant, in corde ſuo, dicentes. Quis, putas, puer iſte erit? Etenim manus Domini erat cũ illo. Et Zacharias pater eius repletus eſt Spiritu ſancto: & prophetauit dicens. Benedictus Dñs Deus Iſrael: quia viſitauit, & fecit redemptionẽ plebis ſuæ. Dicitur Credo. niſi venerit in dñica: aut infra octauam corporis Chriſti, vel in eccleſia propria: ſed in octa. dicitur propter octau. Apoſtolorũ.

Offerto. Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus quæ in Libano eſt, multiplicabitur. ps. 91.

Secreta:

TVa dñe muneribus altaria cumulamus: illius natiuitatẽ honore debito celebrãtes: qui ſaluatorẽ mundi, & cecinit affuturum, & adeſſe mõſtrauit dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum.

Cõmunio. Tu puer propheta altiſſimi vocaberis: præibis eñ ante faciem Domini, parare vias eius. Luc. 1.

Poſtcommunio.

SVmat eccleſia tua Deus beati Iohannis Baptiſtæ generatione lætitiam: per quem ſuę regenerationis cognouit auctorem dominũ noſtrum Ieſum Criſtum filium tuum. Qui tec.

Infra oct. ſancti Iohannis Baptiſtæ & in ipſo die octauæ ſit idẽ officiũ qđ in die. Sed infra octa.

poſt

post orationē diei, dī secunda Oro de sancta Maria. C ōcede. tertia contra persecutores Ecclesiæ, vel pro Papa. fol. 307.

Die 26. ¶ In festo sanctorum martyrū Iohannis & Pauli. Introitus.

ps 33. MVltæ tribulationes iustorū: & de his omnibus liberauit eos Dns: Dns custodit omnia ossa eorum: vnū ex his nō cōteretur. ps. Benedicam dnm in oī tpe: semper laus eius ī ore meo. ℣. Gloria. Oro.

QVæsumus, ops Deus, vt nos geminata lętitia hodiernæ festiuitatis excipiat, q̄ de beatorū martyrum Iohānis & Pauli glorificatione ꝓcedit: quos eadē fides & passio, vere fecit esse germanos. p. Secunda oro de sancto Iohāne, tertia de sancta Maria. Concede. Epistola. Hi sunt viri misericordiæ. vt in octaua Apostolorum Petri, & Pauli. 236.

ps 132. Graduale. Ecce quam bonum, & quam iucundum, habitare fratres in vnū. ℣. Sicut vngūentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Haleluiah, haleluiah. ℣. Hæc est vera fraternitas, quæ vicit mundi crimina: Christum secuta est inclyta, tenens regna cœlestia. Haleluiah. Euangel. Attendite à fermēto pharisæorum. de cōi plur. mart. fo. 278.

Offert. Gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomē tuum: qm̄ tu dne benedices iusto: domine, vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. ps 5. Secre.

HOstias tibi, domine, sanctorum martyrum tuorū Iohannis & Pauli dicatas meritis benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per dnm. Cōmu. Et si coram hominibus tormēta passi sunt. Deus tentauit eos: tanquam aurum in fornace ꝓbauit eos: & quasi holocausta accepit eos. Sap. 3. Postcommunio.

SVmpsimus Dne sanctorum martyrum tuorum Iohānis & Pauli solēnia celebrantes sacramenta cœlestia: præsta quæsumus: vt, quod temporaliter gerimus, æternis gaudijs consequamur. Per dominum nr̄m.

¶ Si sequēs festum sancti Leonis veneritin Dominica, transfertur post Octauam Apostolorum: & Missa dicitur de dominica cum commemoratione sancti Iohannis: & vigilia Apostolorum fit in sabbatho:

Quocun-

Quocunque verò alio die ve-
nerint, fit de festo cum comme-
moratione sancti Iohannis, &
vigiliæ. In ecclesijs autem col-
legiatis dicuntur duæ Missæ,
una de festo, cum commemora
tione sancti Iohannis, & sanctæ
Mariæ: alia de vigilia cum cõ-
memorat. sanctæ Mariæ. C on-
fede. & Ecclesiæ. vel pro Papa.
In festo S. Leonis papæ & cõ-
fessoris. Missa. S acerdotes tui.
e cõi. fol. 279. præter oratio-
em, quæ dicitur vt infra. Oro.

DEus, qui beatũ Leonẽ pontificem tuũ sanctorũ tuorũ meritis
æquasti: concede propitius:
, qui commemorationis eius
sta percolimus, vitæ quoque
nitemur exẽpla. Per. Secreta.

ANnue nobis, quæsumus domine: vt, intercessione
ati Leonis hæc nobis pro-
oblatio: quam immolan-
totius mundi tribuisti rela-
re delicta. Per dominum.

Postcommunio.

DEꝰ, qui animæ famuli tui Leonis æternę beatitudi-
s præmia contulisti: concede
opitius: vt, qui peccatorum
strorum põdere premimur,
is apud tẽ precibus subleue-
ur. Per dominum nostrum.

¶ In vigilia Apostolorum Petri & Pauli. Introitus. Dic 28.

DIcit Dñs Petro, Cũ esses iunior cinge bas te, & ambula-
bas vbi volebas: cum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo tu nõ vis: hoc aũt dixit, significãs, qua morte clarificaturus esset Deũ. ℣s. Cœli enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius annunciat firmamentũ. ℣. Gloria patri, & filio. non dr̃ Gloria in excelsis. Oro. Ioã. 21. Ps 18.

PRęsta qs ops Deus: vt nullis nos permittas perturbationibus concuti: quos in Apostolicæ confessionis petra solidasti. Per dominum nostrum.

Secũda oratio de sancta Maria.

Tertia Ecclesiæ. vel pro Papa.

Lectio Actuum Apostolorum. cap. 3.

IN diebus illis. Petrus & Iohannes ascendebant in tem plum, ad horam orationis nonã. Et quidã vir qui erat claudus ex vtero matris suæ, baiulabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi, quę dicitur Speciosa, vt peteret eleemosinam ab introeuntibus in templum. Is cũ vidisset Petrum & Iohãnẽ incipientes introire in templũ: rogabat vt eleemo-

synam

synam acciperet. Intuens autē in eum Petrus, cum Iohāne, dixit. Respice in nos: At ille intendebat in eos, sperans se aliquid accepturum ab eis. Petrus autem dixit. Argentum & aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula. Et apprehensa manu eius dextera, alleuauit eum: & protinus consolidatæ sunt bases eius & plantæ. Et exiliens stetit, & ambulabat: & intrauit cum illis in templum ambulans, & exiliens, & laudās Deū. Et vidit omnis populus eum ambulantem, & laudantē Deū. Cognoscebant autem illum, quoniam ipse erat qui ad eleemosynam sedebat ad Speciosam portam templi: & repleti sunt omnes stupore & extasi, in eo quod contigerat illi.

psa. 18. Gradu. In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. ℣ Cœli enarrāt gloriā Dei: & opera manuū eius annúciat firmamētū.

Sequētia S. Euāg. scdm Iohānē. cap. 21.

IN illo tempore: Dixit Iesus Simoni Petro. Simon Iohannis diligis me plus his? Dicit ei. Etiam dñe: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei iterum. Simon Iohannis diligis me? Ait illi: Etiam dñe tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei tertio. Simon Iohannis amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio, amas me: & dixit ei. Domine tu omnia nosti, tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce oues meas. Amen, amen dico tibi: cum esses iunior cingebas te, & ambulabas vbi volebas. Cum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo tu non vis. Hoc autē dixit significans qua morte esset clarificaturus Deum.

Offert. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. pſ. 138

Secreta.

MVnus populi tui, quæsumus domine apostolica intercessione sanctifica: nosq; a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per dominum.

Commu. Simon Iohannis diligis me plus his? Domine, tu omnia nosti: tu scis domine, quia amo te. Io.

Postcommunio.

QVos cęlesti Domine alimento satiasti: apostolicis intercessionib⁹ ab omni aduersitate custodi. Per dominum nostrum.

¶ In

Die 29. ¶ In festo Apostolorum Petri & Pauli. Introitus.

Act. 12. NVnc scio vere, quia misit dominus angelum suum: & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorũ.

Ps. 138. ℣. Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionẽ meam ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui hodiernam diẽ apl̃orũ tuorũ Petri, & Pauli martyrio consecrasti: da ecclesię tuę, eorum in omnibus seq̃ pręceptũ: per quos, religionis sumpsit exordium. Per domi. Et non fit cõmemoratio de S. Paulo, quia oratio est cõis: nec octauæ sancti Iohánis Baptistę.

Cap. 12. Lectio Actuum Apostolorum.

IN dieb⁹ illis: Misit Herodes rex man⁹, vt affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem Iacobum fratrem Iohannis gladio. Videns autem quia placeret Iudæis, apposuit vt apprehẽderet & Petrum. (Erant autem dies Azymorum.) Quem cũ apprehendisset, misit in carcerem: tradens quatuor quaternionibus militum custodiendum: volens post pascha producere eum populo. Et Petrus quidem seruabatur in carcere. Oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo. Cum autem productu-rus eum esset Herodes: in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus: & custodes ante ostiũ custodiebant carcerem. Et ecce angelus Domini astitit: & lumẽ refulsit in habitaculo. Percussoq̃; latere Petri, excitauit eum, dicens. Surge velociter. Et ceciderũt catenæ de manibus eius. Dixit autem angelus ad eum. Præcingere, & calcea te caligas tuas. Et fecit sic: & dixit illi. Circunda tibi vestimẽtum tuum, & sequere me. Et exiens sequebatur eum: & nesciebat quia verũ est quod fiebat per angelũ. Existimabat autẽ se visum videre. Transeuntes autem primam & secundam custodiam, venerunt ad portam ferream, quæ ducit ad ciuitatem: quæ vltro aperta est eis. Et exeuntes, processerunt vicum vnum: & cõtinuo discessit angelus ab eo. Et Petrus ad se reuersus, dixit. Nũc scio vere, quia misit Dominus angelum suũ: & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum.

ps 44. Grad. C ōſtitues eos principes ſuper oēm terrā: memores erūt nominis tui dñe. ℣. Pro patrib⁹ tuis nati ſunt tibi filij: ꝓpterea populi confitebuntur tibi.

Mat.16. H aleluiah, haleluiah. ℣. Tu es Petrus: & ſuper hanc petrā ædificabo eccleſiam meam, haſah.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthæum.

Ibidē. IN illo tempore: Venit Ieſus in partes Cęſareæ Philippi: & īterrogabat diſcipulos ſuos, dicens. Quē dicūt homines eſſe filiū hominis? At illi dixerūt: Alij Iohannē Baptiſtā: alij autē Eliam: alij verò Ieremiam, aut vnum ex prophetis. Dicit illis Ieſus. Vos autem quem me eſſe dicitis? Reſpondens Simon Petrus, dixit. Tu es Chriſtus filius Dei viui. Reſpondens autē Ieſus, dixit ei. Beatus es Simon Bar Iona: quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pr̄ meus qui in cœlis eſt. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus: & ſuper hanc petram ędificabo eccleſiā meam: & portæ inferi non prę-ualebūt aduerſus eā. Et tibi dabo claues regni cœlorum. Et quodcūq; ligaueris ſuper terrā, erit ligatū & in cœlis: & quodcunq; ſolueris ſuper terrā, erit ſolutum & in cœlis. Credo.

Offer. C ōſtitues eos principes ſuper omnem terrā: memores erunt nominis tui dñe in omni progenie & generatione. Secr.

HOſtias dñe, quas nomini tuo ſacrandas offerimus, apoſtolica proſequatur oratio: per quam nos expiari tribuas, & defendi. Per dominum nr̄m.

ps 44. Prefatio de Apoſtolis. fol. 131. & dicitur per totam Octauam.

Mat. Commu. Tu es Petrus: & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Poſtcōmunio.

QVos cœleſti dñe alimēto ſatiaſti: apoſtolicis interceſſionibus, ab omni aduerſitate cuſtodi. Per dñm.

¶ In cōmem. S. Pauli. Introitus. Die 30 2. Tim. 4.

SCio, cui credidi, & certus ſū, quia potens eſt depoſitum meū ſeruare in illū diem, iuſtus iudex. Pſal. Dñe probaſti me, & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam & reſurrectionem meā. ps 138 ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui multitudinem gentium, beati Pauli apoſtoli prædicatione docuiſti: da nobis, quæſumus: vt cuius natalitia colimus, eius apud te patrocinia ſentiam⁹. Per dominū.

Et

Et fit cõme. de btõ Petro. Oro.

DEus, qui beato Petro apostolo tuo collatis clauib⁹ regni cœlestis, animas ligandi, atque soluendi pontificiũ tradidisti: concede: vt intercessionis eius auxilio, à peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui viuis & regnas. &c.

Deinde fit commemoratio sancti Iohannis, præterquam in Ecclesia propria sancti Pauli. Oratio. Deus qui præsentem diem. folio 230.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Galathas.

FRatres: Notum vobis facio euangelium, quod euangelizatum est à me: quia non est secundùm hominem. Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici: sed per reuelationem Iesu Christi. Audistis enim conuersationem meã quando in Iudaismo: quoniam supra modum persequebar ecclesiam Dei: & expugnabã illã: & proficiebã in Iudaismo supra multos coætaneos meos, in genere meo: abundãtius æmulator existens paternarum mearum traditionum. Cũ autem placuit ei, qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suã, vt reuelaret filiũ suũ in me, vt euangelizarem illũ in gentibus: cõtinuo nõ acquieui carni, & sanguini. Neq; veni Ierosolymã ad antecessores meos apostolos: sed abij in Arabiã, & iterum reuersus sum Damascum. Deinde post annos tres veni Ierosolymã videre Petrum: & mansi apud eum diebus quindecim. Alium autem apostolorum vidi neminem: nisi Iacobum fratrẽ Dñi. Quæ aũt scribo vobis ecce corã Deo, qa nõ mentior. Gradua. Qui operatus est Petro in Apostolatu, operatus est & mihi inter gentes: & cognouerunt gratiam Dei, quæ data est mihi. ℣. Gratia Dei in me vacua non fuit: sed gratia eius semper in me manet. Haleluiah, haleluiah. ℣. Sancte Paule apostole, prædicator veritatis, & doctor gentium intercede pro nobis: Haleluiah. Gala. 1.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Matthæum. cap. 10.

IN illo tẽpore: Dixit Iesus discipulis suis: Ecce ego mitto vos, sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpẽtes: & simplices sicut columbæ. Cauete autẽ ab hominibus. Tradent enim vos in cõcilijs, & in synagogis suis fla-

gellabũt vos: & ad pſides & reges ducemini pp me, in teſtimoniũ illis & gẽtibus. Cũ aũt tradent vos: nolite cogitare qũo, aut qd loquamini. Dabit enim vobis ĩ illa hora qd loquamini. Non em̃ vos eſtis qui loqmini: ſed ſpũs patris veſtri, qui loquitur ĩ vobis. Tradet aũt frater fratrẽ in mortẽ: & pr̃ filiũ. Et inſurgẽt filij in parẽtes: & morte eos afficiẽt. Et eritis odio oĩb⁹ hoĩbus pp nomen meum. Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. dr̃ Credo.

ps 138. Offertorium. Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui Deus: nimis cõfortatus eſt principatus eorum.

Secreta

APoſtoli tui Pauli precibus dñe, plebis tuæ dona ſanctifica: vt, quę tibi tuo grata sũt inſtituto, gratiora fiant patrocinio ſupplicantis. Per Dominũ.

Pro beato Petro. Secreta.

ECcleſiæ tuæ, quæſumus domine, preces & hoſtias beati Petri apoſtoli tui commẽdet oratio: vt quod pro illius gloria celebramus nobis proſit ad veniam. Per Dominum noſtrum.

Pro ſancto Iohãne Sec. Me expectauerunt. fol. 288. Prafatio de Apoſtolis. fo. 131. Cõmun. Amẽ dico vobis: ꝙ vos qui reliquiſtis oĩa, & ſecuti eſtis me centuplum accipietis, & vitam æternam poſſidebitis. Poſtcõ.

PErceptis Domine ſacramẽtis beatis apoſtolis interuenientibus deprecamur: vt, q̃ pro illorũ celebrata ſunt gloria, nobis proficiãt ad medelam. Per.

Pro beato Petro. Poſtcõmunio.

LÆtificet nos Dñe mun⁹ oblatũ: vt ſicut ĩ apoſtolo tuo Petro te mirabilem prędicam⁹: ſic per illum tuæ ſumamus indulgentię largitatem. Per dom.

Pro ſancto Iohanne Poſtcõmu. Sumat Eccleſia. folio 231.

IVLII FESTA.

¶ In octaua ſancti Iohannis Baptiſtæ dicitur miſſa vt in die cũ commemoratione apoſtolorũ, vt ſupra, & in ea dicit̃ Credo.

IN FESTO.

Viſitationis beatæ Mariæ virginis. Introitus. Die

SAlue ſancta parẽs, enixa puerpera regẽ: qui cęlum terramq́; regit in ſæcula ſæculorum. ps. Eructauit ps cor meum verbum bonũ: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, & filio, &c. Oratio.

Fa-

FAmulis tuis, q̃s Dñe, cœlestis gratiæ munus impertire: vt, quibus beatę virginis partus extitit salutis exordium, visitationis eius votiua solẽnitas, pacis tribuat incrementũ. Per.

Pro commemoratione sanctorum apostolorũ Petri & Pauli. Dño. Deus q̃ hodie. sup. 233.

Pro comme. sanctorũ martyrũ Processi & Martiniani. Oratio.

DEus, qui nos sanctorum martyrum tuorũ Processi & Martiniani gloriosis cõfessionibus circũdas, & protegis: da nobis, & eorum imitatione proficere, & intercessione gaudere. Per Dominum nostrum.

Lectio libri Sapientiæ.

ECce iste venit saliens in mõtibus, transiliens colles. Similis est dilectus meus capreæ, hynnuloq; ceruorum. En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestram, prospiciens per cancellos. En dilectus meus loquitur mihi. Surge, ꝑpera, amica mea, colũba mea, formosa mea: & veni. Iã enim hyems transijt, imber abijt, & recessit. Flores apparuerunt in terra nostra: tẽpus putationis aduenit. Vox turturis audita ẽ terra nra: ficus ꝓtulit grossos suos: vineæ florentes dederunt odorẽ suũ. Surge, ꝑpera, amica mea, speciosa mea: & veni: Colũba mea, ĩ foraminibus petrę, in cauerna maceriæ, ostẽde mihi faciẽ tuã: sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Grad.

BEnedicta & venerabilis es virgo Maria: quæ sine tactu pudoris inuenta es mater Saluatoris. ℣. Virgo Dei genitrix, quẽ totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo.

HAleluiah, haleluiah. ℣. Felix es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitiæ. Haleluiah.

Seq. sctĩ euang. secũdũ Lucam. cap. 1.

IN illo tẽpore: Exurgens Maria, abijt in montana cum festinatione in ciuitatem Iuda: & intrauit in domũ Zachariæ & salutauit Elisabeth. Et factum est vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth: exultauit infans ĩ vtero eius. Et repleta est spiritu sancto Elisabeth: & exclamauit voce magna, & dixit. Benedicta tu inter mulieres: & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Ecce enĩ, vt facta est vox salutationis tuę ĩ auribꝰ meis: exultauit ĩ gaudio infans in vtero meo. Et beata,

quæ credidisti, quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi a domino. Et ait Maria. Magnificat anima mea dominum. Et exultauit spiritus meus, in Deo salutari meo. dicitur Credo. Offert. Beata es virgo Maria, q̃ omniũ portasti creatorem: genuisti q̃ te fecit, & in ęternum permanes virgo. Secreta.

VNigeniti tui dñe nobis succurrat humanitas: vt q̃ natus de virgine matris integritatẽ nõ minuit, sed sacrauit in visitationis eius solẽnijs, nostris nos piaculis exuẽs, oblationẽ nostrã sibi faciat acceptã Iesus Christus dñs nr̃. Qui tecũ. Pro cõmem. apl̃orum, Secreta. Hostias Domine. folio 233. Pro cõmem. sanctorũ martyrũ Processi & Martiniani. Secreta.

SVscipe dñe preces & munera: q̃, vt tuo sint digna cõspectu, sanctorũ tuorum precibus adiuuemur: Per do. Cõm. Beata viscera Marię virginis, q̃ portauerũt ęterni p̃ris filiũ. Postc.

SVmpsim⁹ dñe celebritatis annuæ votiua sacramenta: p̃sta quęsumus: vt tẽporalis vitę nobis remedia prębeant, & ęternę. Per dominum nostrũ. Pro cõmem. Apl̃orũ. Postcõm. Quos cęlesti domine. fol. 233. Pro cõmem. SS. marty. Processi & Martiniani. Postcõmunio.

COrporis sacri, & pretiosi sanguinis repleti libamine q̃s domine Deus n̄oster: vt, quod pia deuotione gerimus, certa redemptione capiamus. Per eundem dominum nostrũ. ¶ Infra Octa. SS. Apostolorum Petri & Pauli. Introitus.

MIhi autem nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cõfortatus est principatus eorum. p̃s. Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionẽ meam. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

DEus, qui hodiernam diẽ apl̃orũ tuorũ Petri, & Pauli martyrio consecrasti: da ecclesię tuę, eorum in omnibus seq̃ pręceptũ: per quos religionis sumpsit exordium. Per dominum nostrum Iesum Christũ. Secũda oratio de sancta Maria Tertia Ecclesiæ. vel pro Papa.

Lectio Actuum Apostolorũ. cap. 2

IN dieb⁹ illis: Per manus apostolorum fiebant signa & p̃digia multa in plebe. Et erant vnanimiter omnes in porticu Salomonis. Cęterorum autem

nemo

nemo audebat se coniungere illis: sed magnificabat eos populus. Magis autē augebatur credentium in dño, multitudo virorum ac mulierum: ita vt in platéis eijcerent infirmos, & ponerent in lectulis, & grabbatis: vt veniente Petro, saltē vmbra illius obumbraret quēquā illorum: & liberarentur ab infirmitatibus suis. Concurrebat autem & multitudo vicinarū ciuitatum, Ierusalem: afferētes ægros, & vexatos à spiritibus immūdis: qui curabantur oēs. Graduale. Cōstitues eos principes super omnem terrā: memores erunt nominis tui dñe. ℣. Pro pribus tuis nati sūt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi. Haleluiah, haleluiah. ℣. Rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos: Haleluiah. Euangelium. Ecce nos reliquimus omnia. de cōi pro Abbatibus. fol. 284. dicitur Credo. Offer. In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. Secreta.

HOstias Dñe, quas nomini tuo sacrandas offerimus, pplica ꝓsequatur oño, per quā nos expiari tribuas & defēdi. p. Aliæ secretę. Tua dñe, & Protege. vel Oblatis. 298. Præfatio de Apostolis. 131. Cōmu. VOs qui secuti estis me, sedebitis sup sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Matth. 19. Postcōmu.

QVos cœlesti dñe alimēto satiasti, apostolicis intercessionib⁹ ab oī aduersitate custodi. Per. Aliæ postcō. Sumptis dñe, & Quæsumus domine. vel Hæc nos. fo. 277.

¶ In octaua Apostolorum Petri & Pauli. Introitus. Die 6.

Apientiā sanctorū narrēt populi, & laudes eorū nunciet ecclesia: noīa autem eorum viuent in sæculū sæculi. ꝑs. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri. Ecc. 44. ꝑs 32.

Oratio.

DEus cuius dextera beatū Petrum ambulantem in fluctibus, ne mergeretur, erexit: & coapostolum eius Paulū tertio naufragātem, de profundo pelagi liberauit: exaudi nos ꝓpitius, & concede: vt amborū meritis, æternitatis gloriā consequamur. Qui viuis & regnas.

Lectio libri Sapientiæ. Eccl. 44.

HI sunt viri misericordiæ, quorum iustitiæ obliuionē non acceperunt. Cū semine

eorum permanent bona: hæreditas sancta nepotes eorum. Et in testamentis stetit semen eorum:& filij eorum propter eos in ęternũ manẽt. Generatio eorum & gloria eorũ,non derelinquetur. Corpora eorum in pace sepulta sunt: & nomina eorum viuent in sæcula. Sapientiam eorum narrent oẽs populi:& laudẽ eorũ pronunciet oĩs
Sap.3. ecclesia sanctorũ. Grad. Iustorũ aĩæ in manu Dei sunt,& nõ tanget illos tormentũ malitiæ. ℣. Visi sunt oculis insipientiũ mori: illi autem sunt in pace. Halleluiah, halleluiah. ℣. Vos estis,
Luc. 8. qui permansistis mecum in tẽtationibus meis: & ego dispono vobis regnum,vt sedeatis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israel. Haleluiah.
Sequentia sancti Euangelij secundùm Matthæum.
cap 14. IN illo tempore: Iussit Iesus discipulos ascendere in nauiculam,& præcedere eũ trans fretum, donec dimitteret turbas. Et dimissa turba, ascendit in montem solus orare. Vespere autem facto, solus erat ibi. Nauicula autem in medio maris iactabatur fluctibus. Erat enim contrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis,venit ad eos, ambulans supra mare. Et videntes eũ supra mare ambulantem, turbati sunt dicentes: quia phantasma est. Et præ timore clamauerunt. Statimq́ue locutus est eis Iesus dicens. Habete fiduciam: ego sum, nolite timere. Respondens autem Petrus dixit. Domine,si tu es, iube me venire ad te sup aquas. At ipse ait. Veni. Et descendens Petrus de nauicula,ambulabat super aquam vt veniret ad Iesum. Videns vero ventum validum, timuit. Et cum cœpisset mergi, clamauit dicens. Domine,saluum me fac. Et continuo extendens Iesus manum apprehendit eum:& ait illi: Modicæ fidei,quare dubitasti? Et cum ascendisset in nauiculam, cessauit ventus. Qui autem in nauicula erant,venerunt, & adorauerunt eum dicentes: Vere filius Dei es. dicitur Credo.
Offertorium. Exultabũt sancti pſ.14 in gloria, lætabuntur in cubilibus suis:exaltationes Dei ĩ faucibus eorum. Secreta.

OFferimus tibi dñe preces, & munera:quę,vt tuo sint digna conspectu, apostolorum tuorum Petri & Pauli precibus adiuuemur. Per dominum nostrum Iesum Christum. &c.

Per eum

Præfatio de Apoſtolis. fo. 131.
Commu. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum malitiæ: viſi ſunt oculis inſipientium mori: illi autem ſunt in pace. Poſtcō.

PRotege domine populum tuum: & apoſtolorū tuorum Petri, & Pauli patrocinio confidentem: perpetua defenſione conſerua. Per dominum.

In feſto SS. martyrum Septē fratrum, ac Rufinæ, & ſecundæ virginum & martyrum. Introi.

Audate pueri Dominū, laudate nomē Domini: qui habitare facit ſterilem in domo, matrē filiorum lætantem. ps. Sit nomen Dñi benedictum, ex hoc, nūc, & vſq; in ſæculū. ℣. Gſia. Oro.

DRæſta, quæſumus ops De⁹: vt qui glorioſos martyres ſuos in ſua cōfeſſione cognoſcimus, pios apud te in noſtra intercеſſione ſentiamus. Per d. Epiſtola. Mulierem fortem. De communi nec virginū nec martyrum. fol. 288. Graduale. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium. ℣. Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus: adiutorium noſtrum in nomine dñi, qui fecit cęlum & terrā. Halah, halah. ℣. Hæc eſt vera fraternitas, quę vicit mūdi crimina: Chriſtum ſecuta eſt, inclita tenens regna cœleſtia: Haleluiah.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundùm Matthæum. cap. 12.

IN illo tpe. Loquente Ieſu ad turbas, ecce mater ei⁹ & fratres ſtabāt foris quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidam. Ecce mater tua & fratres tui foris ſtant quærētes te. At ipſe reſpondens dicenti ſibi, ait. Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? Et extendens manum ſuam in diſcipulos ſuos, dixit. Ecce mater mea, & fratres mei. Quicunque enim fecerit voluntatē pris mei q in cęlis eſt: ipſe meus frater, & ſoror, & mr eſt.

Offertor. Anima noſtra, ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium: laqueus contritus eſt & nos liberati ſumus. ps 123. Secreta.

SAcrificijs pſentibus, qs dñe, itēde placat⁹: & itercedētib⁹ ſanctis tuis, deuotioni nrę pficiat, & ſaluti. p. Cōm. Quicūq; fecerit volūtatē pris mei, q in cęlis eſt: ipſe meus frater, & ſoror & mr eſt, dicit Dominus. Mat. 12. Poſtc.

Quæſu-

QVæsumus ops Deus: vt intercedētibus sctis tuis illius salutaris capiamus effectū, cuius per hęc mysteria pignus accepimus. Per do.

Die 11 ¶ Sancti Pij papæ & martyris. Missa Statuit ei Dominus. vt in communi vnius martyris pontificis. folio 268.

¶ Sanctorum martyrum Naboris & Felicis, dicitur Missa. Intret in conspectu tuo. de communi plurium martyrum. folio 274. præter orationem, quę dicitur vt infra. Oratio.

PRæsta quæsumus dñe: vt, sicut nos sanctorū martyrum tuorum Naboris & Felicis natalitia celebranda non deserunt: ita iugiter suffragijs comitentur. Per Dominum nostrum. Secreta.

MVnera plebis tuę, quæsumus Dñe sanctorū martyrum tuorū Naboris & Felicis fiant grata suffragijs: & quorū triumphis tuo nomini offerun tur, ipsorum digna perficiātur & meritis. Per dñm. Postcōmu.

NAtalitijs sanctorum tuorum, quęsumus dñe & sacramenti munere vegetati: bonis, quibus per tuam gratiam nunc fouemur perfruamur æternis. Per dominum nostrum.

¶ In festo sancti Anacleti, papę & martyris. Missa Sacerdotes Dei. de communi vnius martyris pontificis. 269. Die 13

¶ In festo S. Bonauenturæ episcopi & confessoris. Introitus.

SAcerdotes tui dñe induāt iustitiā: & sancti tui exultent: pp Dauid seruū tuum, non auertas faciē Christi tui. ps. Memēto dñe Dauid, & omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio. ps 131

EXaudi, quæsum⁹ Domine, preces nostras: quas in beati Bonauenturæ confessoris tui atq; pontificis solennitate deferimus: & qui tibi digne meruit famulari eius intercedētibus meritis, ab omnibus nos absolue peccatis. Per Dominū. Epistola. Testificor corā Deo. de communi doctorum. 281.

Gradua. OS iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudiciū. ℣. Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplātabuntur gressus eius. Halah, haleluiah. ℣. Iurauit dominus, & non pœnitebit eum: tu es sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech. Hal. ps 36.

Euan-

Euangelium. H omo quidam peregre. de communi confessoris pontificis. fol. 279. Offertorium. V eritas mea, & misericordia mea cũ ipso: & in noĩe meo exaltabit cornu eius. Sect.

S Ancti Bonauenturæ confessoris tui atq; pontificis, q̃sumus Domine, annua solennitas pietati tuę nos reddat acceptos: vt per hæc piæ placationis officia, & illum beata retributio comitetur, & nobis gratiæ tuæ dona conciliet. Per dominum. Com. B eatus seruus quẽ cũ venerit dominus inuenerit vigilantem: amen dico vobis: super omnia bona sua constituet eum. Postcommunio.

D Eus, fideliũ remunerator animarum, præsta: vt beati Bonauenturæ confessoris tui atque pontificis, cuius veneranda celebramus festiuitatem, precibus, indulgentiam consequamur. Per dominum nostrũ.

¶ S. Alexij confessoris. Introit.

S iusti meditabitur sapiẽtiã: & lingua eius loquetur iudicium: lex Dei eius ĩ corde ipsius. ps. Noli æmulari in malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria patri. Oratio.

D Eus, qui nos beati Alexij cõfessoris tui annua solẽnitate lętificas: cõcede ꝓpitius, vt cuius natalitia colimus, etiã actiones imitemur. Per domi.

Lectio Epistolæ bti Pauli Apostoli ad Timothæum. 1. ca. 6.

C Arissime: Est quæstus magnus pietas cum sufficiẽtia. Nihil eĩm intulimus in hũc mundum: haud dubium quia nec auferre quid possumus. Habẽtes autem alimenta, quibus & tegamur: his contenti simus. Nam qui volunt diuites fieri: incidunt in tentationẽ & in laqueũ diaboli, & desideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt hoĩes in interitũ & perditionẽ. Radix enim oĩum malorum, est cupiditas. Quã quidã appetentes, errauerũt a fide: & inseruerunt se doloribus multis. Tu autem ò homo Dei, hęc fuge, sectare vero iustitiã, pietatem, fidem, charitatem, patiẽtiam, mansuetudinem. Certa bonũ certamẽ fidei: apprehende vitam æternã. Grad. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus libani, multiplicabitur in domo Dñi. ℣. Ad annunciãdum

mane

mane misericordiam tuã, & veritatem tuam per noctẽ. H aleluiah, halah. ℣. Beatus vir qui suffert tentationem, qm̃ cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Halah. Euang. Ecce nos reliquim⁹ omnia & secuti. de communi Abb. 284. Offer.

ps 88. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in noĩe meo exaltabitur cornu eius. Secret.

LAudis tibi Dñe hostias immolamus, in tuorũ commemoratione sanctorum: quibus nos & præsentib⁹ exui malis confidimus, & futuris. Per. Commun. Beatus seruus, quẽ cum venerit Dominus inuenerit vigilantem: amẽ dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Postcommunio.

REfecti cibo, potuq; cęlesti Deus nr̃, te supplices exoramus: vt in cuius hæc commemoratione pcepimus, eius muniamur & precibus. Per Domi.

Die 18 ¶ S. Symphorosæ cum septem filijs martyribus. Introitus.



Lamauerunt iusti, & Dñs exaudiuit eos: & ex oĩbus tribulationibus eorũ liberauit

ps 33. eos. ℣s. Benedicam Dñm in oĩ tempore: semper laus eius i ore meo. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui nos cõcedis sanctorum martyrum tuorũ Symphorosæ, & filiorum eius natalitia colere: da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dominũ. Epist. Sancti per fidẽ vicerunt regna. de cõi plurium martyr. f. 277. Grad. Ecce quam bonũ, ps 13

& quàm iucũdum habitare fratres in vnum. ℣. Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam barbã Aaron. H aleluiah, halah. ℣. Hæc est vera fraternitas, quæ vicit mundi crimina: Christũ secuta est, inclyta tenens regna cęlestia. Haleluia. Euang. Attendite à fermento phariszorum. de eodẽ cõi. fol. 278. Offert. Ixtamini ps 31

in dño, & exultate iusti: & gloriamini oẽs recti corde. Secret.

MVnera tibi dñe nr̃ę deuotionis offerimus: quæ & pro tuorũ tibi grata sint honore iustorum, & nobis salutaria te miserante reddantur. Per d.

Commu. Quicunq; fecerit voluntatem patris mei qui in cęlis est: ipse me⁹ frater, & soror, & mater est, dicit dñs. Postcõ. Mat. 12.

PRæsta, nobis q̃s Dñe, intercedentibus sanctis martyribus

ribus tuis Simphorosa & filijs eius: vt quæ ore contingimus, pura mente capiamus. Per Do.

¶ Sanctæ Margaritę virg. & martyris, Missa. Me expectauerũt. de cõi virginum & mart. 288.

¶ S. Praxedis virginis. Introitus.

LOquebar de testimonijs tuis in conspectu regum, & non confundebar, & meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi nimis. ℘s. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. ℣. Gloria pat. Oratio.

EXaudi nos Deus salutaris noster: vt, sicut de beatæ Praxedis virginis tuæ festiuitate gaudemus, ita piæ deuotionis erudiamur affectu. Per Domi. Epist. De virginibus præceptũ Domini non habeo. de cõi virginũ. 287. Graduale. Dilexisti iustitiam: & odisti iniquitatẽ. ℣. Propterea vnxit te Deus tuus oleo lætitiæ. Haleluiah, haleluiah. ℣. Specie tua & pulchritudine tua: intende, prospere procede, & regna, Haleluiah. Sua angel. Simile est regnũ cęlorum thesauro abscondito &c. de eodẽ communi. 286. Offer. Diffusa est gratia in labijs tuis: ppea benedixit te Deus in ęternum, & in sęculũ sæculi. Secre.

ACcepta tibi sit dñe sacratæ plebis oblatio, ꝓ tuorum honore sanctorum: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per do. Cõm. Simile est regnũ cœlorũ homini negociatori, q̃renti bonas margaritas: inuẽta vna pretiosa margarita, dedit omnia sua, & comparauit eam. Mat. 13. Poste.

SAtiasti Dñe familiã tuã muneribus sacris: eius, q̃s, ĩteruentione nos refoue, cuius solennia celebramus. Per Domi.

¶ In festo sanctę Mariæ Magdalenæ. Introitus. Die 22.

ME expectauerũt pctõres, vt perderẽt me: testimonia tua dñe ĩtellexi: oĩs cõsummationis vidi finẽ: latũ mãdatũ tuũ nimis. ℘s. 118. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria. Oro.

BEatæ Mariæ Magdalenæ quæsumus Domine, suffragijs adiuuemur: cuius precibus exoratus quatriduanum fratrẽ Lazarum viuum ab inferis resuscitasti. Qui viuis, &c.

Le-

Lectio libri Sapientiæ.

Cant. 3. SVrgam, & circuibo ciuitatem: per vicos & plateas q̃rã quem diligit aĩa mea. Quæsiui illum: & non inueni. Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem. Num quẽ diligit aĩa mea, vidistis? Paululum cum pertransissem eos, inueni quẽ diligit anima mea. Tenui eum, nec dimittã, donec introducã illũ in domũ matris meæ, & in cubiculũ genitricis meæ. Adiuro vos filiæ Ierusalem per capreas, ceruosq; camporũ: ne suscitetis, neq; euigilare faciatis dilectã, donec ipsa velit. Po
cap. 8. ne me vt signaculum super cor tuũ, vt signaculũ super brachiũ tuum: quia fortis est vt mors dilectio: dura sicut infernꝰ, æmulatio: Lãpades eius, lampades ignis, atq; flãmarũ. Aquę multæ non potuerunt extinguere charitatẽ: nec flumina obruent illã. Si dederit homo oẽm substãtiã domus suæ pro dilectione: quasi nihil despiciet eam.

Ps. 44. Grad. Dilexisti iustitiã: & odisti iniquitatẽ. ℣. Propterea vnxit te, Deus, Deus tuus oleo lætitiæ. Haleluiah, haleluiah. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum: Haleluiah.

Euangelium. Rogabat Iesum quidam pharisæus. in feria v. Dominicæ passionis. 72. dicit Credo. Offer. Filiæ, regũ in honore tuo: astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato: circundata varietate. Secreta.

MVnera nostra, quęsumus Domine beatæ Mariæ Magdalenæ glorioſa merita tibi reddant accepta: cuius oblationis obsequium, vnigenitus filius tuus clementer suscepit impensum. Qui tecum viuit.

Ps. 118. Cõmu. Feci iudicium & iustitiam Dñe, non calumnientur mihi superbi: ad oĩa mandata tua dirigebar, omnẽ viam iniquitatis odio habui. Postcõm.

SVmpto, q̃s Dñe, vnico ac salutari remedio, corpore scilicet, & pretioso sanguine tuo, ab omnibus malis, sanctę Mariæ Magdalenæ patrocinijs eruamur. Qui viuis & regnas.

¶ In festo S. Apollinaris, episcopi & martyris. Introitus. Dies

Dan. 3. Acerdotes Dei benedicite dominum: sancti & humiles corde laudate Deũ. ℣. Benedicite omnia opera Domini dñm: laudate & superexaltate

e cum in sæcula. ℣. Glia. Oro.

DEus, fidelium remunerator animarum, quiq; hunc diem beati Apollinaris sacerdotis tui martyrio consecrasti: tribue quæsumus, nobis famulis tuis: vt cuius venerandam celebramus festiuitatem, precibus eius indulgentiã consequamur. Per d. Cto epla beati Petri Apostoli.

CArissimi: Seniores qui in vobis sunt obsecro, consenior & testis Christi passionũ, qui & eius q̃ in futuro reuelanda est, gloriæ cõicator. Pascite q̃ in vobis est gregẽ Dei: prouidẽtes nõ coacte, sed spontanee secundum Deũ, neq; turpis lucri gratia, sed voluntarie: neq; vt dominantes in cleris: sed forma facti gregis ex aĩo. Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gliæ coronã. Similiter adolescentes subditi estote senioribus: Oẽs autem inuicem humilitatẽ insinuate: Quia Deus superbis resistit, humilibus aũt dat gratiã. Humiliamini igitur sub potenti manu Dei: vt vos exaltet in tempore visitationis: omnẽ solicitudinem vestrã proijciẽtes in eũ: quoniã ipsi cura est de vobis. Sobrij estote, & vigilate: qa aduersarius vester diabolus tãquam leo rugiens circuit, q̃rẽs quem deuoret. Cui resistite fortes in fide: scientes eandẽ passionem ei q̃ in mundo est, vestræ fraternitati fieri. Deus aũt omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternã suã gloriã in Christo Iesu, modicum passos, ipse perficiet, cõfirmabit, solidabitq;. Ipsi gl'a, & imperiũ in scla sclorũ. Amẽ.

Gradua. I nueni Dauid seruum meũ: oleo sancto meo vnxi eũ, manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eũ. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocebit ei. H aleluiah, haleluiah. ℣. Iurauit dñs, & nõ pœnitebit eum: tu es Sacerdos in æternum secundũ ordinem Melchisedech. Haleluiah. ps 88. ps 109.

Seq. sancti Euãg. secũdũ Lucã. cap. 22.

IN illo tpe: Facta est contentio inter discipulos, quis eorum videretur esse maior. Dixit autem eis Iesus: Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Vos autem non sic. Sed qui maior est ĩ vobis, fiat sicut iunior: & qui præcessor est, sicut ministrator. Nam quis maior est: qui recũbit, an qui ministrat? Nonne q̃ recumbit? Ego autem in medio

dio vestrum sum, sicut qui ministrat. Vos autē estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus, regnum: vt edatis & bibatis super mensam meā in regno meo: & sedeatis super thronos, iudicātes duodecim tribꝰ Israel.

Ps. 88. Offerto. Veritas mea, & misericordia mea cū ipso: & in noīe meo exaltabit cornu eius. Secr.

REspice Dñe propitius sup hæc munera: quæ pro beati sacerdotis & martyris tui Apollinaris cōmemoratione deferimus, & pro nostris offensionibus immolamus. Per Domi.

Mat. 25 Cōm. Dñe quinq; talenta tradidisti mihi: ecce alia quinq; superlucratus sum: euge serue fidelis, quia ī pauca fuisti fidelis, supra multa te cōstituam, intra in gaudium domini tui. Postc.

TVa sancta sumētes q̄s Dñe: vt beati Apollinaris nos foueant cōtinuata præsidia: quia non desinis propitius intueri, quos talibus auxilijs concesseris adiuuari. Per Dominum.

¶ Missa vigiliæ S. Iacobi dicatur de cōi in vig. vnius apli. f. 268. Et p cōm. S. Christinæ virginis, & marty. dr̄ oro. Indulgentiā. cum sua secreta, & postcōio. de cōi virg. & mar. 285. Tertia de sancta Maria Concede. fo. 298.

Si festum sancti Iacobi venerit feria secunda de vigilia fit commemoratio in Missa sancti Apollinaris, & de sancta Christina in Dominica.

¶ In festo Sancti Iacobi apostoli. Introitus. Die.

Ps. MIhi autē nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cōfortatus est principatus eorum. p̄s. Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meā. ℣. Gloria patri, &c. Oratio.

ESto Dñe plebi tuæ sanctificator & custos: vt Apostoli tui Iacobi munita præsidijs, & conuersatione tibi placeat, & secura mente deseruiat. Per do. In missis priuatis pro commem. sancti Christophori mart. Oratio Præsta quæsumus omnipotens Deus. 270 In Missa solenni nulla commē. fit de eodē. Lectio Epistolæ bti Pauli Apostoli ad Corinthios. 1. a.

FRatres: Puto, quòd Deus nos Apostolos nouissimos ostendit, tanquàm morti destinatos: quia spectaculum facti sumus

sumus mundo,& angelis,& hominibus. Nos stulti propter Christū: vos autem prudentes in Christo. Nos infirmi: vos autem fortes. Vos nobiles: nos autem ignobiles. Vsque in hanc horā & esurimus,& sitimus,& nudi sumus, & colaphis cædimur,& instabiles sumus,& laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur,& benedicimus. Persecutionem patimur,& sustinemus. Blasphemamur, & obsecramus. Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus omniū peripsema vsq; adhuc. Nō vt cōfundā vos, hæc scribo: sed vt filios meos carissimos moneo. Nā si decē millia pedagogorū habeatis ī Chro: sed nō multos pres. Nā in Christo Iesu, per Euangeliū ego vos genui. Graduale. Constitues eos principes super omnem terram: memores erūt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, propterea populi confitebūtur tibi. Haleluiah, hasah. ℣. Ego vos elegi de mundo, vt eatis,& fructum afferatis & fructus vester maneat: Haleluiah.

Seq. sc̄i Euāg. secūdū Matthæū.

IN illo tpe: Accessit ad Iesum mr̄ filiorū Zebedæi cū filijs suis, adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic, vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexterā tuā,& vnus ad sinistrā ī regno tuo. Respōdens aūt Iesus dixit: Nescitis quid petatis: Potestis bibere calicem, quē ego bibiturus sū? Dicunt ei. Possumus. Ait illis. Calicē quidē meū bibetis: sedere autem ad dexteram meā & sinistram non est meū dare vobis: sed quibus paratum est à patre meo. dicitur C redo.

Offertorium. In omnē terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. ps 18.

Secr.

OBlationes populi tui, q̄s Domine, beati Apostoli tui Iacobi passio beata cōciliet: & quæ nostris non apta sunt meritis, fiant tibi placita eius deprecatione. Per dō. Præfatio de Apostoli. f. 131. Cōm. Vos qui secuti estis me sedebitis super sedes, iudicātes duodecim tribus Israel. Mat. 19

Postcommunio.

BEati Apli tui Iacobi, q̄s dñe intercessione nos adiuua: pro cuius festiuitate percepim⁹ tua sancta lætantes. Per Dominum nostrum Iesum Christū.

¶Sancti Pantaleonis martyris. Missa. Lætabitur iustus. de cōmuni vnius martyris fol. 271. Dic 27.

Die 28. ¶ In festo SS. Nazarij, Celsi, & Victoris martyrum, & Innocẽtij papæ, & confessoris. Missa. Intret in conspectu. cum Epistola. Reddidit Deus mercedẽ. 277. de cõi plur. marty. p̃ter oñes, quæ dicuntur vt infra. Oratio.

SAnctorũ tuorũ nos dñe Nazarij, Celsi, Victoris: & Innocẽtij cõfessio beata cõmuniat: & fragilitati nostræ subsidium dignanter exoret. Per dominum. &c. Secreta.

COncede nobis oꝑs Deus, vt his muneribus, quæ ꝓ sanctorum tuorum Nazarij, Celsi, Victoris, & Innocentij honore deferimus, & te placemus exhibitis, & nos viuificemur acceptis. Per dñm. Postcõ.

SAnctorum Nazarij, Celsi, Victoris, & Innocentij dñe intercessione placatus: præsta quæsumus: vt quod temporali celebramus actione, perpetua saluatione capiamus. Per dñm.

Die 29. ¶ In festo sanctæ Marthæ virginis. Introitus.

ps 44. DIlexisti iustitiã, & odisti iniquitatẽ: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria. Oratio.

EXaudi nos Deus salutaris noster: vt, sicut de beatæ Marthę virginis festiuitate gaudemus, ita piæ deuotionis erudiamur affectu. Per dominum. Pro cõmemoratione sanctorũ martyrum Felicis, Simplicij, Faustini, & Beatricis. Oratio.

PRæsta, quæsumus dñe: vt, sicut populus Christianus martyrum tuorũ Felicis, Simplicij, Faustini, & Beatricis tẽporali solennitate congaudet, ita perfruatur æterna: & quod votis celebrat, comprehendat effectu. Tertia oratio. A cunctis. f. 307. Epistola. Qui gloriatur in dño glorietur. de cõi virginum. fol. 186. Graduale.

ps 44. SPecie tua, & pulchritudine tua, intende, prospere procede, & regna. ℣. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiã deducet te mirabiliter dextera tua. Haleluiah, haleluiah. ℣. Adducentur regi virgines post eam, proximæ eius afferentur tibi in lætitia, Haleluiah. Euangelium. Intrauit Iesus in quoddam castellum. vt in festo Assumpt. beatæ Mariæ. f. 249. Offertoriũ. Filiæ rẽgum in honore tuo: astitit regina à dextris

ps 44.

tuis

tuis in veſtitu deaurato, circũdata varietate. Secreta.

ACcepta tibi ſit domine ſacratæ plebis oblatio, pro tuorum honore ſanctorũ: quorum ſe meritis de tribulatione percepiſſe cognoſcit auxilium. Per dominum noſtrum. &c.

Pro commemoratione ſanctorum martyrum Felicis, Simplicij, Fauſtini, & Beatricis. Secre.

HOſtias tibi dñe pro ſanctorum martyrum tuorum Felicis, Simplicij, Fauſtini, & Beatricis, commemoratione deferimus, ſuppliciter deprecãtes: vt indulgentiam nobis pariter cõferant & ſalutẽ. Cõmu.

Matth. 25. Quinq; prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus: media autẽ nocte clamor factus eſt, ecce ſponſus venit, exite obuiã Chriſto domino. Poſtcommunio.

SAtiaſti dñe familiam tuam muneribus ſacris: eius, q̃s, iteruentione nos refoue, cuius ſolẽnia celebramus. Per dñm. Pro cõmemoratione ſanctorũ martyrum Felicis, Simplicij, Fauſtini, & Beatricis. Poſtcõm.

PRæſta, q̃s, op̃s Deus: vt ſanctorum martyrum tuorum Felicis, Simplicij, Fauſtini, & Beatricis cęleſtib⁹ myſterijs celebrata ſolẽnitas, indulgẽtiam nobis tuæ ꝓpitiationis acq̃rat.

¶ Sanctorum martyrũ Abdon, & Sennen. Introitus. Die 30.

INtret in cõſpectu tuo dñe gemitus cõpeditorũ: redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum: vindica ſanguinem ſanctorum tuorũ, qui effuſus eſt. ℘. Deus venerunt gentes in hæreditatẽ tuã: polluerunt templum ſanctum tuum: poſuerunt Ieruſalem in pomorum cuſtodiam. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio. ℘s 78.

DEus, qui ſanctis tuis Abdon & Sennen ad hãc gloriam veniendi copioſum munus gratiæ contuliſti: da famulis tuis ſuorum veniam peccatorum: vt ſanctorum tuorum intercedẽtibus meritis, ab omnibus mereamur aduerſitatib⁹ liberari. Per dominum noſtrũ. Epiſtola. Exhibeamus noſmetipſos. de cõi plurũ mart. 277. Graduale. Glorioſus Deus in ſanctis ſuis: mirabilis in maieſtate: faciẽs prodigia. ℣. Dextera tua dñe glorificata eſt ĩ virtute: dextera manus tua cõfregit inimicos. Halleluiah, haſah. ℘s 115.

Sap 3. ℣. Iustorũ animæ in manu Dei sunt: & non tanget illos tormẽtum malitiæ: Haleluiah. Euág. Videns Iesus turbas. de eodem communi. fo. 278. Offertoriũ.

ps 67. Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel: ipse dabit virtutẽ, & fortitudinem plebi suæ: benedictus Deus. Secreta.

HÆc hostia, q̃s dñe, quam in sanctorum martyrum tuorũ natalitijs recensentes offerimus, & vincula nostræ prauitatis absoluat, & tuæ nobis misericordię dona cõciliet. Per.

ps 19. Commu. Posuerunt mortalia seruorũ tuorũ dñe escas volatilib⁹ cęli: carnes sanctorũ tuorũ bestijs terræ: secundũ magnitudinem brachij tui, posside filios morte punitorum. Postcõ.

PEr huius dñe operationem mysterij, & vitia nr̃a purgẽtur, & intercedentibus sanctis tuis Abdon, & Sẽnen iusta desideria compleantur. Per domi.

AVGVSTI FESTA.

In festo S. Petri ad vincula. Intr.

Die 1. Act. 12.

NVnc scio vere quia misit Dominus angelum suũ: & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorũ. ps. Dñe probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem meã. ℣. Gloria. Oro.

ps 138

DEus, qui beatũ Petrũ apostolũ, à vinculis absolutũ, illæsum abire fecisti: nostrorũ, q̃sumus, absolue vincula peccatorum: & omnia mala à nobis propitiatus exclude. Per domi.

Deinde fit commemoratio de sancto Paulo. Oremus.

DEus, qui multitudinem gentium, beati Pauli apostoli prædicatione docuisti: da nobis, q̃s: vt cuius cõmemorationẽ colimus, eius apud te patrocinia sentiam⁹. Per dominũ.

Pro comme sanctorum martyrum Machabæorum. Oratio.

FRaterna nos Dñe martyrũ tuorũ corona lætificet: quę & fidei nostræ præbeat incrementa virtutum, & multiplici nos suffragio consoletur. Per d.

Epistola. Misit Herodes rex manus. vt in festo Apostolorum Petri & Pauli. folio 233.

Grad. Cõstitues eos principes super oẽm terrã: memores erũt nominis tui dñe. ℣. Pro patrib⁹ tuis nati sunt tibi filij: ꝓpterea populi confitebuntur tibi. Haleluiah, haleluiah. ℣. Solue iubẽte Deo terrarum Petre catenas:

ps 44

iubente Deo terrarũ Petre catenas:q facis vt pateãt cęlestia regna beatis haſ. Euangeliũ. Venit Ieſus in partes Cæſareæ. folio 233. Et dicitur Credo.

Bidẽ. Offer. Cõſtitues eos principes ſuper omnem terrã: memores erunt nominis tui dñe in omni progenie & generatione. Sec.

OBlatum tibi domine,ſacrificium,intercedente beato Petro apoſtolo tuo,viuificet nos ſemper,& muniat. Per Do.

Pro ſancto Paulo. Secreta.

APoſtoli tui Pauli precibus Domine plebis tuę dona ſanctifica: vt quæ tibi tuo grata ſunt inſtituto, gratiora hant patrocinio ſupplicantis.

Pro comme. ſanctorum martyrum Machabæorum. Secreta.

ITerata myſteria Dñe,p ſanctorum martyrum tuorum commemoratione, deuota mẽte, tractemus: quibus præſidiũ nobis creſcat,& gaudium. Per.

Præfatio de Apoſtolis. fol. 131.

Matt.16. Communio. Tu es Petrus:& ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Poſtcõmunio.

CORporis ſacri, & pretioſi ſanguinis repleti libamine quæſumus Domine Deus noſter:vt, quod pia deuotione gerimus, certa redẽptione ca-

M. R. N.

piamus. Per dominum noſtrũ.

Pro ſancto Paulo. Poſtcommu.

PErceptis Dñe ſacramentis beatis Apoſtolis interuenientibus deprecamur:vt,quæ pro illorũ celebrata ſunt gloria, nobis proficiãt ad medelã.

¶ Pro commemora. ſanctorum Machabæorum. Poſtcommu.

PRæſta,quęſumus,ops Deꝰ: vt quorum memoriam ſacramenti participatione recolimus,fidem quoque proficiendo ſectemur. Per Dominũ no.

¶ Sancti Stephani papę,& martyris. Introitus. Die 2.

SAcerdotes ps 131. eius iduãt ſalutari,& ſcti eius exultatione exultabunt. ps. Memento dñe Dauid, & omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria. Oratio.

DEus, qui nos beati Stephani martyris tui atque pontificis annua ſolennitate lætificas:concede propitius:vt, cuius natalitia colimus, de eiuſdem etiã protectione gaudeamus. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, Qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum.

Lectio Actuum Apostolorum.

cap. 20. IN diebus illis. A Mileto Paulus mittens Ephesum: vocauit maiores natu ecclesiæ. Qui cũ venissent ad eũ, & simul essent, dixit eis. Vos scitis a prima die qua ingressus sum in Asiã, qualiter vobiscum per omne tẽs fuerim seruiens domino cũ oĩ humilitate & lacrymis, & tẽtationibus, quę mihi acciderũt ex insidijs Iudæorum: quo nihil subtraxerim vobis vtilium, quominus annunciarẽ vobis, & docerem vos publice, & per domos, testificans Iudæis atq; gentilibus in Deum pœnitentiam, & fidem in dñm nostrũ

Ecc. 44 Iesum Chrm. Grad. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Haleluiah, hale-

ps 109. luiah. ℣. Tu es sacerdos in æternum secundùm ordinẽ Melchisedech. Halah. Euãgeliũ. Si quis vult venire post me. 270.

ps. 88. Offertorium. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum, manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meũ confortabit eum. Secreta.

MVnera tibi dñe dicata sãctifica: & ĩtercedẽte btõ Stephano martyre tuo atq; põtifice, p eadem nos placatus intende. Per dominũ. Cõmunio.

Mat. 25 Domine quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinq; superlucratus sum: euge serue fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudiũ dñi tui. Postcõ.

HÆc nos cõmunio dñe purget a crimine: & intercedẽte beato Stephano martyre tuo atq; pontifice, cęlestis remedij faciat esse consortes. Per Domi.

¶ In inuentione sancti Stephani protomartyris, ad Missam omnia dicũtur de Natali eius. folio 12. & vbi dicitur in oõne, Natalitia celebramus dicatur Inuentionem celebramus. Die 3.

¶ In festo S. Dominici confessoris. Introitus. Die 4.

OS iusti meditabitur sapiẽtiam: & lingua eius loquetur iudiciũ: lex Dei eius in corde ipsius. ps. Noli æmulari in malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatẽ. ps 36

℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

DEus, qui ecclesiam tuam, beati Dominici confessoris tui illuminare dignatus es meritis & doctrinis: concede:

vt,

vt,eius intercessione,temporalibus non destituatur auxilijs, & spiritualibus semper proficiat incrementis. Per Dominũ. Epistola. T estificor corã Deo. de communi doctorum. f.281. Gradua. I ustus, vt palma florebit:sicut cedrus libani, multiplicabitur in domo Dñi. ℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuã, & veritatẽ tuam per noctem. H aleluiah, haleluiah. ℣. Iustus germinabit sicut lilium: & florebit in æternum ante Dñm: Haleluiah. Euang. S int lumbi vestri præcincti: de communi confessorũ non pontificum. fo. 282. Offertorium. V eritas mea, & misericordia mea cũ ipso:& in noĩe meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

M Vnera tibi Dñe dicata, sanctifica: vt meritis beati Dñici confessoris tui, nobis proficiant ad medelam. Per d. Cõm. F idelis seruus & prudẽs, quem constituit dñs super familiam suam:vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcõ.

C Oncede, quæsumus omnipotens Deus:vt qui peccatorũ nostrorum põdere premimur, beati Dominici cõfessoris tui patrocinio subleuemur. Per Dominum nostrum.

¶In dedicatione Sancte Marię ad Niues. Missa. S alue sancta parens. vt in missis votiuis beatæ Mariæ virginis à Pent. vsque ad Aduent. folio 298. Et dicitur C redo in vnum Deum &c. Præfatio de Sãcta Maria. 131. Die 5.

¶In festo Trãsfigurationis Dñi nostri Iesu Christi. Introitus. Die 6.

I Lluxerunt coruscationes tuę orbi terræ:commota est,& contremuit terra. ℣s. Quã dilecta tabernacula tua Domine virtutum:cõcupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. ℣. Gloria pat. Oratio.

D Eus,qui fidei sacramenta in vnigeniti tui glorioſa Transfiguratione patrum testimonio roborasti:& adoptionẽ filiorum perfectam, voce delapsa in nube lucida, mirabiliter ℣signasti: cõcede ꝑpitius: vt ipsius regis gloriæ nos cohæredes efficias, & eiusdem gloriæ tribuas esse consortes. Per Do. Pro commemo. SS. mart. Xisti, Felicissimi,& Agapiti. Oratio.

D Eus,qui nos concedis sanctorum martyrum tuorũ Xisti, Felicissimi,& Agapiti natalitia colere: da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dominum.

Lectio Epistolæ B. Petri Apli.

2.ca.1. CArissimi: Nõ doctas fabulas secuti, notam fecimus vobis Dñi nostri Iesu Christi virtutem & præsentiã: sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiẽs enim à Deo patre honorẽ & gloriam, voce ad eũ delapsa huiusmodi à magnifica gloria, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipsum audite. Et hanc vocẽ nos audiuimus de cęlo allatã: cũ essemus cũ ipso in mõte sancto. Et habemus firmiorẽ ꝓphęticũ sermonem: cui bene facitis attẽdentes, quasi lucernæ lucenti ĩ caliginoso loco: donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Grad. Speciosus forma præ filijs hominum, diffusa est grã in labijs tuis. ℣. Eructauit cor meum verbum bonũ, dico ego opera mea regi. Sap.7. Halah, halah. ℣. Candor est lucis æternæ: speculũ sine macula, & imago bonitatis illi⁹, hal. Sequentia sancti Euangelij secundùm Matthæum. cap.17.

IN illo tempore: Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum & Iohannem fratrem eius: & duxit illos in montem excelsum seorsum: & trãsfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias, cum eo loquentes. Rñdens autem Petrus, dixit ad Iesum: Dñe, bonum est nos hic esse. Si vis, faciamus hic tria tabernacula: tibi vnum, Moysi vnum, & Eliæ vnum. Adhuc eo loquẽte, ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube, dicens. Hic est filius meus dilectus, ĩ quo mihi bene complacui: ipsum audite. Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suã: & timuerũt valde. Et accessit Ies⁹, & tetigit eos: dixitq; eis. Surgite, & nolite timere. Leuantes aũt oculos suos, neminem viderunt, nisi solum Iesum. Et descendentibus illis de monte, præcepit eis Iesus, dicẽs. Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis à mortuis resurgat. dicitur C redo. Offertorij. Gloria & diuitiæ ĩ domo eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi, haleluiah. Ps.111. Secreta.

OBlata quæsumus dñe munera, glorioſa vnigeniti tui Transfiguratione sanctifica: nosq; à peccatorum maculis, splendoribus ipsius illustrationis emunda. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

Pro

Pro ſanctis. Secreta.

MVnera tibi Dñe noſtræ deuotionis offerimus: q̃ pro tuorum grata ſint honore iuſtorum: & nobis ſalutaria te miſerante reddantur. Per Do.

Præfatio de Natiuit. Dñi. 124.

Cõm. V iſionẽ quã vidiſtis, nemini dixeritis: donec à mortuis reſurgat filius hominis. Poſtcõ.

PRæſta, q̃s, ops Deus: vt ſacroſancta Trãsfigurationis myſteria, q̃ ſolẽni celebramus officio, purificatæ mentis intelligentia conſequamur. Per do.

Pro ſanctis. Poſtcommunio.

PRæſta nobis, quęſumus domine, intercedentibus ſctis tuis Xiſto, Feliciſſimo, & Agapito: vt, quæ ore contingimus, pura mente capiamus. Per Do.

Sancti Donati Epiſcopi, & martyris. Introitus.

SAcerdotes Dei benedicite Dominum: ſancti & humiles corde laudate Deũ.

ps. Benedicite omnia opera domini domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

DEus tuorũ gloria ſacerdotũ, præſta q̃s: vt ſancti martyris tui & epiſcopi Donati, cuius feſta gerimus, ſentiamus auxilium. Per dominum. Epiſt. O mne gaudium exiſtimate. de cõmuni vnius martyris. f. 271.

Gradual. O s iuſti meditabitur ſapientiam: & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex Dei eius in corde ipſius: & non ſupplantabũtur greſſus eius. Haleluiah, haleluiah. ℣. Iuſtus nõ conturbabitur: quia dominus firmat manũ eius. Haleluiah. ps 36.

Euangelium. V idete, vigilate. de communi confeſſorum pontificum. 281. Offer. I nueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachiũ meum confortabit eum. ps 88. Secre.

PRæſta, q̃s dñe, vt ſctĩ martyris tui, epiſcopi Donati interceſſione, quem ad laudẽ noĩs tui dicatis muneribus honoramus, pię nobis fructus deuotionis accreſcat. Per Domi.

Communio. F idelis ſeruus & prudens: quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam: vt det illis in tempore tritici menſuram. Mat. 24. Poſtcommunio.

OMnipotens, & miſericors Deus, qui nos ſacramentorum tuorum participes efficis & miniſtros: præſta q̃s: vt,

inter-

intercedẽte beato Donato martyre tuo atq; põtifice, eiusdem proficiamus & fidei consortio, & digno seruitio. Per Dominũ.

Die 8. In festo SS. martyrum Cyriaci, Largi, & Smaragdi. Introitus.

ps 33.

TImete Dominũ oẽs sancti eius: qm̃ nihil deest timẽtibus eũ: diuites eguerũt, & esurierunt: inquirentes autem dominum non deficient oĩ bono. ps. Benedicam dominũ in omni tempore: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria pa. Oratio.

DEus, qui nos annua beatorũ martyrum tuorũ Cyriaci, Largi, & Smaragdi solẽnitate lętificas: concede ꝓpitius: vt, quorum natalitia colimus, virtutem quoq; passionis imitemur. Per Dominum nostrũ.

1 ca. 2. Lectio Epistolæ bti Pauli Apostoli ad Thessalonicenses.

FRatres: Gratias agim⁹ Deo sine intermissione: qm̃ cum accepissetis a nobis verbum auditus Dei, accepistis illud non vt verbũ hominũ, sed sicut est vere, verbũ Dei, q operatur in vobis qui credidistis. Vos enim imitatores facti estis, fratres, ecclesiarum Dei, quæ sunt in Iudæa, in Chro Iesu: qa eadẽ passi estis & vos à cõtribulibus vris: sicut & ipsi à Iudæis: qui & Dominũ occiderũt Iesum, & prophetas, & nos persecuti sunt: & Deo nõ placent: & oĩbus hoĩbus aduersantur: prohibentes nos gẽtibus loqui, vt salui fiãt, vt impleant peccata sua semper. Peruenit enim ira Dei super illos vsq; in finẽ. Grad. TImete dñm oẽs sctĩ eius: qm̃ ps 33 nihil deest timẽtibus eũ. ℣. Inquirentes autẽ dñm, non deficient oĩ bono. Haleluiah, haleluiah. ℣. Fulgebunt iusti: & tanquã scintillæ in arundineto discurrent in æternum. Halah. Seq. sctĩ Euang. secũdũ Marcũ. cap. 16

IN illo tpe: Dixit Iesus discipulis suis. Euntes in mundũ vniuersum, pdicate euangelĩ oĩ creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui vero nõ crediderit: cõdemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo dæmonia eijciẽt: linguis loquentur nouis serpẽtes tollent: & si mortiferum qd biberint, non eis nocebit: super ægros manus imponent, & bene habebunt. Offertorium.

LÆtamini ĩ Domino, & exul- ps 96

tate

tate iusti,& gloriamini omnes recti corde. Secreta.

ACcepta sit in cõspectu tuo Domine nostra deuotio, & eorum nobis fiat supplicatione salutaris, pro quorum solennitate defertur. Per Domi.

Mar.16 Communio. Signa autem eos, qui in me credunt,hæc sequentur:dæmonia eijcient, super ægros manus imponent,& bene habebunt. Postcommunio.

REfecti participatione muneris sacri,qs dñe Deus noster, vt quorũ exequimur cultum,sentiamus effectum.Per d.

Die 9. In vigilia S. Laurentij martyris. Introitus.

Psal.111 DIsperſit dedit pauperibus : iustitia eius manet in sæculum sęculi:cornu eius exaltabitur ī gloria. ℣. Beatus vir qui timet Dominũ: in mandatis eius volet nimis. ℣. Gloria patri,& filio. Oratio.

ADesto Dñe supplicationibus nr̃is :& intercessione beati Laurentij martyris tui:cuius p̃uenimus festiuitatẽ, perpetuam nobis misericordiam benignus impende. Per Domi. Pro cõm. S. Romani mar. Oro.

PRæsta,q̃s,op̃s Deus:vt ītercedẽte beato Romano martyre tuo,& a cunctis aduersitatibus liberemur in corpore, & à prauis cogitationibus mundemur in mente. Tertia oratio de Sancta Maria. Cõcede. 294.

¶ Si festum S. Laurentij venerit feria ij de vigilia fit cõmem. in sabb. & de S. Romano in Dominica. Vbi autem fuerit Ecclesia collegiata, in sabbatho dicatur etiam Missa de Vigilia.

Lectio libri Sapientiæ. Eccl. 51

COnfitebor tibi Dñe rex,& collaudabo te Deũ saluatorẽ meũ. Confitebor noī tuo qm̃ adiutor, & protector factꝰ es mihi : & liberasti corpꝰ meũ a perditione : a laqueo linguæ iniquæ,& a labijs operantium mẽdacium, & in cõspectu persequentium factus est mihi adiutor. Et liberasti me secundũ multitudinẽ misericordię noīs tui, a rugiẽtibus præparatis ad escam , de manibus quærentiũ aīam meam:& de portis tribulationum quę circundederunt me:à p̃ssura flãmę q̃ circũdedit me: & in medio ignis non sum æstuatus. De altitudine ventris infer: & à lingua coinquinata, & à verbo mendacij:à rege iniquo: & à lingua iniusta. Laudabit vsque ad mortem anima mea Dominũ : quoniam eruis

iusti-

sustinentes te: & liberas eos de manu angustiæ Domine Deus
ps 111. noster. Grad. Dispersit, dedit pauperibus iustitia eius manet in sęculum sæculi. ℣ Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. Euang. Si quis vult venire post. f. 270. Offertorium. Oratio mea munda est: & ideo peto vt detur locus voci meæ in cœlo, quia ibi est iudex meus, & conscius meus: in excelso ascendat ad dominum deprecatio mea. Secre.

HOstias dñe, quas tibi offerimus propitius suscipe: & intercedente beato Laurentio martyre tuo, vincula pctorũ nostrorum absolue. Per Domi. Pro sancto Romano. Secreta.

ACcepta sit ī cõspectu tuo Domine nra deuotio: & eius nobis fiat supplicatione salutaris, p cuiº solẽnitate defert. Tertia de sancta Maria.

Mat. 16 Communio. Qui vult venire post me, abneget semetipsum: & tollat crucem suam & sequatur me. Postcommunio.

DA, quæsumus Domine Deus noster, vt sicut beati Laurentij martyris tui commemoratione temporali gratulamur officio: ita perpetuo lætemur aspectu. Per Dominum.

Pro sancto Romano. Postcõm.

REfecti participatione muneris sacri, qs dñe Deº nr: vt sctī Romani martyris tui cuius exequimur cultum, sentiamus effectũ. Tertia de S. Maria.

¶ In festo S. Laurentij martyris. Die 1

Introitus.

CONfessio, & pulchritudo ī conspectu eius: sanctitas & magnificẽtia in sãctificatione eius. ps. Cantate domino canticum nouum: cantate domino omnis terra. ℣ Gloria patri, & filio. Ps 95 Oratio.

DA nobis, qs ops Deus, vitiorum nostrorum flammas extinguere: qui beato Laurentio tribuisti tormentorum suorũ incendia superare. Per. Lectio Epistolæ bti Pauli Apostoli ad Corinthios. 1. ca.

FRatres: Qui parce seminat, parce & metet. Et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet: Vnusquisque prout destinauit in corde suo non ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarẽ enim datorẽ diligit Deus. Potens est aũt Deus oẽm gratiã abundãre facere in vobis: vt in oĩbus semper omnem sufficientiam habentes, abun-

abundetis in omne opus bonum: sicut scriptū est. Dispersit dedit pauperibus: iustitia eius manet in sæculum sæculi. Qui autem administrat semen seminanti, & panem ad manducandum pręstabit. Et multiplicabit semen vestrum: & augebit incremēta frugū iustitiæ vestræ. Graduale. Probasti dñe cor meum, & visitasti nocte. ℣. Igne me examinasti: & non est inuenta in me iniquitas.

Haleluiah, haleluiah. ℣. Leuita Laurentius bonum opus operatus est: qui per signū crucis cęcos illuminauit. Halah.

Sequentia sancti euangelij secundùm Iohannem.

IN illo tpe: Dixit Iesus discipulis suis. Amē, amē dico vobis: nisi granū fruméti cadēs in terrā, mortuū fuerit, ipsum solū manet. Si aūt mortuū fuerit: multū fructū affert. Qui amat aīam suā, perdet eā: & qui odit aīam suā in hoc mundo, in vitā æternā custodit eam. Si quis mihi ministrat, me sequat: & vbi ego sum, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit: honorificabit eū pr̄ meus, qui est in cęlis. nō dicitur Credo. nisi in ecclesia propria, & nisi venerit in Dñica. Offerto. Cōfessio & pulchritudo ī conspectu eius: sāctitas & magnificētia ī sanctificatione eius. Secr. ps 95.

ACcipe, quęsumus domine munera dignanter oblata: & beati Laurentij suffragantibus meritis, ad nr̄ę salutis auxiliū prouenire cōcede. Per. Cōm. Qui mihi ministrat, me sequatur: & vbi ego sum, illic & minister meus erit. Postcō. Ioā. 12.

SAcro munere satiati supplices te dñe deprecamur, vt, quod debitę seruitutis celebramus officio, intercedente beato Laurentio martyre tuo, saluationis tuæ sentiamus augmentum. Per dominum nostrum. Infra oct. S. Laurentij fit idem officium quod in die: & post orationem diei dicitur oratio de festo simplici occurrente: Tertia de sācta Maria Cōcede.

¶ Pro cōmem. sanctorū martyrū Tiburtij, & Susannæ. Oro. Die 11.

SAnctorum martyrum tuorum Tiburtij, & Susannæ nos dñe foueant continuata præsidia: qa non desinis propitius intueri, quos talibus auxilijs concesseris adiuuari. Tertia oratio de sancta Maria. Concede. nisi venerit in Dominica: tūc enim tertia oro erit de sanctis. Secre.

A festo

ADesto Dñe precibus populi tui: adesto munerib⁹: vt quæ sacris sunt oblata mysterijs, tuorum tibi placeãt, intercessione sanctorũ. Per do. Postc.

SVmpsimus dñe pignus redẽptionis æternæ: qđ sit nobis, q̃s, interueniẽtibus sanctis martyribus tuis, vitæ p̃sentis auxiliũ pariter, & futuræ. Per d.

¶ Pro come. S. Clarę virg. Oro.

Die 12. EXaudi nos Deus salutaris nr̃: vt sicut de beate Claræ virginis festiuitate gaudemus: ita pię deuotionis erudiamur affectu. Tertia oro de S. Maria. Cõce. Secr.

ACcepta tibi sit Domine sacratæ plebis oblatio, pro tuorũ honore sanctorũ: quorũ se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxiliũ. Postcõ.

SAtiasti dñe familiam tuam munerib⁹ sacris: eius q̃s sem per interuentione nos refoue, cuius solennia celebramus.

Die 13. ¶ Pro cõmemo. SS. martyrum Hippoliti, & Cassiani. Oratio.

DA, quæsumus omnipotẽs Deus: vt, beatorũ martyrum tuorũ Hippoliti, & Cassiani veneranda solennitas, & deuotionẽ nobis augeat & salutem. Tertia oratio de Sancta Maria. Concede. Secreta.

REspice dñe munera populi tui sanctorum festiuitate votiua: & tuæ testificatio veritatis, nobis proficiat ad salutem. Postcommunio.

SAcramentorum tuorũ dñe cõmunio sũpta nos saluet, & i tuæ veritatis luce cõfirmet.

¶ In vigilia Assumptionis beatæ Mariæ virginis. Introitus. Die 14

VLtum tuũ deprecabũtur omnes diuites plebis: adducẽtur regi virgines post eam: proximæ eius adducentur tibi in lætitia & exultatione. ps. Eructauit cor meum verbum bonũ: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria p̃ri, & filio. dicit̃ Gloria i excelsis. Oratio.

DEus, qui virginalem aulã beatæ Mariæ virginis, in qua habitares, eligere dignatus es: da, quęsumus: vt sua nos defensione munitos, iucundos facias suæ interesse festiuitati. Qui viuis & regnas, in vnitate. Pro cõmme. S. Laurẽt j Oratio. Da nobis. sup. f. 246. Deinde Pro sancto Eusebio cõfes. Oro.

DEus, qui nos beati Eusebij confessoris tui annua solẽnitate lętificas: cõcede ꝓpitius: vt cui⁹ natalitia colim⁹, p ei⁹ ad te exẽpla gradiamur. Per.

Lectio

Lectio libri Sapientiæ.

Ego quasi vitis fructificaui suauitatẽ odoris: & flores mei, fructus honoris & honestatis. Ego mater pulchrè dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei. In me oĩs gratia viæ, & veritatis: ĩ me omnis spes vitæ, & virtutis. Trãsite ad me omnes, qui concupiscitis me: & a generationibus meis adimplemini. Spũs enim meus super mel dulcis: & hæreditas mea super mel fauũ. Memoria mea in generationes sæculorũ. Qui edunt me adhuc esuriẽt: & qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audiũt me, nõ cõfundent: & qui operantur in me, nõ peccabunt. Qui elucidant me, vitã æternam habebunt. Graduale. Benedicta & venerabilis es virgo Maria: quæ sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. ℣. Virgo Dei genitrix: quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo.

Seq. S. euang. secundũ Lucam.

In illo tpe: Loquente Iesu ad turbas: extollẽs vocẽ quædã mulier de turba dixit illi. Beatus venter qui portauit: & vbera q̃ suxisti, At ille dixit. Quinimmo, beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Offer. Beata es virgo Maria, quæ omniũ portasti creatorem, genuisti qui te fecit, & in æternum permanes virgo. Secreta.

Munera nostra, Domine, apud clementiam tuam Dei genitricis commendet oratio: quam idcirco de præsenti sęculo transtulisti, vt pro peccatis nostris apud te fiducialiter intercedat. Per eundem dñm.

Pro sancto Laurentio, Secreta. Accipe. supra. folio 136.

Pro cõmem. S. Eusebij. Secreta.

Laudis tibi domine hostias ĩmolamus, in tuorũ cõmemoratione sanctorũ: qbus nos, & præsentibus exui malis confidimus, & futuris. Per dominũ.

Prefatio cõis. 136. Cõio. Beata viscera Mariæ virginis, q̃ portauerunt ęterni pris filiũ. Postcõ.

Concede misericors deus fragilitati nræ psidiũ: vt qui sanctę Dei genitricis festiuitatẽ pcenimus, ĩtercessionis eius auxilio, a nris iniqtatibus resurgamus. Per eũdẽ. Pro S. Laurẽtio. Postc. Sacro munere. sup. 247. Pro cõme. S. Euscbij. Postcõmu:

Refecti cibo potuq́e cęlesti, Deus noster, te supplices exoramus: vt ĩ cuius hæc cõmemoratione pcepimus, eius muniamur & pcibus. Per do.

IN

IN ASSVMPTIONE BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

Die 15.

Introitus.

GAudeamus omnes in Dño, diem festum celebrantes, sub honore beatæ Mariæ virginis, de cui⁹ Assumptione gaudent Angeli, & collaudãt filium Dei. ℘s. Eructauit cor meum verbum bonũ: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

FAmulorum tuorum, quæsumus Dñe, delictis ignosce: vt, qui tibi placere de actibus nostris non valemus: genitricis filij tui domini nostri intercessione saluemur. Per eundem dominum nostrũ Iesum Christum filium tuũ. Qui tec.

Lectio libri Sapientiæ. Ecc.

IN omnibus requiem quæsiui: & in hæreditate Dñi morabor. Tunc præcepit, & dixit mihi creator omnium: & qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo, & dixit mihi. In Iacob inhabita: & in Israel hæreditare: & in electis meis mitte radices. Et sic in Sion firmata sum: & in ciuitate sanctificata similiter requieui: & in Ierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: & in partes Dei mei, hæreditas illius: & in plenitudine sanctorum detentio mea. Quasi cedrus exaltata sum in libano, & quasi cipressus in monte Sion. Quasi palma exaltata sum in Cades: & quasi plantatio rosæ in Iericho. Quasi oliua speciosa in campis: & quasi platanus exaltata sum iuxta aquas. In plateis, sicut cinnamomum & balsamum aromatizans, odorem dedi. Quasi myrrha electa, dedi suauitatem odoris.

Graduale. Propter veritatem, ℘s 44
& mansuetudinẽ, & iustitiã, & deducet te mirabiliter dextera tua.

tua. ℣. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuam.

Haleluiah, haleluiah. ℣. Assumpta est Maria in cœlũ, gaudet exercitus angelorũ, halah.

ap. 10. Sequen. sc̃ti euãg. secũdũ Lucã.

IN illo tẽpore: Intrauit Iesus in quoddã castellũ: & mulier quædã Martha noĩe, excepit illũ in domũ suã. Et huic erat soror noĩe Maria: quę etiã sedens secus pedes Dñi, audiebat verbũ illius. Martha aũt satagebat circa frequens ministeriũ. Quę stetit, & ait. Dñe, nõ est tibi curæ q̃ soror mea reliquit me solã ministrare? Dic ergo illi, vt me adiuuet. Et respondẽs dixit illi dñs. Martha, Martha, solicita es, & turbaris erga plurima. Porro, vnũ est necessariũ. Maria optimam partẽ elegit, quæ non auferet ab ea. dr̃ Credo. Offer. Assumpta est Maria in cęlum: gaudẽt angeli, collaudãtes benedicunt dñm, Halah. Secreta.

SVbueniat dñe plebi tuę Dei genitricis oro: quã etsi pro conditione carnis migrasse cognoscim⁹, ĩ cęlesti gl̃ia apud te pro nobis ĩtercedere sentiam⁹. Per eũd. Præfatio de beata Ma-

10. ria. 130. Cõio. Optimã partẽ elegit sibi Maria: quæ nõ auferetur ab ea in æternũ. Postcom.

MEnsæ cœlestis participes effecti, imploramus clementiã tuã dñe Deus noster: vt, q̃ assũptionẽ Dei genitricis colimus: à cũctis malis ĩminẽtib⁹, ei⁹ ĩtercessiõe liberemur. p eũd.

¶ Infra oct. Assumpt. bt̃e virg. & ĩ eius oct. fit idẽ officiũ qd̃ ĩ die. Et infra oct. post or̃onẽ diei dr̃ oro de spiritu sc̃to. De⁹ q̃ corda fid. 294. tertia, Eccl̃iæ. vel p̃ Papa. Et nõ fit de festo, nisi fuerit duplex, vel semiduplex. De simplici autem fit tantũ cõme.

¶ In oct. S. Laurentij. Introitus. Die 11.

PRobasti Dñe cor meũ, & visitasti nocte: igne me examinasti, & nõ est ĩuẽta ĩ me iniq̃tas. p̃s. Exaudi dñe iustitiã meã, intẽde deprecationẽ meam. ℣. Gloria patri. Oro. ps 16.

EXcita dñe ĩ ecclesia tua spiritũ, cui beatus Laurẽtius leuita seruiuit: vt, eodẽ nos repleti, studeamus amare qd̃ amauit, & opere exercere quod docuit. Per do. in vnit. Et fit cõm. de oct. Assũp. bt̃e Mariæ. Epist. Qui parce sem. vt ĩ festo eiusd. Grad. Gloria & honore corona- ps 8.
sti eũ. ℣ Et cõstituisti eũ super opera manuũ tuarũ. Hal. hal. ℣. Leuita Laurentius bonum

opus operatus est, qui p signū crucis cęcos illuminauit, Hal. Euāg. Nisi granum frumenti. vt in eius festo. Et dr̄ Credo.

ps 20. Offerto. In virtute tua dñe lętabitur iustus, & sup salutare tuū exultabit vehemēter: desideriū animę eius tribuisti ei. Secreta.

SAcrificiū nostrū tibi Dñe, sq̄s, beati Laurentij precatio sancta cōciliet: vt, cuius honore solēniter exhibetur, eius meritis efficiatur acceptum. Per do.

Mat. 16. Cōm. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucē suā, & sequat̄ me. Postc.

SVpplices te rogamus, ops Deus: vt quos donis cęlestibus satiasti, intercedente beato Laurentio martyre tuo, p̄petua protectione custodias. Per do.

¶ Pro cōme. S. Agapiti m̄. Oro.

LÆtet̄ ecclesia tua De⁹, beati Agapiti martyris, tuis cōfisa suffragijs: atq; eius precib⁹ glorioſis, & deuota permaneat, & secura consistat. Tertia de Spiritu sancto. Deus qui corda fidelium. fol. 294. Secreta.

SVscipe Dñe munera, quæ in eius tibi solennitate deferimus, cuius nos cōfidimus patrocinio liberari. Postcommu.

SAtiasti dñe familiam tuam muneribus sacris: eius q̄s, semper intercessione nos refoue, cuius solēnia celebram⁹.

¶ In festo S. Bernardi Abbatis, Missa. Os iusti medita. de cōi vnius Abbatis. 284. Epistola. Iustus cor suū. 282. ī cōi Doct. fit cōme. de octaua Assumptionis beatæ Mariæ: & dr̄ Credo.

¶ In octa. Assumptionis beatæ Mariæ, Missa vt in die cū cōm. sanctorū mart. Timothei, Hippolyti, & Simphoriani. Oro.

AVxiliū tuū nobis dñe q̄s, placatus impende: & intercedentibus beatis martyrib⁹ tuis Timotheo, Hippolyto, & Simphoriano, dexterā sup nos tuę p̄pitiationis extēde. p. Sec.

ACcepta tibi sit, dñe, sacratæ plebis oblatio, p̄ tuorū honore sanctorū: quorum se meritis pcepisse de tribulatione cognoscit auxiliū. Per. Postc.

DIuini muneris largitate satiati, q̄s dñe Deus noster: vt intercedēt̄ib⁹ sc̄tis martyrib⁹ tuis Timotheo, Hippolyto, & Simphoriano, in eius semper participatione viuamus. Per.

¶ Missa vigiliæ S. Bartholomæi dicatur de cōi vnius Apostoli. Ego autem. 268. Sequens festum sancti Bartholomæi celebretur secundūm cōsuetudinē locorū, vel 24. vel 25. Augusti.

Romæ

Romæ autem celebratur 25. cum commemor. S. Ludouici, in Missis tantùm priuatis.

Die 24. vel 25. ¶ In festo Sancti Bartholomæi Apostoli. Introitus.

MIhi autẽ nimis honorificati sũt amici tui Deus: nimis cõfortatus est principatus eorũ. ℘s. Dñe probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionẽ meã. ℣. Gloria. Oro.

ps 138.

OMnipotẽs sẽpiterne De⁹: qui huius diei venerandã sanctãq; lætitiã, in beati Apostoli tui Bartholomęi festiuitate tribuisti: da ecclesię tuæ, q̃s: & amare quod credidit, & prędicare quod docuit. Per dñm.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Corinthios.

1. Cor. 12.

FRatres: Vos estis corp⁹ Xp̃i, & mẽbra ɗ mẽbro. Et quosdã qdẽ posuit Deus in ecclesia: primò Apl̃os, secundò prophetas, tertiò doctores, deide virtutes, exinde gratias curationũ, opitulationes, gubernationes, genera linguarũ, interpretationes sermonum. Nunquid oẽs apostoli? nũquid oẽs ꝓphetæ? nunqd oẽs doctores? nunquid oẽs virtutes? nunqd oẽs gratiã habent curationũ? nũquid oẽs linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur? Æmulamini autẽ carismata meliora.

Grad. Cõstitues eos principes super oẽm terrã: memores erũt nominis tui dñe. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: ꝓpterea populi cõfitebũtur tibi. Haleluiah, haleluiah. ℣. Te glorioſus Apostolorum chorus laudat domine, Haleluiah.

ps 44.

Sequentia sancti euangelij secundùm Lucam.

cap. 6.

IN illo tẽpore: Exijt Iesus in montẽ orare: & erat pernoctans ĩ oratione Dei. Et cũ dies factus esset, vocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit. Simonem, quem cognominauit Petrum, & Andream fratrẽ eius: Iacobum, & Iohannem, Philippum, & Bartholomæum, Matthæum, & Thomam, & Iacobũ Alphei, & Simonẽ qui vocatur Zelotes, & Iudam Iacobi, & Iudam Iscarioté, qui fuit proditor. Et descendens cũ illis, stetit in loco campestri, & turba discipulorũ eius: & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa, & Ierusalẽ, & Maritima, & Tyri, & Sidonis, q̃ venerãt vt audirent eum, & sanarentur à lãguoribꝰ suis.

Et qui vexabantur a spiritibus immundis, curabantur. Et omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat oēs. dr̄ C redo. Offert.

ps 138. Mihi autē nimis honorificati sunt amici tui Deꝰ: nimis cōfortatus est principatus eorū. Secr.

BEati Apostoli tui domine Bartholomæi solennia recēsentes, quęsumus: vt eius auxilio tua beneficia capiamus, pro quo tibi hostias laudis immolamus. Per dominum nr̄m. Præfatio de apostolis fol. 131.

Mat. 19 Cōmunio. Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicantes duodecim tribus Israel, dicit dominus. Postcōmunio.

SVmptum domine pignus redemptionis æternæ: sit nobis, quæsumus, interueniente beato Bartholomæo apostolo tuo vitæ præsentis auxiliū pariter & futuræ. Per dominum.

Die 25. ¶ Sancti Ludouici confessoris. Introitus.

ps 36. OS iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium: lex Dei eius in corde ipsius. ps. Noli æmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Sicut erat in principio, &c. Oratio.

DEus, qui beatum Ludouicum confessorem tuum, de terreno ac temporali regno ad cęlestis & æterni regni gloriam transtulisti: eius quæsumus meritis & intercessione, regis regum Iesu Christi filij tui nos cohæredes efficias, & eiusdem regni tribuas esse consortem: Per eundem. Epistola. Iustū deduxit dominus. de cōi vnius marty. non pontifi. 270.

Graduale. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus libani, multiplicabitur in domo Domini. ps 91. ℣. Ad annunciādum mane misericordiam tuam, & veritatē tuā per noctē. Haleluiah, haleluiah. ℣. Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cū probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, Haleluiah. Euangelium. Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquā. de cōi cont. non ponti. fol. 282.

Offertoriū. Veritas mea & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

PRæsta quæsumus, omnipotens Deus, vt sicut beatus Ludouicus confessor tuus, spretis mundi oblectamentis,

soli

ſoli regi Chriſto placere ſtuduit : ita eius oratio nos tibi reddat acceptos. Per dominũ.

Mat.24 Cõmunio. Beatus ſeruus quẽ cum venerit Dominus, inuenerit vigilantem : amen dico vobis : ſuper omnia bona ſua cõſtituet eum. Poſtcommunio.

DEus, qui beatum confeſſorẽ tuũ Ludouicũ mirificaſti in terris, quæſumus : vt quem in cœlis glorioſum feciſti : eccleſiæ tuæ conſtituas defenſorem. Per dominum. &c.

¶Sãcti Zephirini papę, & martyris : Miſſa. Sacerdotes Dei. de cõmuni vnius martyris pontificis. fol. 269. prẽter orationẽ quæ dicitur vt infra. Oratio.

PRæſta, qs, ops Deus, vt beati Zephirini martyris tui atq; põtificis, cuius gaudemus meritis, inſtruamur exemplis. Per dominum noſtrum. Secre.

MVnera tibi domine dicata ſanctifica : & intercedente beato Zephirino martyre tuo atq; pontifice, per eadem nos placatus intende. Per dominum noſtrum. Poſtcõm.

HÆc nos cõio, Dñe, purget à crimine : & intercedente beato Zephirino martyre tuo atque pontifice, cœleſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per do.

¶In feſto ſancti Auguſtini epiſcopi, & confeſſoris, ac doctoris Eccleſiæ. Introitus. Die 28

IN medio Eccleſiæ apuit os eius, & impleuit eũ dñs ſpiritu ſapientię & intellectus : ſtolam gloriæ induit eũ. Ecc. 15.

ps. Bonum eſt confiteri domino : & pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Gloria patri. Oratio.

ADeſto ſupplicationib⁹ noſtris ops Deus : & quibus fiduciam ſperandæ pietatis indulges, intercedente beato Auguſtino cõfeſſore tuo atq; pontifice, cõſuetę miſericordiæ tribue benignus effectum. Per do.

Pro commemorat. ſancti Hermetis martyris. Oratio.

DEus, qui beatum Hermetem martyrem tuum virtute conſtantiæ in paſſione roboraſti : ex eius nobis imitatione tribue, pro amore tuo proſpera mundi deſpicere, & nulla eius aduerſa formidare. Per.

Epiſtola. Teſtificor corã Deo & Chriſto. fol. 281. Graduale.

OS iuſti meditabitur ſapientiam : & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex Dei eius in corde ipſius : & non ſupplantabuntur greſſus eius. ps 36.

Halelúiah, halelúiah. ℣. Inue-
Ps. 91. ni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eũ, Haleluiah. Euangeliũ. Vos estis sal terræ. de eodem cõi f. 281. Et dñ. Cre.
Ibidẽ. Offer. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus, quæ in Libano est multiplicabitur. Secreta.

SAncti confessoris tui Augu stini nobis, Dñe, pia nõ desit oratio: q̃ & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiá semper obtineat. Per do. Pro sancto Hermete. Secreta.

SAcrificiũ tibi domine laudis offerimus in tuorum cõmemoratione sanctorum da, quęsumus: vt, quod illis contulit gloriam, nobis prosit ad salutem. Per dominum nostrum. Cõio. Fidelis seruus & prudẽs quẽ constituit dñs super familiam suã, vt det illis in tempore tritici mẽsuram. Postcommu.

VT nobis dñe tua sacrificia dent salutẽ: beat⁹ cõfessor tuus Augustinus & Pontifex, q̃s, precator accedat. Per domi. Pro sancto Hermete. Postcõm.

REpleti bñdictione cęlesti, quæsumus clementiã tuã: vt intercedente beato Hermete martyre tuo, quæ humiliter gerimus, salubriter sentiamus. Per dominum nostrum Iesum.

¶ In decollatione sancti Iohan Dum.
nis Baptistæ. Introitus.

LOquebar de Ps. 118
testimonijs tuis in conspectu regum, & non cõfundebar: & meditabar in mãdatis tuis, q̃ dilexi nimis. ℣. Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

SAncti Iohannis Baptistæ p̃cursoris & martyris tui, q̃s Domine, veneranda festiuitas, salutaris auxilij nobis præstet effectum. Per dominum nostrũ. Pro cõmemoratio. Sanctæ Sabinæ martyris. Oratio.

DEus, qui inter cętera potẽtię tuę miracula, etiam in sexu fragili victoriam martyrij contulisti, cõcede propitius: vt B. Sabinæ martyris tuæ cuius natalitia colimus, p eius ad te exempla gradiamur. Per dñm.

Lectio Ieremiæ prophetæ. cap. 1

IN diebus illis: Factũ est verbum dñi ad me, dicens. Accinge lumbos tuos, & surge: & loquere ad Iuda, omnia q̃cũq̃ ego præcipio tibi. Ne formides a facie eorum: nec enim timere te faciã vultũ eorũ. Ego q̃ppe dedi te hodie in ciuitatẽ munitã,

& in

& in columnam ferream, & in murum ęreū ſuper oēm terrā, regibus Iuda, principibꝰ eius, & ſacerdotibus, & omni populo terræ. Et bellabūt aduerſum te, & non ꝓualebunt, qa ego tecū ſum, ait dñs, vt liberem te.

Ps. 91. Graduale. Iuſtus, vt palma florebit: ſicut cedrus Libani, multiplicabitur in domo Domini. ℣. Ad annunciādum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. Haleluiah, haleluiah. ℣. Iuſtus germinabit ſicut liliū: & florebit in æternum ante dominū: Haleluiah.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Marcum.

Cap. 6. IN illo tpe: Miſit Herodes, ac tenuit Iohannem, & vinxit eum in carcerē, propter Herodiadē vxorē Philippi fratris ſui: quia duxerat eam. Dicebat enim Iohannes Herodi. Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Herodias autem inſidiabat illi: & volebat occidere eū, nec poterat. Herodes enim metuebat Iohannem, ſciens eum virū iuſtum & ſanctū: & cuſtodiebat eum: & audito eo, multa faciebat, & libenter eum audiebat. Et cum dies opportunus accidiſſet, Herodes natalis ſui cęnam fecit principibus, & tribunis, & primis Galilęæ. Cumque introiſſet filia ipſius Herodiadis, & ſaltaſſet, & placuiſſet Herodi, ſimulq; recūbentibus: rex ait puellæ. Pete a me qđ vis: & dabo tibi. Et iurauit illi: quia quicquid petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei. Quæ cū exiſſet: dicit matri ſuæ. Quid petam? At illa dixit. Caput Iohannis Baptiſtæ. Cumque introiſſet, ſtatim cum feſtinatione ad regem: petiuit, dicēs. Volo, vt protinus des mihi in diſco caput Iohānis Baptiſtæ. Et cōtriſtatus eſt rex, propter iuſiurandum: & pp ſimul diſcumbentes, noluit eā cōtriſtare, ſed miſſo ſpiculatore, ꝓcepit afferri caput eius in diſco. Et decollauit eum in carcere. Et attulit caput eius in diſco: & dedit illud puellæ: & puella dedit matri ſuæ. Quo audito: diſcipuli eius venerūt, & tulerūt corpus eius: & poſuerūt illud ī monumēto.

Offer. In virtute tua dñe lętabitur iuſtus: & ſuper ſalutare tuū exultabit vehemēter: deſideriū animæ eius tribuiſti ei. Ps. 20. Secre.

MVnera, quæ tibi, dñe, ꝓ ſancti martyris tui Iohānis Baptiſtę paſſione deferim⁹, q̄s, vt eius obtentu nobis proficiant ad ſalutem. Per dominū.

Pro comme.S.Sabinæ. Secreta.

HOstias tibi Dñe B. Sabinæ martyris tuæ dicatas, meritis benignus assume: & ad perpetuũ nobis tribue prouenire subsidiũ.Per. Cõm. Posuisti dñe in capite eius coronam de lapide pretioso. Postcõmu.

Ibidẽ.

COnferat nobis dñe sancti Iohannis Baptistæ vtraq; solennitas: & vt magnificat sacramẽta quæ sumpsimus, signi ficata veneremur, & à nobis pò tius edita gaudeamus. Per dõ.

Pro cõme.S.Sabinæ. Postcõmu.

DIuini muneris largitate satiati, q̃s domine Deus nr̃: ut intercedente btã Sabina martyre tua, in eius semper partici patione viuamus. Per dominũ.

¶ SS.Felic. & Adaucti ñ.Intro.

Die 30. eccl.34

SApientiã sanctorũ narrent populi, & laudes eorũ nũciet ecclesia: noia autẽ eorũ viuent in sęculũ sæculi.ps. Exultate iusti in dño rectos decet collaudatio ℣. Gloria.Oro.

MAiestatẽ tuã dñe supplices exoram⁹:vt sicut nos iugiter sãctorũ tuorũ cõmemoratione lętificas, ita semp supplicatione defendas. Per. Epist. Reddit Deus iustis mercedem. de cõi plurũ martyrũ. fo. 277.

Grad.Iustorũ aiæ in manu Dei sunt, & non tãget illos tormentũ malitiæ. ℣. Visi sunt oculis insipientium mori:illi aũt sunt in pace. Haleluiah, hasah. ℣. Fulgebũt iusti, & tanquã scintillæ in arundineto discurrent in ęternum. Haleluiah. Euang. Qui vos audit. de cõi plurimorum martyrũ. fol. 278. Offert. ps 31. Lætamini in domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Sap 3.

HOstias Dñe plebis tuę intende: & quas in honore sanctorũ tuorũ deuota mente celebrant, proficere sibi sentiãt ad salutem. Per dominũ nr̃m.

Cõio. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, dicit dñs: & quod in aure auditis p̃dicate super tecta. Postcõmu.

Mat.10

REpleti dñe muneribus sacris:q̃s:vt intercedentibus sanctis tuis,in gratiarum tuarũ semp actione maneamus. Per.

SEPTEMBRIS FESTA.

¶ Sancti Egidij Abbatis Miſſa.

Os iusti medi. vtĩ cõi Abbatis. fo.284. cũ cõme. sanctorũ martyrũ duodecim Franciæ. Oratio.

PAterna nos dñe martyrũ tuorũ corona lætificet: q̃, & fidei nostræ prębeat incrementa virtutum,

tum, & multiplici nos suffragio consoletur. Per do. Secreta.

ITerata mysteria, dñe, ꝑ sanctorũ martyrũ tuorũ cõmemoratione deuota mẽte tractemus: quibus nobis & ꝓsidium creſcat, & gaudiũ. Per. Postcõ.

PRæsta, q̃s oꝑs De⁹, vt quorum memoriam sacramẽti participatione recolimus, fidẽ quoq; ꝓficiẽdo sectemur. Per.

IN NATIVITATE Sanctæ Mariæ virginis.

Introitus.

SAlue sancta parẽs, enixa puerpera regẽ: qui cęlum terramq; regit in ſęcula ſæculorũ. ꝑs. Eructauit cor meũ verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

FAmulis tuis, q̃s dñe, cælestis gratiæ munus impertire: vt, quibus beatæ virginis partus extitit salutis exordiũ, Natiuitatis eius votiua solẽnitas, pacis tribuat incrementũ. Per.

In missis priuatis pro cõmem. sancti Adriani marty. Oratio. Præsta quæsumus omnipotẽs. de cõmuni vnius mar. fol. 270.

Lectio libri Sapientiæ.

DOminus possẽdit me in ꝓu. 8. initio viarũ suarũ, ãtequã q̃quã faceret a principio. Ab æterno ordinata sum, & ex antiq̃s, antequam terra fieret. Nondum erant abyssi: & ego iam concepta eram. Necdum fontes aquarum eruperãt: necdum montes graui mole constiterãt. Ante omnes colles ego parturiebar. Adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ. Quãdo præparabat cęlos, aderam. Quãdo certa lege, & gyro vallabat abyssos. Q̃n æthera firmabat sursum: & librabat fontes aquarũ. Q̃n circundabat mari terminũ suũ: & legẽ ponebat aq̃s, ne trãsirent fines suos. Q̃n appendebat fundamẽta terræ, cũ eo erã cũcta cõponens. Et delectabar per singulos dies, ludens corã eo omni tempore, ludens in orbe terrarũ: & deliciæ meæ, esse cũ filijs hoĩum. Nunc ergo filij audite

audite me. Beati qui custodiũt vias meas. Audite disciplinã,& estote sapientes: & nolite abijcere eam. Beat⁹ hõ q̃ audit me: & q̃ vigilat ad fores meas quotidie:& obseruat ad postes ostij mei. Qui me ĩuenerit, ĩueniet vitã, & hauriet salutem à dño. Grad. Benedicta & venerabilis es virgo Maria:q̃ sine tactu pudoris,inuẽta es mr̃ Saluatoris. ℣. Virgo Dei genitrix, quẽ tot⁹ nõ capit orbis,ĩ tua se clausit viscera,factus hõ. H alah,halah. ℣. Fœlix es sacra virgo Maria, & oĩ laude digniſſima: q̃a ex te ortus est sol iustitiæ. Halesah.

Initium sancti euangelij secundùm Matthçum.

LIber gñationis Iesu Christi filij Dauid,filij Abrahã. Abrahã genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudã & fratres eius. Iudas autẽ genuit Phares, & Zaram de Thamar. Phares autem genuit Esron. Esron autem genuit Aram. Aram autẽ genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naason. Naason autem genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz de Raab. Booz autem genuit Obeth ex Ruth. Obeth autem genuit Iesse. Iesse autem genuit Dauid regem. Dauid autem rex genuit Salomonem, ex ea quæ fuit Vriæ. Salomõ autem genuit Roboã. Roboam autem genuit Abiã. Abias autem genuit Asa. Asa autem genuit Iosaphat. Iosaphat autem genuit Ioram. Ioram autẽ genuit Oziam. Ozias autem genuit Ioatham. Ioathã autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam. Ezechias autem genuit Manassen. Manasses autem genuit Amõ. Amon autem genuit Iosiam. Iosias autem genuit Iechoniã, & fratres eius in trãsmigratione Babylonis. Et post transmigrationem Babilonis, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel. Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autẽ genuit Eliachim. Eliachim autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoc. Sadoch autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Credo in vnum. Offertorium. Beata es virgo Maria,quæ omnium portasti creatorem, genuisti

nuiſti qui te fecit: & in æternũ permanes virgo. Secreta.

VNigeniti tui domine nobis ſuccurrat humanitas: vt qui natus de virgine, matris integritatem non minuit, ſed ſacrauit: in Natiuitatis eius ſolẽnijs nr̃is nos piaculis exuens, oblationem noſtrã ſibi faciat acceptam Ieſus Chriſtus dominus noſter. Qui tecum. &c. Prefatio de beata Virgine. 131. Communio. Beata viſcera Mariæ vir̃inis, quæ portauerunt æterni patris filium. Poſtcom.

SVmpſimus domine celebritatis annuæ votiua ſacramẽta: preſta quæſumus: vt temporalis vitę nobis remedia prębeant & æternę. Per dominum. Infra octauam Natiuita. beatæ Mariæ, & in die octauæ dicitur Miſſa ſicut in die, ſed infra oct. dicitur ſecunda oro de ſpiritu ſancto. Deus qui corda fidelium. fol. 294. & tertia Eccleſiæ. vel pro Papa, Deus omnium fidelium. fol. 308. & non fit de feſto, niſi fuerit duplex, vel ſemiduplex. De ſimplici autem fit tantum cõmemoratio.

¶ Pro commemoratione ſancti Gorgonij martyris. Oratio.

SAnctus tuus domine Gorgonius ſua nos interceſſione lætificet: & pia faciat ſolennitate gaudere. tertia oratio de ſpiritu ſancto. Deus qui corda fidelium. fol. 294. niſi venerit in Dñica: tunc enim tertia oro erit pro Sanctis. Secreta.

GRata tibi ſit dñe noſtræ ſeruitutis oblatio: p̃ qua ſanctus Gorgonius martyr interuentor exiſtat. Poſtcommu.

FAmiliam tuam Deus ſuaſuitas æterna contingat, & vegetet: quæ in martyre tuo Gorgonio, Chriſti filij tui bono iugiter odore paſcatur.

Pro commemoratione ſanctorum martyrum Proti, & Hiacinti. Oratio.

BEatorum martyrũ tuorum Proti, & Hiacinthi nos domine foueat precioſa cõfeſſio: & pia iugiter interceſſio tueat̃. Tertia oro de ſpiritu ſcto. Secr.

PRo Sanctorum martyrum tuorum Proti, & Hiacinti commemoratione, munera tibi Domine quæ debemus, exoluimus: præſta quæſumus: vt remedium nobis perpetuæ ſalutis operentur. Poſtcommu.

VT percepta nos Domine tua ſancta purificẽt, beatorum martyrum tuorũ Proti, & Hiacinti, quæſumus imploret oratio. Per dominum. &c.

¶ In

Die 14. ¶In exalt. S. Crucis. Introitus.

Cala. C.

NOs autẽ gloriari oportet in Cruce dñi nostri Iesu Christi, ī quo est salus, vita, & resurrectio nostra: p quẽ saluati, & liberati sumus. ℣. Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. ℣. Gloria. Oro.

DEus, qui nos hodierna die exaltationis sãctæ Crucis annua solẽnitate lætificas: prẽsta q̃s: vt cuius mysteriũ in terra cognonimus, eius redẽptionis ꝑmia ī cẽlo mereamur. Per eũd. Et fit cõmem. Natiuit. S. Mariæ.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Philippenses. cap. 2.

FRatres: Christus factus est pro nobis obediẽs vsq; ad mortẽ: mortẽ autẽ Crucis. Propter quod & Deus exaltauit illũ: & donauit illi nomen, quod est super oẽ nomen: vt in noĩe Iesu omne genu flectatur, cẽlestiũ, terrestriũ, & infernorum. Et oĩs lingua confiteatur: quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Graduale.

Phil. 2. CHristus factus est pro nobis obediens vsq; ad mortẽ: mortẽ autẽ Crucis, ℣. Propter quod & Deus exaltauit illum: & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. H afah, hafah. ℣. Dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens pondera: quæ sola fuisti digna sustinere regẽ cẽlorũ, & dñm, Haleluiah.

Sequentia sancti euangelij secundùm Iohannem. cap. 12

IN illo tempore: Dixit Iesus turbis Iudæorum. Nunc iudiciũ est mundi: nũc princeps huius mundi eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. Hoc autẽ dicebat, significans qua morte esset moriturus. Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum. Et quomodo tu dicis. Oportet exaltari filium hoĩs? Et quis est iste filius hoĩs? Dixit ergo eis Ies⁹. Adhuc modicũ lumen in vobis est. Ambulate dum lucẽ habetis: vt nõ tenebræ vos comprehendant. Et qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat. Dum lucẽ habetis, credite in lucẽ, vt filij lucis sitis. dr̃ Credo. Offert. Protege dñe plebẽ tuã per signũ sanctæ Crucis, ab insidijs inimicorũ oĩum: vt tibi gratã exhibeamus seruitutem, & acceptabile fiat sacrificium nostrũ, Hasah. Secreta,

Iesu

IEsu Christi domini nostri corpore & sanguine saginandi, per quem Crucis est sanctificatum vexillum, quæsumus domine Deus noster: vt sicut illud adorare meruimus, ita perēniter eius gloriæ salutaris potiamur effectu. Per eundem do. Præfatio de Cruce. folio 133. Communio. Per signum Crucis de inimicis nr̄is libera nos Deus noster. Postcommunio.

ADesto nobis dn̄e Deus noster & quos sanctę Crucis lætari fecisti honore, eius quoque perpetuis defende subsidijs. Per dominum nostrum.

¶ In Octaua Natiuitatis B. Mariæ, Missa vt in die, cū cōmem. S. Nicomedis martyris. Oratio.

ADesto dn̄e populo tuo: vt beati Nicomedis martyris tui merita præclara suscipiens ad impetrandum miseri cordiam tuam semper eius patrocinijs adiuuetur. Per. Secre.

SVscipe domine munera ꝑpius oblata: quæ maiestati tuæ, beati Nicomedis martyris tui cōmendet oratio. Per. Postc.

PVrificēt nos domine sacramenta quæ sumpsimus: & intercedente beato Nicomede martyre tuo, a cunctis efficiant vitijs absolutos. Per dominum.

¶ In festo SS. Pontificū & mart. Cornelij, & Cypriani, Missa. Intret in conspectu tuo. de cōi pluriū mar. fo. 274. cū cōmem. aliorū martyrum, vt infra, nisi fuerit dn̄ica: qa tūc cōmemoratio sequēs fit ī dn̄ica, & festū p̄dictū transfert in secundā feriā. Die 14.

¶ Pro cōme. SS. marty. Euphemię, Lucæ, & Geminiani. Oro.

PRæsta dn̄e precibus nostris cū exultatione prouentum: vt quorum diem passionis annua deuotione recolimus, etiā fidei constantiā subsequamur. Tertia oro. A cūctis. 307. Sec.

VOta populi tui, qs dn̄e, ꝑpitiatus intēde: & quorū nos tribuis solennia celebrare, fac gaudere suffragijs. Postcō.

EXaudi dn̄e p̄ces nr̄as: & sanctorū martyrū tuorum Euphemiæ, Luciæ, & Geminiani, quorū festa solenniter celebram⁹, cōtinuis foueamur auxilijs. Die 20.

¶ In vigilia S. Matthæi apostoli & euangelistæ. Introitus.

Go aūt sicut oliua fructificaui ī domo Dn̄i: speraui in mīa Dei mei: & expectabo nomē tuum: qm̄ bonū est ante cōspectū scōrū tuorū. p̄s. Quid gloriaris in malitia qui potēs es in iniquitate? ℣. Gloria patri. Oratio. Ps 51.

DA qs ops Deus: vt, beati Matthæi Apostoli tui & euangelistæ quã ꝑuenimus venerãda solẽnitas, & deuotionẽ nobis augeat, & saluté. Per do. Deinde in cõmem. SS. martyrũ Eustachij & sociorum. Oratio. Deus q nos cõcedis. cũ sua secreta, & Postcõione vt ī cõi plu riũ mar. fol. 276. Tertia oño de sancta Maria. Concede. nisi festũ S. Matthæi venerit in fer. ij. quia tunc de sanctis cõmem. fit in dominica, & sabbatho fit de vigilia, cũ oratione sancta Maria. & Ecclesię tuę. 309. vel pro papa. fol. 308. Epist. Benedictio Domini super caput iusti. vt in vigilia S. Andreæ, vel ī cõi in vigilia vnius apostoli. f. 268. Grad Iustus, vt palma florebit: sicut cedr⁹ libani, multiplicabit in domo Dñi. ℣. Ad annunciãdũ mane misericordiã tuã, & veritatem tuã per noctẽ. Seq. sti euãgelij secũdũ Lucã.

IN illo tpe: Vidit Iesus publicanũ noĩe Leui, sedentem ad teloniũ: & ait illi. Sequere me. Et relictis oĩbus, surgẽs secutus est eũ. Et fecit ei cõuiuium magnũ Leui in domo sua: & erat turba multa publicanorum, & aliorũ qui cũ illis erãt discũbẽtes. Et murmurabãt pharisæi & scribę eorũ dicẽtes ad discipulos ei⁹. Quare cũ publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis? Et respondens Iesus, dixit ad illos, Non egent q sani sunt medico: sed q male habẽt. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pęnitentiam. Offertoriũ. ps 1. Gloria & honore coronasti eũ: & cõstituisti eum super opera manuum tuarum dñe. Secreta.

APostolicę reuerẽtię culmẽ offerimus tibi sacris mysterijs imbuendũ: ꝑsta qs dñe: vt beati apostoli tui & euãgelistæ Matthæi suffragijs, cuius natalitia præuenimus, hæc plebs tua semper, & sua vota depromat, & desiderata ꝓcipiat. Per. Cõio. Magna est gla ei⁹ in salutari tuo: gliã, & magnũ decorẽ ĩpones sup eũ dñe. Postcõmu. psal. 8

SAncti apostoli tui & euãgelistæ Mathæi quæsumus domine supplicatione placat⁹, & veniã nobis tribue, & remedia sempiterna concede. Per dñm.

¶ In festo sancti Matthæi apostoli & euangelistæ. Introitus. die 2

OS iusti meditabitur sapiẽtiã: & lingua eius loquetur iudiciũ: lex Dei eius in corde ipsius. ꝑs. Noli æmulari in malignantibus: neque ps 36

zelaueris

zelaueris faciētes iniquitatem. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

BEati apostoli & euāgelistæ Matthæi dñe pcibus adiuuemur: vt, quod possibilitas nostra non obtinet eius nobis intercessione donetur. Per dñm.

Lectio Ezechielis prophetę.

cap. 1. SImilitudo vultus quatuor aīaliū: Facies hoīs, & facies leonis a dextris ipsorū quatuor facies autē bouis a sinistris ipsorū quatuor, & facies aq̄lę desuper ipsorū quatuor. Et facies eorum, & pennę eorū extentæ desuper: duæ pennæ singulorū iungebant̄, & duæ tegebāt corpora eorū. Et vnúquodq; eorū, corā facie sua ambulabat. Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur: nec reuertebātur cū ambularent. Et similitudo aīaliū, & aspectus eorū, quasi carbonum ignis ardentiū, & quasi aspectus lampadarum. Hæc erat visio discurrens in medio aīaliū: splēdor ignis, & de igne fulgur egrediens. Et aīalia ibāt, & reuertebantur: in similitudinē fulguris coruscantis. Grad.

11. BEatus vir qui timet dominū: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potēs in terra erit semē eius, generatio rectorum benedicetur. Haleluiah, haleluiah. ℣. Te glorioſus apostolorū chorus laudat domine, Haleluiah.

Seq. sc̄ti euāg. secūdū Matthæū. cap 9.

IN illo tpe: Vidit Iesus hoīem sedentē in telonio, Matthæū noīe: & ait illi. Sequere me. Et surgens secutus est eū. Et factū est discūbēte eo in domo, ecce multi publicani & peccatores venientes, discūbebant cū Iesu & discipulis eius. Et videntes pharisæi dicebant discipulis eius. Quare cū publicanis, & peccatoribus manducat magister vester? At Iesus audiens, ait. Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. Euntes autem, discite quid est, Misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim veni vocare iustos sed peccatores. Credo. ps. 10.

Offertorium. POsuisti domine in capite eius coronā de lapide pretioso: vitā petijt a te, & tribuisti ei, Haleluiah. Secreta.

SVpplicationibus Apostolicis beati Matthæi euangelistæ, q̄s dñe, ecclesiæ tuæ cōmendetur oblatio: cuius magnificis prædicationibus eruditur. Per. Præfatio de apſis. f. 131. Cōio.

MAgna est gloria eius in salutari tuo: gloriam & magnum decorem impones super eum domine. Ibidē. Postcommunio.

PEr-

PErceptis dñe sacris B. Matthæo apl'o tuo & euãgelista interueniẽte deprecamur: vt, q̃ pro eius celebrata sunt gl'ia, nobis proficiãt ad medelã. Per do.

Die 22. ¶ SS. martyrum Mauritij & sociorum eius: Missa. Intret in cõ spectu tuo. 274. cum Epistola. Respõdit vnus de senioribus. de cõi plurium martyrũ. 274. præter oronẽ q̃ dr, vt infra. Oro.

ANnuæ, q̃s ops Deus, vt sanctorũ martyrũ tuorũ Mauritij & sociorum eius, nos lætificet festiua solennitas, vt quorũ suffragijs nitimur, eorum natalitijs gloriemur. Per do. Secre.

REspice, q̃s dñe, munera, q̃ in sanctorũ martyrũ tuorũ Mauritij & sociorũ eius cõmemoratione deferim⁹: & p̃sta: vt quorum honore sunt grata, eorũ nobis fiant intercessione perpetua. Per dñm.. Postcõmu.

COelestibus refecti sacris & gaudij supplices te roga-m⁹, dñe: vt, quorũ gl'iamur triũphis, protegamur auxilijs. Per.

Die 23. ¶ In festo S. Lini Papæ & marty. Missa. Sacerdotes Dei. De cõi vnius marty. pontifi. folio 268. Cũ cõme. S. Teclæ virg. & mar. vt infra, nisi fuerit dñica: qa tũc cõm. sequẽs fit ī Dñica, & festũ p̃dictũ trãsfert in secũdã feriã. Pro cõmemoratione Sãctæ Teclæ virginis & martyris. Oro.

DA q̃s, ops Deus, vt q̃ beatæ Teclæ virginis & martyris tuæ natalitia colimus, & annua solennitate lætemur, & tantę fidei proficiamus exẽplo. Tertia oratio. Acunctis nos, q̃sumus domine. Secreta.

SVscipe domine munera q̃ sin beatæ Teclę virginis & martyris tuæ solennitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Postcommu.

AVxiliẽtur nobis dñe sumpta mysteria: & intercedẽte beata Tecla virgine, & martyre tua, sempiterna nos faciant protectione gaudere.

¶ Sanctorũ martyrũ Cypriani & Iustinæ: Missa. Salus aũt iust. de cõi plurium marty. fo. 274. p̃ter oronẽ q̃ dr vt ifra. Oratio.

BEatorũ martyrũ tuorũ Cypriani & Iustinæ nos domine foueam cõtinuata præsidia, quia non desinis propitius intueri, quos talibus auxilijs concesseris adiuuari. Per. Secreta.

MVnera tibi dñe nr̃ę deuotionis offerimus: quæ & pro tuorum tibi grata sint honore iustorum, & nobis salutaria te miserante reddantur. Per dominum nostrum. Postcom.

Præsta

PRęsta nobis, q̃s domine, ĩtercedentibus sanctis tuis Cypriano,& Iustina:vt quę ore contingimus, pura mente capiamus. Per dominum nostrũ.

¶ In festo sanctorũ martyrum Cosmæ & Damiani. Introitus

SApientiam sanctorum narrent populi,& laudes eorum nũciet ecclesia:noĩa autem eorũ viuent in sęculum sęculi. ps. Exultate iusti in domino:rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

PRæsta, q̃s, ops Deus: vt q̃ sanctorum martyrũ tuorum Cosmæ,& Damiani natalitia colimus, a cũctis malis iminẽtibus, eorum intercessionibus liberemur. Per dominũ. Epist.Iusti autem in perpetuũ. de cõi plurium mart. fol. 275. Graduale. Clamauerũt iusti,& dñs exaudiuit eos: & ex oĩbus tribulationibus eorum liberauit eos. ℣. Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde, & humiles spũ saluabunt. Halah, halah. ℣. Hæc est vera fraternitas: quæ vicit mundi crimina: Christum secuta est, inclyta tenens regna cęlestia, haleluiah.

M.R.N.

Euãg. Descẽdẽs Iesus de mõte. de eodem communi. fol.276.

Offert. Gloriabuntur in te oẽs, qui diligunt nomen tuum:qm̃ tu domine benedices iusto:domine,vt scuto bonæ voluntatis tuæ,coronasti nos. ps.5. Secreta.

SAnctorum tuorũ nobis domine pia non desit oratio:q̃ & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgẽtiam semper obtineat. Per dominũ no. Cõio. Posuerunt mortalia seruorum tuorũ dñe escas volatilibus cęli:carnes sanctorũ tuorũ bestijs terræ: & secũdũ magnitudinẽ brachij tui possidehlios morte punitorũ. ps 78. Postcõ.

PRotegat, q̃s domine, populum tuum, & participatio cęlestis indulta conuiuij,& deprecatio collata sanctorũ.Per d.

¶ In festo Dedicationis S. Michaelis Archangeli. Introitus. Die 29.

BEnedicite dñm oẽs angeli eius: potẽtes virtute qui facitis verbũ eius, ad audiendam vocem sermonũ eius. ps. Benedic aĩa mea Domino, & omnia quæ ĩtra me sunt,nomina sancto eius. ps 102. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Sicut erat in principio. Oratio.

DEus, qui miro ordine, angelorum ministeria, hominumque dispensas: concede ꝓpitius: vt qbus tibi ministrantibus ī cęlo semp assistit, ab his in terra vita nr̄a muniatur. Per.

Lectio libri Apocalypsis beati Iohannis Apostoli.

cap. 1. IN diebus illis. Significauit Deus quæ oportet fieri cito, loquens per angelum suū seruo suo Iohāni, qui testimoniū perhibuit verbo Dei, & testimonium Iesu Christi, quęcunque vidit. Beatus qui legit & q audit verba prophetiæ huius: & seruat ea quæ in ea scripta sunt. Tempus enim prope est. Iohannes septem ecclesijs quæ sunt ī Asia, Gratia vobis & pax ab eo qui est, & qui erat, & qui venturus est: & a septem spiritibus qui in cōspectu Throni ei⁹ sunt: & a Iesu Christo, Qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regū terræ, qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo.

Graduale.

ca. 18 BEnedicite dn̄m omnes angeli eius, potentes virtute, qui facitis verbum eius. ℣. Benedic anima mea dominum, & omnia interiora mea nomen sanctū eius. Alleluiah, haleluiah.

℣. Sanctæ Michael archangele defende nos in prælio: vt non pereamus in tremendo iudicio. Haleluiah.

In apparitione sancti Michaelis mense Maij, omisso graduali additur sequens. ℣. Concussum est mare, & cōtremuit terra, vbi archangelus Michael descendit de cęlo, haleluiah.

Sequentia sancti euangelij secundùm Matthæum.

IN illo tempore: Accesserunt discipuli ad Iesum dicentes. Quis, putas, maior est ī regno cęlorum? Et aduocās Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum, & dixit. Amen dico vobis: nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli: non intrabitis in regnum cęlorum. Quicunque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste: hic maior est in regno cęlorum. Et qui susceperit vnum paruulum talē ī nomine meo: me suscipit. Qui autem scandalizauerit vnū de pusillis istis qui in me credunt: expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in ꝓfundū maris. Vę mūdo a scādalis. Necesse est enim vt veniant scandala: verūtamē væ homini illi, per quē scandalū venit. Si autē manus tua vel

pes

pes tuus scãdalizat te: abscinde eum, & proijce abs te. Bonũ est tibi ad vitã ingredi debilem vel claudum, quã duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignẽ ęternum. Et si oculus tuus scandalizat te: erue eũ, & proijce abs te. Bonũ est tibi cũ vno oculo in vitã intrare, quã duos oculos habentẽ mitti in gehennam ignis. Videte ne cõtẽnatis vnũ ex his pusillis. Dico enim vobis: qa angeli eorũ semp vidẽt faciem patris mei, qui in cęlis est. Credo. Offertorium. Stetit ap. 8. angelus iuxta aram tẽpli, habẽs thuribulũ aureũ in manu sua: & data sunt ei incẽsa multa: & ascẽdit fumus aromatum in cõspectu Dei, Haleluiah. Secreta.

HOstias tibi dñe laudis offerim⁹, suppliciter deprecãtes: vt easdẽ angelico pro nobis intercedẽte suffragio, & placatus accipias, & ad salutẽ nostrã prouenire cõcedas. Per do. Cõio. Bñdicite oẽs angeli dñi dñm: hymnũ dicite, & superexaltate eũ in sæcula. Postcom. Ap. 3.

BEati archangeli tui Michaelis ĩtercessione suffulti, supplices te domine deprecamur: vt quod ore prosequimur, contingamus & mente. Per dominum nostrum Iesum Christũ.

¶ In festo S. Hieronymi presbyteri confess. & doctoris Ecclesiæ. Introitus. Die 30

IN medio ecclesiæ aperuit os eius, & impleuit eũ Dñs spiritu sapiẽtię & intellectus: stolã gloriæ ĩduit eũ. ꝑs. Bonũ est cõfiteri dño: & psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio. Ecc. 15.

DEus, qui ecclesiæ tuæ in exponendis sacris scripturis beatum Hieronymum cõfessorem tuũ, doctorẽ maximũ, prouidere dignatus es: præsta qs vt eius suffragantibus meritis, quod ore simul & opere docuit, te adiuuante exercere valeamus. Per dominum. Epist. Testificor coram Deo. fo. 282. Grad. Os iusti meditabit sapiẽtiã, & lingua eius loquet iudiciũ. ℣. Lex Dei eius in corde ipsius: & nõ supplantabunt gressus eius, Halah, hal. ℣. Amauit eũ dñs, & ornauit eũ: stolã glorię induit eũ. Halah. Euãg. Vos estis sal terræ. 281. & dr Credo. Offertor. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus, quæ in Libano est, multiplicabitur. Secre: Ecc. 15. ꝑs 91.

DOnis cęleſtibus, q̃s domine, libera nos tribue mente inſeruire: vt munera quæ deferimus: intercedẽte beato Hieronymo confeſſore tuo, & medelam nobis operentur, & gloriam. Per dñm. Communio.

Mat. 24 Fidelis ſeruus, & prudens: quẽ conſtituit dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis in tẽpore tritici menſuram. Poſtcom.

REpleti alimonia cęleſti, q̃s dñe, vt interueniente beato Hieronymo confeſſore tuo, miſericordię tuæ gratiam conſequi mereamur. Per dominũ.

OCTOBRIS FESTA.

Die 4. ¶ Sancti Remigij Eṗi, & cõfeſſoris, Miſſa de cõi confeſſ. pontificis. 279. Statuit ei dominus.

¶ In feſto S. Franciſci cõfeſſ. Intr.

Gal. 6. MIhi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti: per quẽ mihi mũdus crucifixus eſt, & ego mundo. ℣. Voce mea ad dominum clamaui, voce mea dominum deprecatus ſum. ℣. Gloria patri, & filio, & ſpiritui. Oratio.

DEus, qui eccleſiam tuam beati Franciſci meritis fę tu nouæ prolis amplificas: tribue nobis ex eiꝰ imitatione terrena deſpicere, & cęleſtium donorum ſemper participatione gaudere. Per dominum noſtrũ.

Lectio Epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Galathas. cap. 4.

FRatres. Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti: per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mũdo. In Chriſto enim Ieſu neque circũciſio aliquid valet, neq; præputium: ſed noua creatura. Et quicũque hanc regulam ſecuti fuerint: pax ſuper illos, & miſericordia, & ſuper Iſrael Dei. De cętero nemo mihi moleſtus ſit. Ego enim ſtigmata domini Ieſu in corpore meo porto. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, cum ſpiritu veſtro fratres. Amen. Graduale. ℣ps 36. Os iuſti meditabitur ſapiẽtiã, & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex Dei eius in corde ipſius: & non ſupplãtabuntur greſſus eius. Haleluiah, haleluiah. ℣. Franciſcus pauper, & humilis, cęlum diues ingredit, hymnis cęleſtibus honoratur, Haleluiah. Euang Confiteor tibi pater domine cęli. 278. Offerto. ℣ps 88. Veritas mea & miſericordia mea cũ ipſo: & in noĩe meo exaltabit cornu eius. Secr.

Munera

MVnera tibi dñe dicata sãctifica: & ĩtercedẽte btõ Francisco, ab oĩ nos culparum labe purifica. Per dñm. Cõmu. Fidelis seruus & prudens, quẽ constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tẽpore tritici mensuram. Postcõmun. ECclesiam tuã, q̃s dñe, gratia cœlestis amplificet: quã beati Francisci illuminare voluisti gloriosis meritis, & exẽplis. Per dominum nostrum.

S. Marci papę & confess. Intr.

SAcerdotes tui dñe induant iustitiã: & sancti tui exultent: propter Dauid seruũ tuum nõ auertas faciem Christi tui. p̃s. Memento dñe Dauid, & omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria p̃ri. Oratio. EXaudi dñe preces nostras: & intercedente beato Marco confessore tuo atque pontifice, supplicationes nostras placatus intende. Per dominum. Pro commem. sanctorum martyrum Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apuleij. Oratio. SAnctorum martyrum tuorũ nos domine Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apuleij beata merita p̃sequãtur: & tuo semp faciant amore feruẽtes. Per do. Epist. Plures facti sunt sacerd. de cõi cõf. põt. 274. Graduale: Sacerdotes eius induant salutare: & sancti eius exultatione exultabunt. ℣. Illuc producam cornu Dauid: paraui lucernam Christo meo. Haleluiah, haleluiah. ℣. Iurauit dñs, & nõ pẽnitebit eum: tu es sacerdos in æternum, secundùm ordinem Melchisedech, Haleluiah. p̃s 131. p̃s 109. Euang. Vigilate, quia nescitis. de eodem communi. fol. 280. Offertorium. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. p̃s 88. Secreta. ACcepta tibi sit dñe sacratæ plebis oblatio, p̃ tuorum honore sanctorum: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per dominum nostrum. &c.

Pro Sanctis. Secreta.

MAiestatem tuam nobis Dñe, quæsumus, hęc hostia reddat immolanda placatam, tuorum digna postulatione sanctorum. Per dominum. Cõmunio. Beatus seruus, quẽ cum venerit dominus, inuenerit vigilantem: amen dico vobis: super omnia bona sua cõstituet eum. Mat. 24 Postcommunio.

DA,q̃s dñe,fidelibus popu lis sanctorũ tuorũ semper veneratione lętari,& eorũ perpetua supplicatione muniri. p. Pro sanctis. Postcommunio.

SAcramẽtis Dñe muniamur acceptis, & sanctorũ martyrum tuorum Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apulei intercessione, cõtra omnes nequitias irruẽtes, armis cœlestibus protegamur. Per dominum. &c.

Die 9. ¶ In festo SS. marty. Dionysij, Rustici,& Eleutherij.Introitus.

Bcc.44.

SApiẽtiam sanctorum narrent populi, & laudes eorum nũciet ecclesia: noĩa autem eorum viuent in sæculum sęculi. ps. Exultate iusti in domino:rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus,qui hodierna die beatum Dionysium martyrẽ tuũ atq; pontificẽ,virtute constantiæ in passione roborasti: quique illi ad prædicandũ gentibus gloriã tuã, Rusticum, & Eleutheriũ sociare dignatus es: tribue nobis,q̃s,eorũ imitatione,p amore tuo prospera mũdi despicere, & nulla eius aduersa formidare. Per dominũ.

Lectio Actuum Apostolorum. qui

IN diebus illis. Stans Paulus in medio Areopagi,ait. Viri Athenienses, per omnia quasi superstitiosos vos video.Prætereiens enim,& videns simulacra vestrã, inueni & aram, in qua scriptũ erat,Ignoto Deo.Quod ergo ignorãtes colitis, hoc ego annũcio vobis. Deus qui fecit mũdum,& oĩa quæ in eo sunt: hic cœli,& terræ cũ sit dñs, non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur,indigens aliquo, cum ipse det omnibus vitã & inspirationem, & omnia: fecitq́ue ex vno omne genus hominũ inhabitare super vniuersam faciem terræ, definiens statuta tẽpora, & terminos habitationis eorũ, quęrere Deum si forte attrectẽt eum,aut inueniant, quãuis nõ longe sit ab vnoquoq; nostrũ. In ipso enim viuimus, & mouemur,& sumus,sicut & quidã vestrorum poetarum dixerũt: Ipsius enim & genus sumus. Genus ergo cum simus Dei,nõ debemus æstimare auro & argento, aut lapidi sculpturæ artis,& cogitationis hominis diuinum esse simile. Et tempora quidem huius ignorãtiæ despiciens Deus, nunc annunciat homi-

hominibus, vt omnes vbique pœnitentiã agant: eo quod statuit diẽ, in quo iudicaturus est orbem in æquitate, in viro in quo statuit, fidẽ præbens omnibus, suscitãs eum à mortuis. Cum audissent autem resurrectionẽ mortuorum, quidã quidem irridebant, quidã verò dixerũt, Audiemus te de hoc iterũ. Sic Paulus exiuit de medio eorum. Quidã verò viri adhærentes ei, crediderunt: in quibus & Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alij cum eis. Grad. A nima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. ℣. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus: adiutoriũ nostrum in nomine dñi, qui fecit cęlũ & terram. H aleluiah, halah. ℣. Iusti epulẽtur, & exultẽt in cõspectu Dei, & delectẽtur ĩ lętitia, Hal. Euang. D escendens Iesus. 276. Offer. E xultabunt sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis: exultationes Dei in faucibus eorum, haleluiah. Secreta.

OBlata tibi dñe munera populi tui, pro tuorũ honore sanctorum martyrum Dionysij, Rustici, & Eleutherij, suscipe propitius, qs: & eorũ nos intercessione sanctifica. Per do. Cõmu. D ico autẽ vobis amicis meis: ne terreamini ab his, qui vos persequuntur. Postcõ. Luc. 12.

SVmptis dñe sacramentis, qs: ut intercedentibus beatis martyribus tuis Dionysio, Rustico, & Eleutherio, ad redẽptionis æternæ proficiamus augmentum. Per dominum.

¶ In festo sancti Calisti Papæ & martyris. Introitus. Die 14.

SAcerdotes Dei benecite dñm: sancti & humiles corde laudate Deũ. ps. Benedicite omnia opera domini domino: laudate & superexaltate eum in sęcula. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio. Da. 3.

DEus, qui nos conspicis ex nostra infirmitate deficere: ad amorem tuum nos misericorditer per sanctorũ tuorum exempla restaura. Per do. Epistola. O mnis pontifex. de cõi confessorum Pontif. 280. Graduale. I nueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eũ: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachiũ meum confortabit eũ. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. ps. 88.

Eccl. 45. Haleluiah, haleluiah. ℣. Amauit eum Dominus, & ornauit eum: stolam gloriæ induit eũ, haleluiah. Euangel. Si quis venit ad me. de cõmuni martyrum pontificum. folio 269.

Ps. 88. Offertorium. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Secreta.

MIstica nobis dñe prosit oblatio: quæ nos, & à reatib⁹ nostris expediat, & perpetua saluatione confirmet. Per dominum nostrum. &c.

Matth. 24. Communio. Beatus seruus, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantem: amen dico vobis: super omnia bona sua constituet eum.

Postcõmunio.

QVæsumus oĩpotens De⁹, vt reatum nostrum munera sacra purificent: & recte viuendi nobis operentur effectum. Per dominum.

Die 18. ¶ In festo sancti Lucæ euangelistæ. Introitus:

ps. 138. MIhi autẽ nimis honorati sunt amici tui De⁹: nimis confortatus est principatus eorũ. ℣. Dñe probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meam, & resurrectionem meã. ℣. Gloria patri, & fil. Oratio.

INterueniat pro nobis, quæsumus dñe, sanctus tuus Lucas euangelista: qui crucis mortificationem iugiter ĩ suo corpore pro tui nominis honore portauit. Per dominum nostrũ.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios. 2. ca.

FRatres: Gratias ago Deo, qui dedit eandem solicitudinẽ pro vobis in corde Titi, qm̃ exhortationem quidẽ suscepit: sed cum solicitior esset, sua voluntate profectus est ad vos. Misimus etiã cũ illo fratrẽ nostrum, cuius laus est in Euãgelio per omnes ecclesias. Non solũ autẽ: sed & ordinatus est ab ecclesijs comes peregrinationis nostræ, in hanc gratiam, quæ ministratur à nobis ad dñi gloriã, & destinatam voluntatem nostrã. Deuitantes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, quę ministratur à nobis in dñi gloriã. Prouidemus enim bona: nõ solũ corã Deo, sed etiam coram hominibus. Misimus autẽ cum illis & fratrem nostrũ, quẽ probauimus in multis sæpe solicitum esse: nunc autem multo solicitiorẽ:

confi-

confidentia multa in vos siue pro Tito, qui est socius meus, & in vobis adiutor: siue fratres nostri, apostoli ecclesiarũ, gloria Christi. Ostensionem ergo quæ est charitatis vestræ, & nostræ gloriæ pro vobis, in illos ostendite in facie ecclesiarum. Graduale. In omnẽ terrã exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorũ. ℣. Cęli enarrant gloriam Dei: & opera manuũ eius annunciat firmamẽtum. Haleluiah, haleluiah. ℣. Ego vos elegi de mundo: vt eatis, & fructum afferatis: & fructus vester maneat. Haleluiah. Sequẽ. sẽti euang. secũdũ Lucã.

IN illo tempore: Designauit Dñs & alios septuagĩtaduos & misit illos binos ante faciẽ suã, in omnẽ ciuitatẽ & locum quo erat ipse venturus. Et dicebat illis. Messis quidẽ multa: operarij autẽ pauci. Rogate ergo dñm messis, vt mittat operarios in messem suã. Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare saccũ, neq; peram, neq; calceamẽta: & neminem per viam salutaueritis. In quãcũq; domũ intraueritis: primũ dicite, Pax huic domui. Et, si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra: sinautem, ad vos reuertetur. In eãdẽ autẽ domo manete: edentes, & bibentes, quæ apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domũ. Et in quãcũq; ciuitatẽ intraueritis, & susceperint vos: manducate quæ apponuntur vobis: & curate infirmos qui in illa sũt: & dicite illis: Appropinquauit in vos regnum Dei. Credo.

Offertorium. Mihi autem nimis honorificati sũt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. ps 138. Secreta.

DOnis cęlestibus da nobis, qs dñe, libera tibi mente seruire: vt munera quæ deferimus, interueniẽte beato euãgelista tuo Luca, & medelam nobis operentur, & gloriã. Per. Prefatio de Apostolis fol. 131.

Cõmu. Vos q secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. Matt. 19. Poste.

PRæsta, quæsumus, oĩpotẽs Deus: vt, quod de sancto altari tuo accepimus, precibus beati euangelistę tui Lucę, sanctificet animas nostras: p quod tuti esse possimus. Per dominũ.

¶ Sancti Hilarionis Abbatis, Die 21. Missa. Os iusti meditabitur. de cõmuni vnius Abbatis. f. 284.

Et

Et pro cõmemoratione S. Vrsulæ & sociarum. Oratio. D a nobis qs dñe, sanctarũ virginũ. vt in cõi plur. virg. & mar. 286.

Die 25. ¶ Sanctorum martyrum Chrisanthi, & Dariæ, Missa. I ntret in conspectu tuo de communi plurium marty. 274. excepta oratione, quæ dr vt infra. Oro.

B Eatorum martyrũ tuorum, dñe, Chrisanthi, & Dariæ, quæsumus, adsit nobis oro: vt, quos veneramur obsequio, eorum pium iugiter experiamur auxilium. Per dominũ. Secre.

P Opuli tui, qs dñe, tibi grata sit hostia: quæ in natalitijs sanctorum martyrũ tuorũ Chrisanthi, & Dariæ soleniter immolatur. Per dñm Postcõm.

M Ysticis Dñe repleti sum⁹ votis, & gaudijs, præsta qs, vt intercessionibus sanctorũ martyrũ tuorũ Chrisãthi, & Darię, quę tẽporaliter agimus: spiritualiter cõsequamur. Per.

Die 26. ¶ S. Euaristi Papæ & m. Missa. S tatuit ei dominus. de cõmuni vnius martyris pontif. 268.

Die 27. ¶ In vigilia Apostolorum Simonis, & Iudæ. Introitus.

Pr. 78. I Ntret in cõspectu tuo dñe gemitus compeditorũ: redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindica dñe sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. ps. Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam: polluerũt templum sanctum tuũ: posuerunt Ierusalẽ in pomorũ custodiã. ℣. Gloria pa. Oratio.

C Oncede, qs, ops Deus: vt, sicut Apostolorum tuorũ Simonis & Iudæ glorioſa natalitia pueniſ: sic, ad tua beneficia promerenda, maiestatẽ tuã pro nobis ipsi pueniãt. Per. Secunda oratio de S. Maria. C oncede. tertia E cclesiæ. vel pro Papa. 309. Epistola. S pectaculum facti sumus. de cõi Confess. non pontif. fol. 283.

Grad. V indica dñe sanguinem tuũ. sanctorum tuorum, qui effusus est. ℣. Posuerunt mortalia seruorum tuorum Domine escas volatilibus cęli: carnes sanctorum tuorũ bestijs terræ. Euãg. E go sum vitis vera, & pater. vt i cõi mar. tẽpore Pasch. 272. Offerto. E xultabunt sancti in gloria, lętabuntur in cubilibus suis: exultationes Dei in faucibus eorum. Secreta.

M Vneribus nostris domine sanctorum Apostolorum tuorum Simonis, & Iudæ festa præcedimus, te suppliciter deprecantes: vt, quæ con-

conscientiæ nostrę prępediun-
tur obstaculis, illorum meritis
grata reddãtur. Per dominum.
Alia secreta. Tua domine.
Ecclesiæ, vel Oblatis. fol. 309.
Ibidē. Cõmu. Posuerũt mortalia ser-
uorum tuorum dñe escas vola-
tilibus cœli: carnes sanctorum
tuorũ bestijs terræ: secũdũ ma-
gnitudinẽ brachij tui posside
filios morte punitorũ. Postcõ.
SVmpto Dñe sacramẽto sup
pliciter deprecamur: vt, in-
tercedentibus beatis Apostolis
tuis Simone, & Iuda, quod tẽ-
poraliter gerimus, ad vitam ca-
piamus æternam. Per dominũ.
Secũda Postc. Sũptis dñe. vel
Quæsum⁹. vel Hæc nos. 309.
Die 28. ¶ In festo Apostolorum Simo-
nis, & Iudæ. Introitus.

Ihĩ autem
nimis ho-
norati sũt
amici tui
De⁹: nimis
cõfortatus
est princi-
patus eorum. ps. Dñe probasti
me & cognouisti me: tu cogno
uisti sessionem meam, & resur
rectionẽ meã. ℣. Gloria. Oro.
DEus, qui nos per beatos
Apostolos tuos Simonẽ,
& Iudam, ad agnitionẽ tui no-
minis venire tribuisti: da nobis
eorum gloriam sempiternam,
& proficiendo celebrare, & ce-
lebrando proficere. Per dñm.
Lectio epistolæ beati Pauli apo
stoli ad Ephesios.
FRatres: Vnicuique nostrũ
data est gratia secũdũ mẽ-
suram donationis Christi. Pro-
pter quod dicit. Ascẽdẽs in al-
tũ, captiuã duxit captiuitatẽ:
dedit dona hominibus. Quod
autẽ ascẽdit: quid est, nisi quia
& descẽdit primũ in inferiores
partes terrę? Qui descẽdit: ipse
est, & qui ascẽdit super omnes
cœlos, vt impleret omnia. Et
ipse dedit quosdã quidẽ Apo-
stolos: quosdã autẽ prophetas:
alios verò euãgelistas: alios au-
tẽ pastores, & doctores, ad con-
summationẽ sanctorũ, in opus
ministerij, in ædificationẽ cor-
poris Christi: donec occurra-
mus oẽs in vnitatem fidei, &
agnitionis filij Dei, in virũ per-
fectum, in mensurã ætatis ple-
nitudinis Christi. Graduale.
Cõstitues eos principes super ps. 44.
omnẽ terram: memores erunt
nominis tui dñe. ℣. Pro patri-
bus tuis nati sunt tibi filij: pro-
pterea populi confitebuntur
tibi. Haleluiah, haleluiah. ℣.
Nimis honorati sunt amici tui
Deus:

Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Haleſah.

cap. 1. Sequē. ſci euāg. ſecūdū Iohānē.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Hæc mando vobis: vt diligatis inuicem. Si mundus vos odit: ſcitote, quia me priorē vobis odio habuit. Si de mundo fuiſſetis: mundus quod ſuū erat, diligeret. Quia vero de mūdo nō eſtis, ſed ego elegi vos de mundo: propterea odit vos mundus. Mementote ſermonis mei, quē ego dixi vobis. Non eſt ſeruus maior dño ſuo. Si me perſecuti ſunt, & vos perſequētur. Si ſermonem meū ſeruauerunt, & veſtrū ſeruabunt. Sed hæc oīa faciēt vobis propter nomen meū: quia neſciunt eū, qui miſit me. Si nō veniſſem, & locutus eis fuiſſem: peccatum non haberent. Nunc autē excuſationē nō habent de peccato ſuo. Qui me odit: & patrē meū odit. Si opera nō feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit: peccatū non haberēt. Nunc autē & viderunt, & oderūt, & me, & patrē meū. Sed vt īpleatur ſermo, q̄ ī lege eorū ſcriptus eſt. Quia odio habuerunt me gratis. dī C redo.

ps 18. Offert. In omnē terrā exiuit ſonus eorū, & in fines orbis terræ verba eorum. Secreta.

GLoriā dñe ſanctorū Apoſtolorum tuorum perpetuam venerantes, quæſumus: vt eam ſacris myſterijs expiati, dignius celebremus. Per dñm. Præfat. de Apſīs. 131. Cōmu.

Mat. 19. VOs q̄ ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Poſtcommu.

PErceptis dñe ſacramentis ſuppliciter exoramus: vt intercedētibus beatis apoſtolis tuis Simone, & Iuda, quæ p̄ illorum veneranda gerimus paſſione, nobis proficiant ad medelam. Per dominum noſtrū.

¶ In vigilia omnium Sanctorū. Die 31.

Introitus.

Sap. 3. IVdicant ſancti gētes, & dominantur populis: & regnabit dñs Deus illorum in perpetuum. ps. Exultate iuſti in dño rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri. non dī Gloria in excelſis. Oratio.

DOmine Deus noſter, multiplica ſuper nos gratiā tuā: & quorū p̄uenimus gloriosa ſolēnia tribue ſubſequi ī ſancta p̄miſſione lætitiam. Per. Secūda oīo de Spū ſctō. Deus qui corda. Tertia. Eccleſiæ. vel p̄ Papa. Deus oīum fid. 308.

Lectio

Lectio libri Apocalypsis, beati Iohannis Apostoli.

Ap. 5. IN diebus illis: Ecce ego Iohannes vidi in medio throni & quatuor animalium, & in medio seniorum, agnum stantem tanquam occisum, habentem cornua septē, & oculos septē: qui sunt septem spiritus Dei, missi in omnem terrā. Et venit, & accepit librū de dextera sedentis in throno. Et cum aperuisset librum quatuor animalia & viginti quatuor seniores ceciderunt coram agno: habentes singuli cytharas & phialas aureas plenas odoramentorū: quæ sunt orationes sanctorū. Et cantabant canticum nouū, dicentes. Dignus es domine accipere librum, & soluere signacula eius, qm occisus es: & redemisti nos Deo in sanguine tuo, ex omni tribu & lingua & populo & natione: & fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes: & regnabimus super terrā. Et vidi & audiui vocem angelorū multorū in circuitu throni, & aīaliū, & seniorū: & erat numerus eorum millia millium voce magna dicentiū. Dignus est agnus q occisus est, accipere virtutē, & diuinitatē, & sapiētiā, & fortitudinē, & honorē, & gloriā, & bñdictionē, in sæcula sæculorum. Amē. Grad. Ps 149. Exultabunt sancti in gloria: lętabuntur in cubilibus suis. ℣. Cantate dño cāticū nouū: laus eius in ecclesia sanctorū. Euāg. Descendēs Iesus de mōte. 276. Offertorium. Exultabūt sancti Ibidē. in gloria, lætabuntur in cubilibus suis: exultationes Dei ī faucibus eorum. Secreta.

ALtare tuū dñe Deus muneribus cumulam⁹ oblatis: da q̄s: vt ad salutē nostram, omnium sanctorum tuorū precatione proficiant, quorū solēnia vētura pręcurrimus. Per dñm. Cōio. Iustorū animæ in manu Sap. 3. Dei sunt, & non tāget illos tormentum malitię: visi sunt oculis insipientium mori: illi autē sunt in pace. Postcommunio.

SAcramentis domine & gaudijs optata celebritate expletis, quæ sumus: vt eorum precibus adiuuemur, quorum recordationibus exhibentur. Per do.

NOVEMBRIS FESTA.

¶ In festo oīum Sāctorū. Intro. Die 1.

GAudeamus oēs in domino, diem festum celebrātes, sub honore sanctorum omnium: de quorum solennitate gaudent angeli, & col-

collaudant filium Dei. ℘s. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus qui nos omniũ Sanctorum tuorũ merita sub vna tribuisti celebritate venerari: quæsumus, vt desideratam nobis tuę propitiationis abundãtiam, multiplicatis intercessoribus largiaris. Per dominum.

Lectio libri Apocalypsis beati Iohannis Apostoli. cap. 7.

IN diebus illis. Ecce ego Iohãnes vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis: habentem signum Dei viui. Et clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datũ est nocere terræ, & mari, dicẽs. Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus: quoadusq; signemus seruos Dei nr̃i in frontibus eorũ. Et audiui numerũ signatorũ, cẽtũ quadragintaquatuor millia signati ex omni tribu filiorũ Israel. Ex tribu Iuda, duodecim millia signati. Ex tribu Ruben, duodecim millia signati. Ex tribu Gad, duodecim millia signati. Ex tribu Aser, duodecim millia signati. Ex tribu Neptalim, duodecim millia signati. Ex tribu Manasse, duodecim millia signati. Ex tribu Simeõ, duodecim millia signati. Ex tribu Leui duodecĩ millia signati. Ex tribu Issachar, duodecĩ millia signati. Ex tribu Zabulon, duodecim millia signati. Ex tribu Ioseph, duodecim millia signati. Ex tribu Beniamin, duodecim millia signati. Post hęc vidi turbam magnam, quã dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & ppłis & linguis stãtes ante thronũ: & in cõspectu agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorũ: & clamabãt voce magna dicentes. Salus Deo nostro, qui sedet sup thronũ, & agno. Et omnes angeli stabant in circuitu throni, & seniorum, & quatuor aĩaliũ, & ceciderũt in cõspectu throni in facies suas, & adorauerunt Deum dicẽtes, Amen. Bñdictio, & claritas, & sapiẽtiã, & gr̃arũ actio, honor, virtus, & fortitudo Deo nostro, in sæcula sęculorũ. Amẽ. Grad. ps. 33.

TImete dñm oẽs sancti eius, quoniam nihil deest timẽtibus eum. ℣. Inquirentes autem dominũ, non deficient omni bono. Haleluiah, haleluiah. ℣. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos. Haleluiah.

Sequen-

Seq. sēti euāg. secūdū Matthæū.

IN illo tpe? Videns Iesus turbas, ascendit in montē. Et cū sedisset, accesserunt ad eū discipuli eius: & aperiens os suū docebat eos, dicens. Beati pauperes spiritu: qm̄ ipsorum est regnum cęlorum. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent: quoniā ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiā: qm̄ ipsi saturabūtur. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde: qm̄ ipsi Deum videbunt. Beati pacifici: quoniam filij Dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiūtur propter iustitiam: quoniam ipsorū est regnum cęlorum. Beati estis, cū maledixerint vobis hoīes, & persecuti vos fuerint: & dixerint omne malū aduersus vos, mētientes propter me. Gaudete & exultate: qm̄ merces vestra copiosa est in cęlis.

dī Cr redo. Offerto. iustorū aīæ in manu Dei sunt: & non tāget illos tormentum mortis: visi sunt oculis insipiētium mori, illi autem sunt in pace. Secreta.

MVnera tibi dñe nr̄æ deuotionis offerimus: quæ & pro cunctorū tibi grata sint honore iustorū, & nobis salutaria te miserāte reddant. Per do. Cōio. Beati mūdo corde, quoniam ipsi Deum videbunt: beati pacifici, quoniā filij Dei vocabūtur: beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cęlorum. Mat. 5. Postcōmunio.

DA, q̄s dñe, fidelibus populis, omniū sanctorū tuorum semper veneratione lætari: & eorum perpetua supplicatione muniri. Per dominū nr̄m.

Infra octauam oīum Sanctorū, & in die octaua Missa dī sicut in die. Sed infra octauam secunda oratio de spū sancto. Deus q̄ corda fidel tertia. Ecclesiæ tuæ. vel pro Papa. De festis duplicibus & semiduplicibus iusta cā occurrentibus fit, cū cōmemoratione octauæ. De simplicibus aūt fit tm̄ cōmem.

¶Secunda die fit Cōmemoratio omniū fideliū defunctorū: & dicit missa, Requiē æternā dona eis. quæ loco suo circa finem Missalis habetur. fol. 313.

Si aūt secūda dies fuerit dñica, dicta cōme. defunct. fit feria. ij. Die 4.

¶Pro cōmem. sanctorum martyrū Vitalis, & Agricolæ. Oro.

PRæsta; quæsumus omnipotēs Deus: vt, qui sanctorum mar-

martyrum tuorum Vitalis & Agricolæ solēnia colim⁹, eorū apud te intercessionibus adiuuemur. Tertia oro de Spiritu sancto, nisi venerit ī Dñica, qa tūc tertia erit de sanctis. Secre.

OBlatis, q̄s, dñe placare muneribus: & intercedētibus sanctis martyribus tuis Vitale & Agricola, à cunctis nos defende periculis. Postcommu.

HÆc nos cōio dñe purget à crimine: & intercedentibus sanctis martyribus tuis Vitale, & Agricola, cœlestis remedij faciat esse consortes. Per.

Die 8. ¶ In die oct. omnium Sanctorū dicitur Missa, vt in die cū commemor. sanctorum martyrum Quatuor Coronatorum. Oro.

PRæsta q̄s ops Deus: vt qui glorioſos martyres fortes in tua cōfessione cognouimus: pios apud te ī nostra intercessione sentiamus. Per. Secreta.

BEnedictio tua Dñe larga descēdat: q̄ & munera nr̄a, deprecantibus sanctis martyribus tuis, tibi reddat accepta, & nobis sacramentum redemptionis efficiat. Per. Postcōmu.

COelestib⁹ refecti sacramētis & gaudijs, supplices te domine deprecamur: vt quorū gloriamur tirumphis, protegamur auxilijs. Per dominum.

¶ In dedicatione basilicæ Saluatoris dī Missa. Terribilis est locus iste. de cōi Dedic. Eccliæ, fol. 289. & pro commemorat. S. Theodori Martyris. Oratio.

DEus, qui nos beati Theodori martyris tui confessione glorioſa circūdas, & protegis: præsta nobis: ex eius imitatione proficere, & oratione fulciri. Per dominum. Secreta.

SVscipe Dñe fideliū preces cū oblationibus hostiarū: & intercedente beato Theodoro martyre tuo, per hæc pię deuotionis officia, ad cęlestē gloriā transeamus. Per. Postcōmu.

PRæsta nobis, q̄s dñe, intercedente beato Theodoro martyre tuo: vt, quod ore contingimus pura mente capiamus. Per dominum nostrum.

¶ Sanctorū marty. Triphonis, Respicij, & Nimphæ. Introit⁹.

CLamauerūt iusti, & Dñs exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. ℣. Benedicam Dominum in omni tēpore, semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria patri. Oratio.

Fac

FAc nos, q̃s, dn̄e ſanctorum martyrũ tuorũ Triphonis, Reſpicij, & Nimphæ ſemp feſta ſectari: quorũ ſuffragijs ꝓtectionis tua dona ſentiam⁹. Per. Epiſt. Non ſunt cõdignę paſſ. de cõi plurium marty. fo. 277.

ꝑ 78. Grad. Vindica domine ſanguinem ſanctorum tuorũ qui effuſus eſt. ℣. Poſuerunt mortalia ſeruorũ tuorũ eſcas volatilibus cęli, carnes ſanctorũ tuorũ beſtijs terræ. Halʼah, halʼah. ℣. Pretioſa in cõſpectu dn̄i mors ſanctorũ eius. halʼah. Euang. Attẽdite a fermento phariſæorum. de eodem communi. fol. 278

ꝑ 105. ꝑ 31. Offertorium. Lætamini in domino, & exultate iuſti: & gloriamini omnes recti corde. Sec.

MVnera tibi dn̄e nr̄æ deuotionis offerimus: q̃ & pro tuorum tibi grata ſint honore iuſtorum: & nobis ſalutaria te miſerante reddantur. Per.

Mat. 12. Communio. Quicunque fecerit voluntatem patris mei, qui in cęlis eſt: ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt, dicit dominus. Poſtcommunio.

PRæſta nobis, q̃s dn̄e, ītercedẽtibus ſanctis martyribus tuis Tryphone, Reſpicio, & Nimpha: vt qđ ore cõtingim⁹, pura mente capiamus. Per do.

M.R.N.

¶ In feſto Sancti Martini epiſcopi & confeſſoris. Introitus. Die 11.

Ecc. 45 STatuit ei dn̄s teſtamẽtum pacis: & principẽ fecit eũ, vt ſit illi ſacerdotij dignitas in æternũ. ꝑs. Memento domine Dauid & omnis mãſuetudinis eius. ℣. Gloria patri, & filio, &c. ꝑs 131. Oratio.

DEus, qui cõſpicis, quia ex nulla noſtra virtute ſubſiſtimus: concede ꝓpitius: vt interceſſione beati Martini confeſſoris tui atque pontificis, cõtra oĩa aduerſa muniamur. Per dn̄m noſtrum Ieſum Chriſtũ. Deinde fit cõme. Sancti Menæ martyris. Oratio. Præſta, q̃s omnipotens Deus: vt, qui btũ. Cum ſua Secreta, & Poſtcõmunione, vt in cõi vnius martyris. fo. 270. Epiſtola. Ecce ſacerdos magnus. de communi confeſſoris pontificis. fol. 279. Grad.

Ecc. 44 Ecce ſacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo. ℣. Nõ eſt inuentus ſimilis illi, qui cõſeruaret legem excelſi. Haleluiah, haleluiah. ℣. Beatus vir ſanctus Martinus, vrbis Turonis epiſcopus, requieuit, quẽ ſuſceperunt angeli: atq; archãgeli: throni, dominationes, & virtutes. Haleluiah. Euãgeliũ.

Nemo accẽdit. de eodem cõi. fol. 281. Offerto. Veritas mea & mĩa mea cũ ipſo, & in noĩe meo exaltabit cornu eius. Sec.

Ps 88.

DA, miſericors De⁹: vt, hęc nos ſalutaris oblatio, & à proprijs reatibus indeſinenter expediat & ab oĩbus tueat aduerſis. Per do. Cõio. Beatus ſeruus, quem cũ venerit dñs inuenerit vigilantem: amẽ dico vobis: ſuper omnia bona ſua cõſtituet eum. Poſtcommunio:

Matt. 24.

PRæſta, q̃s, dñe Deus noſter: vt, quorum feſtiuitate votiua ſunt ſacramenta, eorum nobis ſalutaria ĩterceſſione reddantur. Per dominum.

Die 12 ¶ In feſto S. Martini papæ & marty. Miſſa. Sacerdotes Dei. de cõi vnius martyris põt. 269.

Die 17 ¶ Sancti Gregorij Thaumaturgi ep̃i, & confeſſoris. Introitus.

Ecc. 45.

STatuit eĩ dominus teſtamẽtũ pacis: & principẽ fecit eum, vt ſit illi ſacerdotij dignitas in æternũ. p̃s. Memẽto dñe Dauid & omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

DA, q̃s, op̃s Deus: vt, beati Gregorij confeſſoris tui atq; pontificis venerãda ſolẽnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutẽ. Per do. Epiſtola. Ecce ſacerdos magnus. de cõi confeſſorũ põtifi. f. 279. Grad.

ECce ſacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo. ℣. Nõ eſt inuẽtus ſimilis illi, qui conſeruaret legem excelſi. Haleluiah, haleluiah. ℣. Tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinẽ Melchiſedech. Hallah. Seq. ſcti euãg. ſecundũ Marcũ.

Ecc. 44.

p̃s 109.

IN illo tpe: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Habete fidẽ Dei. Amẽ dico vobis: qa qcũq; dixerit huic mõti, tollere & mittere in mare: & nõ hæſitauerit in corde ſuo: ſed crediderit, qa qd̃cũq; dixerit, fiat, fiet ei. Propterea dico vobis: oĩa quęcũq; orantes petitis, credite q̃ accipietis, & eueniẽt vobis. Offert.

cap. 11.

p̃s 88.

INueni Dauid ſeruũ meũ: oleo sãcto meo vnxi eũ: man⁹ enim mea auxiliabitur ei: & brachiũ meum confortabit eum. Secr.

SAncti tui, q̃s dñe, nos vbiq; ſlętificẽt, vt dũ eorũ merita recolim⁹: p̃grocinia ſentiam⁹. p. Cõio. Fidelis ſeruus, & prudẽs: quẽ conſtituit dñs ſuper familiam ſuam, vt det illis in tẽpore tritici menſuram. Poſtcom.

Matt. 24

PRæſta, q̃s op̃s Deus: vt, de perceptis munerib⁹ gratias

tias exhibentes, intercedente beato Gregorio confessore tuo atq; pontifice, beneficia potiora sumamus. Per dominū nr̄m.

Die 18. ¶ In Dedicatione Basilicarum sanctorū Apostolorū Petri, & Pauli: Missa. Terribilis est. de cōmuni dedicationis ecclesiæ.

¶ Sancti Pōtiani Papæ, & martyris. Missa. Statuit ei domin⁹. de cōi vnius marty. pōtifi. 268.

Die 22. ¶ In festo sanctæ Cecilię virginis & martyris. Introitus.

ps 118. Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regū, & non confundebar: & meditabar in mādatis tuis, q̄ dilexi nimis. ℣. Beati immaculati ī via, qui ambulāt in lege dn̄i. ℣. Gloria. Oro.

DEus, qui nos annua beatę Cæciliæ virginis & martyris tuæ solennitate lætificas: da vt quā veneramur officio, etiā piæ conuersationis sequamur exemplo. Per dominum. Epistola. Domine Deus me⁹. de cōi virginum & marty. 285.

44. Graduale. Audi filia, & vide, & inclina aurē tuam: quia concupiuit rex speciem tuam. ℣. Specie tua & pulchritudine tua: intende: prospere procede, & regna. Halleluiah, halleluiah. ℣. Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: media autem nocte clamor fact⁹ est: ecce sponsus venit, exite obuiam Christo Domino, Hasah. Euang. Simile est regnum cęlorum decē virginibus. de eodem cōi. 285. Offert. Afferent ps 44. regi virginibus post eam ꝓximæ eius afferentur tibi. Secreta.

HAec hostia, domine, placationis & laudis q̄s, vt ītercedente beata Cecilia martyre tua, nos propitiatione tua dignos semper efficiat. Per do. Cōio. Confundantur superbi, quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem in mandatis tuis exercebor: & meditabor in tuis iustificationibus vt non cōfundar. Postcōmunio. ps 118

SAtiasti domine familiam tuam muneribus sacris: ei⁹ quæsumus semper interuētione nos refoue: cuius solēnia celebramus. Per dominū nostrū.

In festo Sancti Clementis Papæ & martyris. Introitus. Die 23

Dicit Dominus sermones mei, quos dedi in os tuum, non deficient de ore tuo: & munera tua accepta erunt super altare

ps 111. meū. ℣. Beatus vir qui timet dñm: in mandatis eius volet nimis. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui nos annua beati Clemētis martyris tui atque ponfiticis ſolennitate lętificas: concede propitius: vt, cui⁹ natalitia colimus virtutē quoque paſſionis imitemur. Per d. Pro commemoratione Sanctæ Felicitatis martyris. Oratio.

PRæſta quæſumus omnipotens Deus: vt beatæ Felicitatis martyris tuæ ſolennia recenſentes, meritis ipſius protegamur, & precib⁹. Tertia oratio. A cūctis nos quæſumus. f. 307. Epiſtola. Imitatores mei eſtote. vt i Dñica xxiij. poſt Pēt. f. 293.

ps 109. Graduale. Iurauit dominus, & non pęnitebit eum: tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech. ℣. Dixit dominus domino meo: ſede a dextris meis. Haleluiah, haſah. ℣. Hic eſt ſacerdos, quē coronauit domin⁹. Haleluiah. Euang. Vigilate, quia neſcitis. de cōi confeſſ. pontifi. fol. 279.

ps 88. Offert. Veritas mea & miſericordia mea cū ipſo, & in noīe meo exaltabit cornu eius. Secr.

MVnera tibi dñe oblata ſanctifica, & intercedente beato Clemēte martyre tuo atque pontifice, per hæc nos à peccatorum noſtrorum maculis emunda. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium. Pro commemoratione Sanctæ Felicitatis. Secreta.

VOta populi tui dñe propitiatus intēde: & cuius nos tribuis ſolennia celebrare, fac gaudere ſuffragijs. Cōmunio. Mat. 24 Beatus ſeruus, quem cum venerit dñs, inuenerit vigilātem: amen dico vobis, ſup oīa bona ſua conſtituet eum. Poſtcom.

CORporis ſacri, & prætioſi ſanguinis repleti libamine q̄s dñe Deus nr̄: vt, quod pia deuotione gerimus, intercedēte beato Clemēte martyre tuo atq; pōtifice, certa redemptione capiamus. Per dominū nr̄m. Pro cōm. S. Felicitatis. Poſtcom.

SVpplices te rogam⁹ omnipotens Deus: vt intercedentibus ſanctis tuis, & tua in nobis dona multiplices, & tempora noſtra diſponas.

¶ S. Chryſogoni marty. Miſſa. Die 24 In virtute tua domine. de communi vnius marty. folio 270. præter oratiōnem quæ dicitur vt infra. Oratio.

ADeſto domine ſupplicationibus noſtris, vt, qui ex iniquitate noſtra reos nos eſſe cogno-

cognoſcimus, beati Chryſogoni martyris tui interceſſione liberemur. Per dominū. Secre.

OBlatis, q̄s, dñe placare muneribus: & intercedente btō Chryſogono martyre tuo, a cunctis nos defende periculis. Per dominum. Poſtcōmu.

TVi dñe perceptione ſacramenti, & à noſtris mūdemur occultis & ab hoſtium liberemur inſidijs. Per dominū.

ie 25 ¶ In feſto ſanctę Catherinæ virginis & martyris. Introitus.

LOquebar de teſtimonijs tuis in cōſpectu regū, & non confundebar, & meditabar in mandatis tuis,

118. quæ dilexi nimis. ps. Btī immaculati in via, qui ambulāt in lege Domini. ℣. Gloria pa. Oro.

DEus qui dediſti legem Moyſi in ſummitate mōtis Sinai: & in eodē loco per ſanctos angelos ſuos corpus beatę Catherinæ virginis & martyris tuæ mirabiliter collocaſti: præſta, q̄s: vt, eius meritis & interceſſione, ad montem qui Chr̄s eſt peruenire valeam⁹. Per eūd.

Epiſto Confiteor tibi dñe rex. de cō: vnius v:rg. & mar. 285.

G:ad. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatē. ℣. Propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ. H aleluiah, haleſah. ℣. Adducent regi virgines poſt eam: proximæ eius afferentur tibi in lætitia, Haleluiah.

Euang S imile eſt regnum cœlorū decē virginibus. de eodē cōmuni. 285. Offer. Afferētur regi virgines poſt eam: proximæ eius afferentur tibi. Secret.

SVſcipe Dñe munera, q̄ in beatę Catherinę virginis & martyris tuæ ſolennitate deferimus: cuius nos cōfidimus patrocinio liberari. Per dominū.

Communio. Confundantur Ibidē. ſuperbi: quia iniuſte iniquitatem fecerunt in me: ego autem in mandatis tuis exercebor, & meditabor in tuis iuſtificationibus vt non confundar.

Poſtcommunio.

AVxilientur nobis Domine ſumpta myſteria, & intercedente beata Catherina virgine, & martyre tua, ſempiterna faciant protectione gaudere. Per dominum noſtrum.

¶ Sancti Petri Alexandrini epi Die 26 ſcopi, & martyris. Miſſa. Statuit ei Dominus teſtamētum.

de communi vnius martyris pontificis. folio 268.

Explicit Proprium Sāctorum.

COMMVNE SANCTORVM.

¶ In vigilia vnius Apostoli. Introitus.

EGo autem sicut oliua fructificaui in domo Dñi: speraui in misericordia Dei mei: & expectabo nomen tuum, quoniã bonum est ante conspectũ sanctorum tuorum. ℘s. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? ℣. Gloria patri, & filio: & spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper: & in sæc. &c. Oratio.

DA quæsumus omnipotẽs Deus, vt beati N. Apostoli tui, quam præuenimus, veneranda solennitas: & deuotionem nobis augeat & salutẽ. Per dominum nostrum Iesum Christũ filium tuum. Qui tecũ.

Eccl. 44. & 45. Lectio libri Sapientiæ.

BEnedictio Domini super caput iusti. Ideo dedit illi Dominus hæreditatem, & diuisit ei partẽ in tribubus duodecim: & inuenit gratiam in conspectu omnis carnis. Magnificauit eum in timore inimicorum: & in verbis suis monstra placauit. Glorificauit eum in conspectu regum: & ostendit illi gloriam suam. In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne. Et dedit illi coram præcepta: & legem vitæ & disciplinæ: & excelsum fecit illũ. Statuit illi testamentum æternum: & circuncinxit eũ zona iustitiæ: & induit eum Dominus coronã gloriæ. Graduale. Iustus vt palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Domini. ℣. Ad annunciandũ mane misericordiã tuã, & veritatẽ tuã per noctẽ.

Sequentia sancti euangelij secundum Iohannem. cap. 15.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Hoc est præceptum meum: vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Maiorẽ hac dilectionem nemo habet:

vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio vobis. Iam non dicam vos ſeruos: quia ſeruus neſcit quid faciat dominus eius. Vos autē dixi amicos: quia omnia quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis. Nō vos me elegiſtis: ſed ego elegi vos: & poſui vos, vt eatis, & fructum afferatis: & fructus veſter maneat: vt quodcunque petieritis patrē in nomine meo, det vobis.

ps 8. Offertorium. Gloria, & honore coronaſti eum: & cōſtituiſti eum ſuper opera manuū tuarum domine. Secreta.

APoſtolicæ reuerentiæ culmen offerimus tibi ſacris myſterijs imbuendum: præſta quæſumus dñe: vt beati Apoſtoli tui N. ſuffragijs, cuius natalitia præuenimus: hæc plebs tua ſemper & ſua vota depromat, & deſiderata percipiat. Per dñm noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tec. &c.

ps 20. Communio. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriam, & magnum decorē impones ſuper eum domine. Poſtcommu.

SAncti Apoſtoli tui N. quæſumus domine, ſupplicatione placatus, & veniā nobis tribue, & remedia ſempiterna concede. Per dominum noſtrū.

¶ In Natalitijs Apoſtolorum, & Euangeliſtarum, omnia vt ſuis locis in Proprio Sanctorū.

IN COMMVNI

Vnius martyris pontificis.

Introitus.

TAtuit ei dñs teſtamentū pacis: & principē fecit eum, vt ſit illi ſacerdotij dignitas in æternum. ps. Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

ps 131. ps 44.

INfirmitatem noſtram reſpice omnipotens Deus: & quia pondus propriæ actionis grauat beati N. martyris tui atq; pontificis, interceſſio gloriola nos protegat. Per dominum.

Lectio epiſtolæ beati Iacobi Apoſt. cap. 1.

CAriſſimi: Beatus vir, qui ſuffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ: quam repromiſit Deus diligentibus ſe. Nemo cū tentatur, dicat quoniā à Deo tentatur. Deus enim intentator malorū eſt: ipſe autē neminem tentat. Vnuſquiſque vero

verò tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus. Deinde cõcupiſcentia cũ cõceperit, parit peccatum: peccatum verò cũ conſummatũ fuerit, generat mortem. Nolite itaq; errare fratres mei dilectiſſimi. Omne datũ optimũ, & oẽ donũ perfectũ deſurſum eſt, deſcendẽs à patre luminũ: apud quẽ nõ eſt tranſmutatio, nec vicißitudinis obumbratio. Volũtarie enim genuit nos verbo veritatis: vt ſimꝰ initium aliquod creaturæ eius.

Ps 88. Graduale. Inueni Dauid ſeruũ meum: oleo ſancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei.

Ps 109. Haleluiah, haſah. ℣. Tu es ſacerdos in ęternũ ſecundũ ordinem Melchiſedech. Haleluiah.

Poſt Septuageſimam, Tractus.

Psal. 2. Deſiderium animę eius tribuiſti ei: & voluntate labiorũ eius non fraudaſti eum. ℣. Quoniã pręueniſti eũ in bñdictionibus dulcedinis. ℣ Poſuiſti in capite eius coronã de lapide ptioſo.

Sequentia ſancti euangelij ſecundùm Lucam.

cap. 14. In illo tempore. Dixit Ieſus turbis. Si quis venit ad me, & non odit patrẽ ſuũ, & matrẽ, & vxorem, & filios, & fratres & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et qui nõ baiulat crucem ſuam, & venit poſt me: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Quis enim ex vobis volens turrim ędificare, non prius ſedens, computat ſumptus qui neceſſarij ſũt, ſi habeat ad perficiendum, ne poſtquam poſuerit fundamentum, & nõ potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant illudere ei, dicentes: quia hic homo cępit ędificare, & non potuit cõſummare? Aut quis rex iturus committere bellum aduerſus alium regem, nõ ſedens prius cogitat, ſi poſſit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad ſe? Alioquin adhuc illo longe agente, legationem mittens, rogat ea quæ pacis ſunt. Sic ergo, omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus quæ poſſidet: non poteſt meus eſſe diſcipulus.

Offertorium.

Ps 88. Veritas mea, & miſericordia mea cum ipſo: & in noĩe meo exaltabitur cornu eius.

Secreta.

HOſtias tibi Dñe beati N. martyris tui atque pontificis dicatas meritis, benignus aſſume:

assume: & ad ppetuum nobis tribue prouenire subsidiū. Per.

Ibidē. Cōmunio. Semel iuraui in sancto meo, semen eius in æternū manebit: & sedes eius sicut Sol in cōspectu meo: & sicut Luna perfecta in æternum: & testis in cęlo fidelis. Postcommunio.

REfecti participatione muneris sacri, quæsumus domine Deus noster: vt beati N. martyris tui atque pontificis, cuius exequimur cultum, sentiamus effectum. Per dominū nr̄m Iesum Christum filiū tuū.

¶ De eodem communi alia missa. Introitus.

Acerdotes Dei benedicite Dn̄m: sancti & humiles corde laudate Deum. ℘s. Bn̄dicite omnia opera domini domino: laudate & superexaltate eum in sæcula. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, &c. Oratio.

DEus, qui nos beati N. martyris tui atque pontificis, annua solennitate lætificas, cōcede propitius: vt cuius natalitia colimus, de eiusdem etiam ꝓtectione gaudeamus. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuū, Qui tecū &c.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Corinthios. 2.ad.

FRatres: Benedictus De⁹ & pater domini nr̄i Iesu Christi: pater misericordiarum, & Deus totius consolationis: qui consolatur nos in omni tribulatione nr̄a: vt possimus & ipsi cōsolari eos qui in omni pressura sunt, per exhortationē, qa exhortamur & ipsi à deo. Quoniam sicut abūdant passiones Christi in nobis: ita & p Christum abundat consolatio nostra. Siue autem tribulamur, ꝓ vestra exhortatione, & salute: siue consolamur, pro vestra cōsolatione: siue exhortamur, pro vestra exhortatione, & salute: q̄ operatur tolerantiam earundē passionū, quas & nos patimur: vt spes nostra firma sit pro vobis: scientes qm̄, sicut socij passionū estis, sic eritis, & consolationis: In Christo Iesu dn̄o nr̄o. Graduale. Gloria & honore coronasti eum. ℣. Et constituisti ps.8. eum super opera manuū tuarū domine. Haleluiah, haleluiah. ℣. Hic est sacerdos, quem coronauit dominus, Haleluiah. Post Septuagesimam. Tractus. Beatus vir, qui timet dn̄m: in mādatis eius cupit nimis. ℣. Po- ps.111. tēs in terra erit semen eius: ge-

neratio

neratio rectorum benedicetur. ℣. Gloria & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in sęculum sæculi.

Sequentia sancti euangelij secundùm Matthæum.

16. IN illo tpe: Dixit Iesus discipulis suis. Si qs vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucē suā, & sequatur me. Qui enim voluerit animā suam saluā facere, perdet eam. Qui aūt perdiderit aīam suam propter me, inueniet eā. Quid enim prodest homini, si vniuersum mūdū lucret', aīæ vero suæ detrimentū patiat': Aut quā dabit homo cōmutationem pro aīa sua? Filius enim hoīs venturus est in gloria patris sui cum angelis suis: & tūc reddet vnicuique: secundùm opera sua.

Offertoriū. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meū confortabit eum. Secreta.

MVnera tibi domine dicata sanctifica: & intercedē te beato N. martyre tuo atq; pōtifice: per eadem nos placatus intende. Per dominum nostrū.

Cōmunio. Posuisti domine in capite eius, coronam de lapide pretioso. Postcommunio.

HÆc nos cōio dñe purget à crimine: & intercedente beato N. martyre tuo, atque pōtifice: cęlestis remedij faciat esse consortes. Per dominum.

¶ Epistolæ, & Euangelia ꝑ Pontifi. & mart. assignata, legi possunt etiam pro marty. non ponti. Et quæ infra habētur de marty. non pont. etiam pro marty. pontifi. Idem pro marty. ponti. legi possunt epistolæ & euangelia inferius assignata pro cōfes. pont. Item euāgelia etiam quæ in vna missa de eodem communi ponūtur, dici possunt ī alijs missis de eodem communi.

IN COMMVNI

Vnius mart. non pontificis.

Introitus.

IN virtute tua dñe lætabit' iustus: & sup salutare tuum exultabit vehemēter desiderium aīæ eius tribuisti ei. ꝑs. Qm̄ pręueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. ℣. Gloria. ꝑs 20.

Oratio.

PRæsta, qs omnipotens Deꝰ, vt q beati N. martyris tui, natalitia colimus: intercessione eius in tui nominis amore roboremur. Per dominum nm.

Lectio

cap. 10. Lectio libri Sapientię.

IVstum deduxit dñs per vias rectas: & ostendit illi regnũ Dei: & dedit illi scientiam sanctorum: honestauit illum in laboribus: & compleuit labores illius. In fraude circunuenientiũ, illi affuit: & honestũ fecit illũ. Custodiuit eũ ab inimicis, & à seductoribꝰ tutauit illũ: & certamen forte dedit illi, vt vinceret: & sciret quoniam omniũ potentior est sapiẽtia. Hæc, venditũ iustũ non dereliquit: sed à peccatoribus liberauit eũ, descẽditq; cum illo in foueam: & in vinculis nõ dereliquit eũ, donec afferret illi sceptrum regni, & potẽtiam aduersus eos qui eum deprimebant. Et mẽdaces ostẽdit qui maculauerũt eum: & dedit illi claritatẽ ęternam, dñs Deus noster. Gradu. Ps 111. Beatus vir, qui timet dñm: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. Ps 10. Halah, halah. ℣. Posuisti domine super caput eius coronã de lapide ptioso. Haleluiah.

Post Septuagesimam, Tractus. Ibidẽ. Desiderium animę eius tribuisti ei: & voluntate labiorũ eius non fraudasti eum. ℣. Quoniã præuenisti eũ ĩ bñdictionibus dulcedinis. ℣. Posuisti in capite eius coronã delapide ptioso.

Sequẽ sctĕ uãg. secũdũ Matth. cap. 10.

IN illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis. Nolite arbitrari, quia venerim pacem mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladium. Veni eñ separare hominẽ aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam: & nurum aduersus socrum suã: & inimici hominis, domestici eiꝰ. Qui amat patrẽ aut matrem plus quàm me: non est me dignus. Et qui amat filium aut filiã super me, non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam, & sequit me: nõ est me dignus. Qui inuenit animam suã, perdet eã, & qui perdiderit animam suã propter me, inueniet eã. Qui recipit vos, me recipit: & qui recipit me, recipit eum qui me misit. Qui recipit prophetã in nomine prophetæ, mercedem propherę accipiet. Et qui recipit iustũ in nomine iusti, mercedẽ iusti accipiet, & quicunque dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ, tantum in noĩe discipuli: Amen dico vobis non perdet mercedem suam. Offert. Gloria & honore coronasti eum, & constituisti

ſtituiſti eum ſuper opera manuũ tuarum domine. Secreta.

MVneribus nr̃is,q̃s dn̄e,p̃cibusq́; ſuſceptis & cęleſtibus nos munda myſterijs,& clementer exaudi. Per dominũ.

Matth. 16. Cõio. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum: & tollat crucẽ ſuã, & ſequat̃ me. Poſtc.

DA,q̃s dn̄e Deus noſter: vt ſicut tuorum commemoratione ſanctorum tẽporali gratulamur officio: ita perpetuo lætemur aſpectu. Per dominũ.

ps 63. De eodẽ cõi alia miſſa. Introit.

IN Ætabitur iuſtus in dn̄o, & aſperabit in eo: & laudabũtur oẽs recti corde. ℣. Exaudi Deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. ℣. Gloria patri,& filio. Oratio.

PRæſta q̃s op̃s Deus, vt intercedente beato N. martyre tuo,& a cunctis aduerſitatibus liberemur in corpore, & a prauis cogitationibus mundemur in mẽte. Per dominum noſtrũ.

Lcõ epl̃ę B. Pauli apſi ad Timo.

2.ca. 2. CAriſſime. Memor eſto dominũ Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe a mortuis, ex ſemine Dauid,ſecundùm euangelium meum, in quo laboro vſque ad vincula,quaſi male operãs: ſed verbũ Dei nõ eſt alligatũ. Iõ oĩa ſuſtineo ꝓpter electos:vt, & ip ſi ſaluté cõſequant̃, q̃ eſt ĩ Chriſto Ieſu,cũ gloria cęleſti. Tu aũt aſſecutus es meã doctrinã,inſtitutionẽ,propoſitum,fidem, lõganimitatem,dilectionem,patiẽtiam,perſecutiones, paſſiones:qualia mihi facta ſunt Antiochiæ, Iconij,& Liſtris: quales pſecutiones ſuſtinui: & ex oĩbus eripuit me dn̄s. Et oẽs q̃ volunt pie viuere in Chriſto Ieſu,pſecutiones patiunt̃. Grad. ps 36.

IVſtus cũ ceciderit non collidetur,quia dn̄s ſupponit manum ſuam. ℣. Tota die miſeretur,& commodat:& ſemen eius in benedictione erit. Haleluiah:haleluiah. ℣. Qui ſequit̃ me,non ambulat in tenebris: ſed habebit lumen vitæ æternæ. Haſah. Poſt Septuageſimam. Tractus.

BEatus vir qui timet dn̄m: ín mãdatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemẽ eius:gn̄atio rectorũ bn̄dicet̃. ℣. Gloria & diuitiæ in domo eius: & iuſtitia eius manet in ſeculũ ſcl̃i. Seq. ſcti euãg. ſecũdũ Matthæũ.

IN illo tpe. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Nihil opertum qd̃ non reueletur: & occultum qd̃ non ſciatur. Quod dico vobis cap. 10.

in

in tenebris,dicite in lumine:& quod in aure auditis,prædicate ſuper tecta. Et nolite timere eos q̃ occidunt corpus, animã aũt non poſſunt occidere: ſed potius eum timete,qui poteſt, & animã & corpus perdere in gehẽnã. Nõne duo paſſeres aſſe veneũt? & vnus ex illis nõ cadet ſuper terram ſine patre veſtro. Veſtri autem & capilli capitis,oẽs numerati ſunt. Nolite ergo timere: multis paſſeribus meliores eſtis vos. Omnis ergo qui confitebitur me corã hoĩbus:confitebor,& ego eum corã patre meo,qui in cęlis eſt.

ps 20. Offer. P oſuiſti domine in capite eius coronam de lapide pretioſo: vitã petijt à te & tribuiſti ei, haleluiah. Secreta.

ACcepta ſit in conſpectu tuo domine noſtra deuotio:& eius nobis fiat ſupplicatione ſalutaris,pro cuius ſolennitate defertur. Per dominum.

ps 11. Cõio. Q ui mihi miniſtrat,me ſequat: & vbi ſum ego, illic & miniſter meus erit. Poſtcõmu.

REfecti participatione muneris ſacri,quæſumus domine Deus noſter: vt beati N. martyris tui atque pontificis, cuius exequimur cultum, ſentiamus effectum. Per dominũ.

¶ Item aliæ epiſtolæ,& euãgelia in cõmuni vnius martyris.

Lectio epiſę B. Iacobi apoſtoli. cap.1.

Ariſſimi. O mne gaudiũ exiſtimate,cũ in tentationes varias incideritis: ſcientes qđ probatio fidei veſtræ patientiã operat. Patientia aũt opus perfectũ habeat: vt ſitis pfecti & integri, in nullo deficientes. Si quis aũt veſtrum indiget ſapientia,poſtulet a Deo, qui dat omnibus affluenter,& non improperat: & dabitur ei. Poſtulet aũt in fide nihil hæſitans. Qui enim hæſitat,ſimilis eſt fluctui maris,q a vento mouet & circunfert. Nõ ergo exiſtimet homo ille q̃ accipiat aliqd à dño. Vir duplex animo,inconſtans eſt in oĩbus vijs ſuis. Glorietur aũt frater humilis in exaltatione ſua. Diues aũt in humilitate ſua,quoniam ſicut flos fęni tranſibit. Exortus eſt enim ſol cũ ardore, & arefecit fęnum, & flos eius decidit,& decor vultus ei⁹ deperijt: ita & diues ĩ itineribus ſuis marceſcet. Beatus vir qui ſuffert tentationem,quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ: quam repromiſit Deus diligentibus ſe.

Lectio

Lectio epistolæ beati Petri Apostoli.

CAriſſimi. Communicantes Chri paſſionibus, gaudete: vt, & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes. Si exprobramini in noīe Chriſti, beati eritis: quoniam quod eſt honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui eſt eius ſpiritus: ſuper vos requieſcet. Nemo aūt veſtrū patiat vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autē vt Chriſtianus: non erubeſcat, glorificet aūt Deum in iſto noīe. Qm̄ tempus eſt, vt incipiat iudiciū à Domo Dei. Si aūt primum à nobis: quis finis eorū qui non credunt Dei euangelio? Et ſi iuſtus quidem vix ſaluabitur: impius & peccator vbi parebunt? Itaque & hi qui patiuntur ſecundum voluntatem Dei, fideli creatori commēdent animas ſuas in benefactis.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Iohannem.

IN illo tpe: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Amen, amen dico vobis. Niſi granū frumenti cadens in terram, mortuum fuerit: ipſum ſolum manet. Si aūt mortuum fuerit: multum fructum affert. Qui amat animā ſuā, perdet eā: & qui odit aīam ſuā in hoc mundo, in vitā ęternā cuſtodit eā. Si quis mihi miniſtrat, me ſequat: & vbi ego ſum, illic, & miniſter meus erit. Si qs mihi miniſtrauerit, honorificabit eū pr̄ meus q̄ eſt ī cęlis.

IN COMMVNI martyrum tempore Paſchali, ſcilicet a Dñica in octaua Paſchæ, vſq; ad vigiliā Pētecoſtes.

¶ De vno martyre. Introitus.

PRotexiſti me Deus a conuētu malignantium, haſah: a multitudine operantiū iniquitatē, haleluiah, haleluiah. ps. Exaudi Deus oratio- ps 36.
nem meam, cum deprecor: a timore inimici eripe animā meam. ℣. Gloria patri, & filio.

Pro martyre & pontifice. Oō.

INfirmitatem noſtrā reſpice omnipotens Deus: & quia pōdus propriæ actionis grauat, beati N. martyris tui atque pontificis interceſſio glorioſa nos protegat. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium.

Pro marty. & pōti. alia Oratio.

DEus qui nos beati N martyris tui atque pōtificis annua ſolennitate lętificas, cōcede

cede propitius: vt cuius natalitia colimus, de eiusdem etiã protectione gaudeamus. Per dominum nostrũ Iesum Christũ.

Pro martyre tantum. Oratio.

PRæsta, q̃s ops Deus: vt qui beati N. martyris tui natalitia colimus, intercessione eius in tui nominis amore roboremur. Per dominum nostrum.

Pro martyre tantum, alia Oro.

PRæsta quæsumus ops De⁹, vt ĩtercedẽte beato N. martyre tuo, & a cunctis aduersitatibus liberemur in corpore, & a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per dominũ.

cap. 5. Lectio libri Sapientiæ.

STabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, dicẽtes intra se, pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes: Hi sunt quos aliquãdo habuimus in derisum, & in similitudinẽ improperij. Nos insensati, vitam illorum æstimabamus insaniam: & finem illorum sine honore. Ecce quomodo cõputati sunt ĩter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est.

Vel epistola beati Pauli Apostoli ad Timotheũ M emor esto. vt supra in cõi vnius martyris, extra tempus Paschale fo. 271.

Haleluiah, haleluiah ℣. Confitebuntur cœli mirabilia tua Domine, etenim veritatem tuã in Ecclesia sanctorum. Haleluiah. ps 88. ℣. Posuisti domine super caput eius coronam de lapide pretioso, haleluiah. ps 20.

Sequentia sancti euangelij secundum Iohannem. cap. 15

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Ego sum vitis vera: & pater meus agricola est. Omnem palmitem, in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem qui fert fructum, purgabit eum, vt fructũ plus afferat. Iam vos mũdi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. Manete ĩ me: & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Si mã-

seritis

scritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcunque volueritis petetis, & fiet vobis.

Offertorium. Confitebuntur cęli mirabilia tua domine: & veritatem tuam in ecclesia sanctorum, haleluiah, halaluiah.

Pro martyr. & pontifi. Secreta.

HOstias tibi dñe beati N. martyris tui atq; põtificis dicatas meritis, benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per dominũ nostrum Iesum Christum. &c.

Pro martyre pontifi. alia Secre.

MVnera tibi domine dicata sanctifica: & intercedẽte beato N. martyre tuo atque pontifice, per eadem nos placatus intende. Per dominum no.

Pro martyre tantum. Secreta.

MVneribus nostris, quæsumus domine, precibusq; susceptis: & cęlestibus nos mũda mysterijs, & clementer exaudi. Per dominum nostrum, &c.

Pro martyre tantum alia Secre.

ACcepta sit in conspectu tuo Domine nostra deuotio: & eius nobis fiat supplicatione salutaris, pro cuius solennitate defertur. Per dominum nostrum Iesum Christum filiũ tuum. Qui tecum viuit, & reg.

M.R.N.

Communio. Lætabitur iustus in domino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde, haleluiah, haleluiah. ps 31.

Pro mart. & pontifi. Postcõmu.

REfecti participatione muneris sacri, quæsumus domine Deꝰ noster, vt beati N. martyris tui atque põtificis, cuius exequimur cultum, sentiamus effectum. Per dominum nostrum Iesum.

Pro mar. & pont. alia Postcom.

HÆc nos communio, domine, purget à crimine: & intercedẽte beato N. martyre tuo atque pontifice, cęlestis remedij faciat esse consortes.

Pro martyre tantum. Postcom.

DA, quæsumus dñe Deus noster: vt, sicut tuorum cõmemoratione sanctorum temporali gratulamur officio, ita perpetuo lætemur aspectu. Per.

Pro mart. tãtum alia Postcom.

REfecti participatione muneris sacri, quæsumus domine Deus noster: vt sancti N. martyris tui cuius exequimur cultum, sentiamus effectũ. Per.

¶ Epistola & euangelium supradictæ missæ: dicuntur etiã in sequenti missa: & quæ in sequenti habentur, dici possunt in superiori.

DE PLRIBVS Martyribus tempore Pascha.

Introitus.

SAncti tui dñe bñdicent te, & gl̃iá regni tui dicent, Halah. ps. Exalta bo te Deus meus rex, & benedicam nomini tuo in ſęculũ, & in ſæculũ ſęculi. ℣. Gloria pat. ps 144.

Pro pluribus põt. & mart. Oro.

BEatorum martyrũ tuorum pariterq; põtificũ N. & N. nos quæſumus dñe feſta tueantur: & eorũ commendet oratio veneranda. Per dominum noſt.

Pro pluribus mar. tantum. Oro.

DEus, q̃ nos concedis ſctõrũ martyrũ tuorũ N. & N. natalitia colere: da nobis in æterna beatitudine de eorum ſocietate gaudere. Per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtũ filiũ.

Pro pluribus mart. alia Oratio.

DEus, q̃ nos annua ſctõrũ martyrũ tuorũ N. & N. ſolennitate lętificas: cõcede ꝓpitius: vt quorũ gaudemus meritis inſtruamur exẽplis. Per do.

Lcto epiſtolæ beati Petri Apſi. cap

BEnedictus Deus, & pr̃ dominí nr̃i Ieſu Chriſti, qui ſecnndũ magnã miſericordiã ſuam regenerauit nos in ſpem viuam, per reſurrectionẽ Ieſu Chriſti ex mortuis, in hęreditatem incorruptibilem, & inconta minatam, & immarceſcibilem conſeruatam in cœlis in vobis, qui in virtute Dei cuſtodimini per fidem in ſaluti, paratam reuelari in tempore nouiſſimo: in quo exultabitis modicum nunc ſi oportet contriſtari in varijs tentationibus, vt probatio veſtræ fidei multo p̃tioſior auro (q̃d per ignẽ ꝓbat̃) inueniatur in laudẽ & gl̃iam & honorẽ: in reuelationẽ dñi noſtri Ieſu Chr̃i. Halah, halah. ℣. Sancti tui domine florebunt ſicut lilium, & ſicut odor balſami erunt ante te: Haleluiah. ℣. Pretioſa in cõſpectu dñi, mors ſanctorum eius, haleluiah. ps 1

Seq ſancti euãg ſecũdũm Iohã. cap

IN illo tpe: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Ego ſum vitis, &

vos

vos palmites. Qui manet ī me, & ego in eo, hic fert fructum multū: quia sine me nihil pote stis facere. Si quis in me nō mā serit mittet foras sicut palmes, & arescet, & colligent eū, & in ignē mittent, & ardet. Si man-seritis in me & verba mea in vo bis manserint: quodcunq; vo-lueritis petetis, & fiet vobis. In hoc clarificatus est pr̄ meus: vt fructū plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli. Si-cut dilexit me pater & ego dile xi vos. Manete in dilectione mea. Si prȩcepta mea seruaueri tis, manebitis ī dilectione mea, sicut et ego patris mei prȩcepta seruaui, & maneo in eius dile-ctione. Hȩc locutus sum vobis: vt gaudium meū in vobis sit, & gaudiū vestrū impleat. Offer. ℣. 31. Lætamini in domino, & exul-tate iusti: & gloriamini omnes recti corde, haleluiah.

Pro pluribus Pontificibus, & martyribus. Secreta.

ADesto dñe supplicatio nibus nostris, quas in sanctorū tuorū cō memoratione deferimus: vt, q̄ nostræ iustitiæ fiduciam nō ha bemus, eorū qui tibi placuerūt meritis adiuuemur. Per domi-num nostrum Iesum Christū.

Pro pluribus mar. tantū. Secre.

MVnera tibi Dñe nr̄æ de-uotionis offerimus: q̄ & p̄ tuorū tibi grata sint honore iustorū, & nobis salutaria te mi serante reddātur. Per dominū.

Pro pluribus mar. alia Secreta.

OBlatis, quęsumus dñe pla care muneribus: & inter-cedentibus sanctis tuis N. & N. a cunctis nos defende perī-culis. Per dominum nostum.

Commu. Gaudete iusti in do- ℣. 32. mino, haleluiah: rectos decet collaudatio, haleluiah.

Pro pluribus Pontificibus, & martyribus. Postcommunio.

QVæsumus dñe salutā-ribus repleti myste-rijs: vt, quorū solēnia celebramus, eorū orationibus adiuuemur. Per dominum no.

Pro pluribus martyribus tan-tum. Postcommunio.

PRæsta nobis, quæsumus do mine intercedentibus san-ctis martyribus tuis. N. & N. vt, quod ore cōtingimus, pura mente capiamus. Per dominū.

Pro pluribus mart. alia Postcō.

HÆc nos communio dñe purget a crimine: & ītер-cedentibus sanctis martyribus tuis. N. & N. cœlestis remedij faciat esse consortes.

IN COMMVNI MARTY.

Tempore Paschali.

Alia Epistola, & Euangelium. Lectio libri Apocalypsis beati Iohannis Apostoli.

ca. 19. IN diebus illis. Post hęc ego Iohannes audiui quasi vocẽ magnam turbarum multarum in cęlo dicentium, Haleluiah. Laus & gloria, & virtus Deo nostro est: quia vera & iusta iudicia sunt eius, qui iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terram in prostitutione sua: & vindicauit sanguinem seruorum suorũ de manibus eius. Et iterum dixerunt, haleluiah. & fumus eius ascẽdit in sæcula sæculorum. Et cęciderũt seniores vigintiquatuor, & quatuor animalia, & adorauerunt Deũ sedentem super thronum, dicentes: Amen haleluiah. Et vox de throno exiuit dicens. Laudẽ dicite Deo nostro omnes sancti eius: & qui timetis eum pusilli & magni. Et audiui quasi vocem tubæ magnæ, & sicut vocem aquarum multarum, & sicut vocem tonitruorũ magnorum dicentiũ, Haleluiah: quoniam regnauit dominus Deus noster omnipotens. Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit se. Et datum est illi: vt cooperiat se byssino splẽdenti & candido. Byssinum enim iustificationes sunt sanctorũ. Et dixit mihi. Scribe, Beati qui ad cęnã nuptiarum agni vocati sunt.

Sequentia sancti euangelij secundùm Iohannem.

ca. 16. IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Amen, amẽ dico vobis: quia plorabitis, & flebitis vos, mũdus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cum autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudiũ, quia natus est homo in mundum. Et vos igitur, nunc quidem tristitiam habetis, iterum aũt videbo vos, & gaudebit cor vestrũ: & gaudium vẽm nemo tollet à vobis.

IN COMMVNI

Plurium martyrum extra tempus Paschale.

Introitus.

ps 78. INtret in cõspectu tuo domine gemitus compeditorum: redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindica domine sanguinem sanctorum tuorum.

rum, qui effusus est. ℣s. Deus venerunt gentes in hæreditatẽ tuã: polluerunt templum sanctum tuũ: posuerũt Ierusalem in pomorũ custodiã. ℣. Gloria.

Pro pluribus Pontificibus, & martyribus. Oratio.

BEatorum martyrum tuorũ pariterque pontificũ N. & N. nos, q̃s domine, festa tueantur, & eorum commendet oratio veneranda. Per dominum.

¶ Si non fuerint Pontifices, dicitur oratio, vt in sequẽti Missa.

Lectio libri Sapientiæ.

sap.3. IVstorũ animæ in manu Dei sunt: & nõ tanget illos tormẽ tũ mortis. Visi sunt oculis insipientium mori: & æstimata est afflictio, exitus illorũ: & ab itinere iusto abieruut in exterminiũ: & qđ a nobis est iter exterminij, illi autẽ sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi sunt: spes illorũ immortalitate plena est. In paucis vexati, in multis bene disponẽtur: qm̃ Deus tẽtauit eos, & inuenit eos dignos se. Tanquam aurum in fornace probauit illos: & quasi holocausti hostiam accepit illos: & in tẽpore erit respectus illorum. Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent. Iudicabunt nationes, & dominabunt populis: & regnabit dñs illorũ in ppetuũ.

Gradua. Glorioſus Deus in sanctis suis: mirabilis in maiestate, faciens ꝓdigia. ℣. Dextera tua domine glorificata est in virtute, dextera manus tua confregit inimicos. Haleluiah, halah. ℣. Exo.15 Ecc.44 Corpora sanctorũ in pace sepulta sunt, & nomina eorum viuent in generatione & generationem, Halelelu iah.

Post Septuagesimam Tractus.

Qui seminant in lacrymis, in gaudio metẽt. ℣. Eũtes ibãt, & flebant, mittẽtes semina sua. ℣. Veniẽtes aũt venient cũ exultatione, portãtes manipulos suos. ps 125.

Sequentia sancti euangelij secundùm Lucam.

IN illo tpe: Dixit Iesus discipulis suis. Cũ audieritis ꝓlia & seditiones, nolite terreri: oportet primum hæc fieri, sed nondum statim finis. Tunc dicebat illis. Surget gens contra gentẽ, & regnũ aduersus regnũ, & terræmotus magni erunt per loca, & pestilentię, & fames, terroresq́; de cęlo, & signa magna erunt. Sed ante hęc oĩa, inijcient vobis manus suas: & persequentur tradentes in synagogas & custodias, trahentes ad reges & præsides ꝓpter nocap.21.

men meum. Continget aũt vobis in teſtimonium. Ponite ergo in cordibus veſtris non prę-meditari quemadmodũ reſpõdeatis. Ego enim dabo vobis os & ſapientiam, cui non poterũt reſiſtere & cõtradicere oẽs aduerſarij veſtri. Trademini aũt a parentibus & fratribus, & cognatis, & amicis: & morte afficient ex vobis. Et eritis odio oĩbus hoĩbus ꝓpter nomẽ meũ: & capillus de capite vr̃o nõ peribit. In patientia vr̃a poſſidebi-
ꝑs 67. tis aĩas veſtras. Offert. Mirabilis Deus in ſanctis ſuis, Deus Iſrael: ipſe dabit virtutem & fortitudinẽ plebi ſuæ: benedictus Deus, Haleluiah. Secreta.

ADeſto dñe ſupplicationibus noſtris, quas in ſanctorum tuorũ cõmemoratione deferimus: vt, qui noſtræ iuſtitiæ fiduciã non habemus, eorũ qui tibi placuerũt meritis adiuuemur. Per dominum noſtrũ.
Sap. 3. Cõmunio. Etſi corã hominibus tormenta paſſi ſunt, Deus tentauit eos, tanquã aurũ in fornace probauit eos, & quaſi holocauſta accepit eos. Poſtcom.

QVæſumus dñe ſalutaribꝰ repleti myſterijs: vt, quorũ ſolẽnia celebramꝰ, eorũ or̃onibus adiuuemur. Per.

¶ De eode cõi alia Miſſa. Intro.

SApientiam ſanctorum narrẽt populi, & laudes eorũ nũcient eccleſia: noĩa autẽ eorũ viuent in ſęculũ ſęculi. ꝑs. Exultate iuſti ĩ Dño: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri. Or̃o.
Ecc. 44.

DEus, qui nos cõcedis ſanctorum martyrum tuorũ N. & N. natalitia colere: da nobis ĩæterna beatitudine de eorũ ſocietate gaudere. Per dñm. Si fuerint pontifices dicat̃ oratio præcedentis miſſæ, quod & in ſequentibus ſeruetur.

Lectio libri Sapientiæ. cap. 5

IVſti autem in perpetuum viuent: & apud dñm eſt merces eorũ: & cogitatio eorũ apud altiſſimum. Ideo accipient regnũ decoris, & diadema ſpeciei de manu Domini: quoniã dextera ſua teget eos, & brachio ſancto ſuo defendet illos. Accipiet armaturã zelus illius, & armabit creaturam ad vr̃ionẽ inimicorum. Induet pro thorace iuſtitiam: & accipiet pro galea iudicium certum. Sumet ſcutum inexpugnabile, æquitatẽ.
Graduale. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo ve-
ꝑs 123

nan-

nantium. ℣. Laqueus cõtritus est, & nos liberati sumus: adiutorium nostrum in nomine domini, qui fecit cęlum & terrã.
ps 67. Haleluiah, haleluiah. ℣. Iusti epulentur: & exultent in cõspectu Dei, & delectentur in lætitia, Haleluiah.

Post Septuagesima m. Tractus.
ps 125. Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent. ℣. Euntes ibãt, & flebant, mittentes semina sua. ℣. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.
mp. 6. IN illo tempore: Descendens Iesus de monte, stetit in loco campestri, & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudęa & Ierusalem, & Maritima & Tiri & Sidonis, qui venerant vt audirent eum, & sanarentur a languoribus suis. Et qui vexabant a spiritibus immundis, curabãtur. Et omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exhibat, & sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat. Beati pauperes, qm̃ vestrũ est regnũ Dei. Beati qui nunc esuritis: qm̃ saturabimini. Beati qui nunc fletis: quia ridebitis. Beati eritis, cum vos oderint homines, & cum separauerint vos & exprobrauerint & eiecerint nomẽ vestrũ tanquam malum, propter filium hominis. Gaudete in illa die & exultate, ecce enim merces vr̃a multa est in cęlo. Offer.
ps 149. Exultabunt sancti in gloria, lętabũtur in cubilibus suis: exultationes Dei in faucibus eorum, haleluiah. Secreta.

MVnera tibi Domine nr̃æ deuotionis offerimus: q̃ & pro tuorũ tibi grata sint honore iustorum, & nobis salutaria te miserãte reddant. Per do.

Cõio. Dico autẽ vobis amicis meis: ne terreamini ab his qui vos persequnntur. Luc. 12

Postcõmu.

PRæsta nobis q̃s dn̄e intercedentibus sanctis martyribus tuis N. & N. vt, qd̃ ore cõtingimus, pura mẽte capiamus. Per dominum nostrum,

De eodẽ cõi alia missa. Introit.

SAlus autem iustorũ a domino: & protector eorũ est in tempore tribulationis. ps. Noli ps 53. ęmulari ĩ malignãtibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui. Oratio.

DEus, qui nos annua ſanctorum martyrum tuorũ N. &N. ſolẽnitate lętificas:cõcede propitius:vt quorum gaudemus meritis,inſtruamur exẽplis. Per dominum noſtrum.

Lectio epiſtolæ beati Puali apoſtoli ad Hebræos. cap. 10.

FRatres :R ememoramini priſtinos dies, in quibus illuminati,magnũ certamẽ ſuſtinuiſtis paſſionũ. Et in altero qdẽ opprobrijs & tribulationibus ſpectaculum facti : in altero aũt ſociij taliter cõuerſantiũ effecti. Nam & vinctis compaſſi eſtis : & rapinam bonorũ veſtrorũ cũ gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcẽtes vos habere melioręm & manentẽ ſubſtãtiã. Nolite itaq; amittere confidentiã veſtrã, quæ magnã hẽt remunerationẽ. Patientia enim vobis neceſſaria eſt: vt voluntatem Dei faciẽtes, reportetis promiſſionẽ. Adhuc enim modicum aliquantulumq;, qui venturus eſt veniet, & nõ tardabit. Iuſtus autem ex fide viuit. G rad. C lamauerunt iuſti, & dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorũ liberauit eos. ℣. Iuxta eſt dominus his qui tribulato ſunt corde : & humiles ſpiritu ſaluabũtur H : aleluiah, ps 33.

haſah. ℣. Te martyrũ candidatus laudat exercitus dñe, haſah.

Poſt Septuageſimam. Tractus.

QUi ſeminant in lacrymis, in gaudio metent. ℣. Euntes ibãt, & flebant, mittẽtes ſemina ſua. ℣. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos. ps 125.

Sequentia ſancti euangelij ſecundùm Matthæum.

IN illo tpe:S edente Ieſu ſup montem oliueti, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius ſecreto, dicentes. Dic nobis, quãdo hæc erunt, & quod ſignum aduentus tui, & conſummationis ſæculi? Et reſpondens Ieſus, dixit eis. Videte, ne quis vos ſeducat. Multi enim venient in nomine meo dicẽtes, Ego ſum Chriſt9: & multos ſeducent. Audituri enim eſtis prælia, & opiniones præliorum. Videte, ne turbemini. Oportet enim hæc fieri : ſed nondum eſt finis. Conſurget enim gens in gentem, & regnũ in regnum: & erunt peſtilẽtiæ, & fames, & terremotus per loca. Hæc autẽ omnia, initia ſunt dolorũ. Tũc tradent vos in tribulationem, & occident vos, & eritis odio omnibus gentibus ꝓpter nomen meũ. Et tũc ſcandalizabũtur multi : & inuicem cap. 24

tra-

tradent: & odio habebũt inuicem. Et multi pſeudoprophetę ſurgent: & ſeducent multos. Et quoniam abundabit iniquitas: refrigeſcet charitas multorum. Qui autem perſeuerauerit vſque in finẽ, hic ſaluus erit. Sap.3. Offert. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentũ mortis: viſi ſunt oculis inſipientium mori: illi autẽ ſunt in pace, haleluiah. Secre.

OBlatis, q̃ſumus dñe, placare munerib⁹: & intercedentibus ſanctis tuis N. & N. à cunctis nos defende periculis. Per dominũ nr̃m. Communio. Mat.10 Quod dico vobis in tenebris, dicite ī lumine dicit dominus: & quod in aure auditis, prædicatæ ſuper tecta. Poſtcommu.

HÆc nos communio dñe purget a crimine: & ītercedentibus ſanctis martyribus tuis N. & N. cęleſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per dominũ.

EPISTOLÆ.

Item aliæ epiſtolæ & euangelia pro pluribus martyribus.

Lectio libri Sapientiæ.

Eccl.10 REddidit Deus iuſtis mercedem laborum ſuorũ: & deduxit illos ī via mirabili. Et fuit illis in velamẽto diei, & in luce ſtellarũ per noctẽ. Trãſtulit illos per mare rubrũ, & trãſuexit illos per aquam nimiam. Inimicos autem illorũ demerſit in mare: & ab altitudine inferorum eduxit illos. Ideo iuſti tulerunt ſpolia impiorum: & decantauerunt domine nomẽ ſanctũ tuum: & victricem manum tuam laudauerunt pariter, Domine Deus noſter.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Romanos.

FRatres. Iuſtificati ex fide pacem habeamus ad Deũ per dñm noſtrum Ieſum Chriſtum: per quẽ & habemus acceſſum per fidem in gratiã iſtã, in qua ſtamus: Et gloriamur, in ſpe gloriæ filiorum Dei. Nõ ſolum aũt: ſed & gloriamur in tribulationibus, ſcientes quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero ſpem. Spes autem non cõfundit: quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis. cap.5.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Romanos.

FRatres. Non ſunt condignæ paſſiones huius tempo ris, ad futuram gloriam quę reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturæ, reuelationem cap.8.

filiorum

filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est, non volens, sed propter eũ qui subiecit eã in spe: quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Scimus enim q̃ omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc, Non solũ autẽ illa, sed & nosipsi primitias spiritus habẽtes, & ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei, expectantes redemptionem corporis nostri.

2 cor. 6 Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios.

FRatres: Exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros in multa patiẽtia: in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs. In castitate, in sciẽtia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei. Per arma iustitiæ a dextris & a sinistris. Per gloriam & ignobilitatem: per infamiam & bonam famam: vt seductores & veraces, sicut qui ignoti, & cogniti: quasi morientes, & ecce viuimus: vt castigati, & non mortificati: quasi tristes, semp autẽ gaudẽtes: sicut egẽtes, multos autẽ locupletantes: tãquam nihil habẽtes, & oĩa possidẽtes.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Hebræos. cap. 11.

FRatres: Sãcti p fidẽ vicerũt regna, operati sunt iustitiã: adepti sũt repromissiones: obturauerunt ora leonũ: extinxerunt impetũ ignis: effugauerũt aciẽ gladij: cõualuerunt de infirmitate: fortes facti sunt ĩ bello: castra verterunt exterorum: acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alij autem distenti sunt, non suscipiẽtes redemptionem: vt meliorẽ inuenirẽt resurrectionem. Alij vero ludibria & verbera experti, insup & vincula & carceres: lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, ĩ occisione gladij mortui sunt. Circuierũt in melotis, & ĩ pellibus caprinis: egẽtes, angustiati, afflicti, quibus dignus nõ erat mundus. In solitudinibus errantes, in mõtibus & speluncis, & in cauernis terræ. Et hi omnes testimonio fidei probati inuenti sunt: In Christo Iesu domino nostro.

Lectio libri Apocalypsis beati Iohannis Apostoli. cap. 8.

IN diebus illis. Respondit vnus de seniorihus, & dixit mihi.

mihi. Hi q̃ amicti ſunt ſtolis al bis, qui ſunt? & vnde venerunt? Et dixit illi. Dñe mi, tu ſcis. Et dixit mihi. Hi ſunt, q̃ venerunt de tribulatione magna: & lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas ī ſanguine Agni. Ideo ſunt ante thronū Dei, & ſeruiūt ei die ac nocte in tẽplo eius: & q̃ ſedet in throno, habitabit ſuper illos. Non eſurient, neq; ſitient amplius: nec cadet ſupra illos Sol, neq; vllus æſtus. Quoniã Agnus qui in medio throni eſt reget illos: & deducet eos ad vitæ fontes aquarum: & abſterget Deus omnem lacrymã ab oculis eorum.

EVANGELIA.

Seq ſcti euãg. ſecũdũ Matthæũ. cap. 5.

IN illo tpe. Videns Ieſus turbas, aſcendit in montẽ. Et cũ ſediſſet, acceſſerunt ad eũ diſcipuli eius: & aperiens os ſuũ docebat eos dicẽs Beati paupes ſpiritu: qm̃ ipſorũ eſt regnũ cęlorum. Beati mites, qm̃ ipſi poſſidebunt terrã. Beati qui lugent: qm̃ ipſi conſolabunt. Beati qui eſuriunt, & ſitiũt iuſtitiã: qm̃ ipſi ſaturabuntur. Beati miſericordes: qm̃ ipſi miſericordiam conſequentur. Beati mũdo corde: qm̃ ipſi Deũ videbũt. Beati pacifici: qm̃ filij Dei vocabũtur. Beati qui perſecutionẽ patiuntur ꝓpter iuſtitiã: qm̃ ipſorũ eſt regnũ cęlorum. Beati eſtis, cũ maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint: & dixerint omne malũ aduerſus vos, mẽtientes propter me. Gaudete & exultate: quoniam merces veſtra copioſa eſt ī cęlis.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthæum. cap. 11.

IN illo tpe: Rñdens Ieſus dixit, Confiteor tibi pater domine cęli & terræ: quia abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Ita pater: quoniam ſic placitũ fuit ante te. Omnia mihi tradita ſunt a patre meo. Et nemo nouit filium, niſi pater: neq; patrẽ quis nouit, niſi filius, & cui voluerit filius reuelare. Venite ad me oẽs qui laboratis, & onerati eſtis: & ego reficiã vos. Tollite iugum meũ ſup vos, & diſcite a me, q̃a mitis ſum & humilis corde, & īuenietis requiẽ aīabus veſtris. Iugũ enim meũ ſuaue eſt, & onus meum leue.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam. cap. 11.

IN illo tempore: Dicebat Ieſus turbis Iudæorum, & principibus ſacerdotũ. Væ vobis, qui ædificatis monumẽta prophe-

phetarum: patres autem veſtri occiderunt illos. Profecto teſtificamini quod conſentitis operibus patrum veſtrorum: quoniã ipſi quidem eos occiderũt, vos autem ædificatis eorũ ſepulchra. Propterea & ſapientia Dei dixit. Mittam ad illos prophetas & apoſtolos: & ex illis occident & perſequẽtur: vt inquiratur ſanguis omnium prophetarum, qui effuſus eſt a conſtitutione mundi, a generatione iſta, a ſanguine Abel, vſque ad ſanguinẽ Zachariæ q̃ perijt inter altare & edem. Ita dico vobis, requiret ab hac gñatione.

Sequentia ſancti euangelij ſecundùm Lucam.

ca. 10. IN illo tẽpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Qui aũt me ſpnit, ſpernit eum qui me miſit. Reuerſi ſunt autem ſeptuaginta duo cum gaudio, dicentes. Dñe, etiã dæmonia in nomine tuo ſubijciuntur nobis. Et ait illis. Videbam ſatanã ſicut fulgur decẽlo cadentem. Ecce, dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes, & ſcorpiones, & ſupra omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit. Veruntamẽ in hoc nolite gaudere: quia ſpiritus ſubijciũtur vobis: gaudete autem, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cẽlis.

Sequentia ſancti euangelij ſecundùm Lucam.

IN illo tpe; Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Attendite a fermento phariſæorum, quod eſt hypocriſis. Nihil autem opertum, quod non reueletur: neq; abſconditum, quod non ſciat. Quoniam quæ in tenebris dixiſtis, in lumine dicentur: &, quod in aure locuti eſtis in cubiculis: prædicabitur in tectis. Dico autẽ vobis amicis meis. Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & poſt hæc non habent amplius quid faciant. Oſtendam autem vobis quem timeatis. Timete eũ, qui, poſtquam occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timete. Nonne quinque paſſeres veneunt diſpondio: & vnus ex illis non eſt in obliuione corã Deo? Sed & capilli capitis veſtri, omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere: multis paſſeribus pluris eſtis vos. Dico autem vobis: omnis quicunque confeſſus fuerit me coram hominibus, & filius hominis confitebitur eum coram angelis Dei.

IN

IN COMMVNI
Confess. Pontifi.

Introitus.

SAtuit ei Dñs testamẽ tũ pacis: & principẽ fecit eum, vt sit illi sacerdotij dignitas in ęternũ. ℘s. Memento domine Dauid: & omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

DA, q̃s, oꝑs Deus: vt beati N. confessoris tui atque pontificis veneranda ſolennitas: & deuotionẽ nobis augeat, & ſalutem. Per dominum no.

Lectio libri Sapientiæ.

ECce ſacerdos magnus, q̃ in diebus ſuis placuit Deo, & inuentus eſt iuſtus: & in tempore iracundiæ, factus eſt recõciliatio. Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legem excelſi. Ideo iureiurando fecit illũ dñs creſcere in plebem ſuã. Benedictionẽ omniũ gentium dedit illi, & teſtamentũ ſuũ cõfirmauit ſuper caput eius. Cognouit eum in benedictionib⁹ ſuis: conſeruauit illi miſericordiam ſuam: & inuenit gratiam corã oculis dñi. Magnificauit eũ in cõſpectu regum: & dedit illi coronam gloriæ. Statuit illi teſtamentũ ſempiternũ: & dedit illi ſacerdotiũ magnum: & beatificauit illũ in gloria. Fũgi ſacerdotio, & habere laudẽ in noĩe ipſius: & offerre illi incenſum dignũ: in odorẽ ſuauitatis. Grad. Ecce ſacerdos magnus, q̃ in diebus ſuis placuit Deo. ℣. Nõ eſt inuentus ſimilis illi, qui cõſeruaret legem excelſi. Haleluiah, haleluiah. ℣. Tu es ſacerdos in æternum ſecundũ ordinem Melchiſedech. Haleluiah.

℔ Tpe Paſchali omittitur graduale, vſq; ad Haleluiah, & ad eius verſum additur ſequens.

℣. Hic eſt ſacerdos, quem coronauit dominus, haleluiah.

Poſt ſeptuageſimam Tractus.

Beatus vir, qui timet Dñm: in mandatis eius cupit nimis.

℣. Potẽs in terra erit ſemẽ eius: generatio rectorum bñdicetur.

℣. Glia & diuitiæ ĩ domo ei⁹ & iuſtitia eius manet in ſcl̃m ſcli.

Se-

cap. 42. Seq. sči euāg. secūdùm Matth.

IN illo tpe: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam peregre proficiscens, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinque talēta: alij autē duo, alij vero vnū. Vnicuique secundùm propriā virtutem: & profectus est statim. Abijt aūt q quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucrat⁹ est alia quinq;. Similiter & q duo talēta acceperat, lucrat⁹ est alia duo. Qui autem vnum acceperat, abiens fodit in terrā, & abscondit pecuniam dñi sui. Post multū vero temporis venit dñs seruorū illorū, & posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talēta, dicēs. Dñe, quinque talenta tradidisti mihi: ecce, alia quinque superlucratus sum. Ait illi dñs eius. Euge serue bone & fidelis: quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituā: intra in gaudium dñi tui. Accessit aūt, & qui duo talēta acceperat, & ait. Dñe, tuo talenta tradidisti mihi: ecce, alia duo superlucratus sum. Ait illi dñs eius. Euge serue bone & fidelis: quia sup pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui. Offertoriū.

Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum. ps 88. Secreta.

SAncti tui, q̄s dñs, nos vbiq; lætificent: vt, dum eorū merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per dominum nostrū. Cōmu. Fidelis seruus & prudēns, quē constituit dñs super familiam suā: vt det illis in tempore tritici mensurā. Ma. 4. Postcom.

PRæsta, q̄s ops Deus: vt de pceptis muneribus gratias exhibentes, intercedente beato N. confessore tuo atque pōtifice, beneficia potiora sumamus. Per dominum nostrum.

¶ De eodem cōmuni alia missa. Introitus.

SAcerdotes tui domine induāt iustitiā: & sācti tui exultēt: pp Dauid seruum tuum, nō auertas faciē Christi tui. Psal. Mem ento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria pat. Oratio. ps 131

EXaudi, quæsumus, dñe, pces nras: quas in beati N. cōfessoris tui atq; pōtificis solēnitate

nitate deferimus: & qui tibi digne meruit famulari, eius intercedētibus meritis, ab oībus nos absolue peccatis. Per dñm.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Hebræos.

cap. 7. FRatres Plures facti sunt sacerdotes secūdū legē, iccirco quod morte prohiberentur permanere. Iesus aūt eo ꝙ maneat in æternū, sempiternū habet sacerdotium. Vnde & saluare in perpetuū potest, accedens per semetipsum ad Deū, semper viuens ad interpellādū pro nobis. Talis enim decebat vt nobis esset pōtifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsior cęlis factus. Qui nō habet quotidie necessitatē (quemadmodū sacerdotes) prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi. Hoc enim fecit semel, se offerendo, dñs nr Iesus Chri
ps 131. stus. Graduale. Sacerdotes eius induant salutare: & sancti eius exultatione exultabunt. ℣. Illuc producam cornu Dauid: paraui lucernam Christo meo.
Haleluiah, haleluiah. ℣. Iurauit
ps 109. dñs, & nō pęnitebit eum: tu es sacerdos in ętернū secundū ordinem Melchisedech. Halelu.

¶ Tempore Paschali omittitur Graduale, & additur sequens ℣. Amauit eū dominus, & ornauit eum: stolam gloriæ induit eum, Haleluiah.

Post Septuagesimam. Tractus. Beatus vir, qui timet dñm: in ps 111. mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi.

Sequentia sancti euangelij secundùm Matthæum.

IN illo tpe: Dixit Iesus discipulis suis. Vigilate, quia nescitis qua hora dñs vester venturus sit. Illud autem scitote, qm̄ si sciret paterfamilias qua hora fur veniret: vigilaret vtique, & non sineret perfodi domū suā. Ideo & vos estote parati: quia nescitis qua hora filius hominis vēturus sit. Quis, putas, est fidelis seruus & prudens, quē constituit dñs super familiam suam, vt det illis cibum in tempore? Beatus ille seruus, quem cū venerit dñs eius, inuenerit sic facientē. Amen dico vobis, qm̄ super oīa bona sua constituet eum. Offertoriū. Veritas mea, & misericordia mea cum ps 88. ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Sancti

SAnctiN. cõfessoris tui atq; pontificis, q̃s, dñe annua solennitas pietati tuæ nos reddat acceptos: vt per hæc piæ placationis officia, & illũ beata retributio comitet, & nobis gratiæ tuæ dona conciliet. Per do.

Mat. 24 Com. Beatus seruus, quem cũ venerit dominus inuenerit vigilantem, amen dico vobis, super oĩa bona sua cõstituet eũ.

Postcommunio.

DEus fideliũ remunerator animarũ, præsta vt beati. N confessoris tui atque põtificis, cuius venerandã celebrã festiuitatem, precibus: indulgẽ tiam consequamur. Per domi.

¶ Item aliæ Epistolæ & Euangelia pro confessore pontifice.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Hebræos.

cap. 5 FRatres. Oĩs põtifex ex hominibus assumptus, ꝓ hominibus cõstituitur in ijs quæ sunt ad Deũ: vt offerat dona & sacrificia, pro peccatis. Qui cõ dolere possit ijs qui ignorãt & errant: qm̃ & ipse circundatus est infirmitate. Et propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis. Nec q̃squã sumit sibi honorẽ: sed q̃ vocatur à Deo tanquam Aaron.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Hebræos.

FRatres. Memento præpositorum vestrorũ, qui vobis locuti sunt verbũ Dei: quorum intuẽtes exitum cõuersationis, imitamini fidem. Iesus Christꝰ heri & hodie: ipse & in sæcula. Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. Optimum est enim gratia stabilire, cor, non escis: quæ non profuerũt ambulantibus in eis. Habemus altare: de quo edere non habẽt potestatem qui tabernaculo deseruiũt. Quorum enim animalium infertur sanguis ꝓ peccato in sancta p põtificem, horũ corpora cremãtur extra castra. Propter quod & Iesus, vt sanctificaret per suũ sanguinẽ populum, extra portã passus est. Exeamus igitur ad eum extra cãstra: impropriũ eius portantes. Non enim habemus hic manentem ciuitatem: sed futuram inquirimus. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semp Deo, id est, fructum labiorum confitẽtiũ noĩ eius. Beneficẽtiæ aũt & cõionis nolite obliuisci: talibꝰ em̃ hostijs ꝓmeretur Deꝰ. Obedite p̃positis vr̃is, & subiacete eis. Ipsi em̃ puigilãt, quasi rõnẽ p animabus vestris reddituri.

cap. 1

Sequentia

Sequen. S. Euang. secũdũ Lucã.

a.11. IN illo tẽpore: Dixit Iesus discipulis suis. Nemo accẽdit lucernam, & in abscondito ponit neque sub modio: sed super candelabrum, vt qui ingrediũtur lumen videãt. Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus simplex fuerit: totũ corpus tuum lucidũ erit. Si autem nequam fuerit: etiam corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen, quod in te est, tenebræ sint. Si ergo totum corpus tuum lucidum fuerit: non habens aliquam partẽ tenebrarum, erit lucidum totũ: & sicut lucerna fulgoris illuminabit te.

Sequen. S. Euãg. secũdũ Marcũ.

ap.13. IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Videte, vigilate, & orate. Nescitis enim quãdo tempus fit. Sicut homo qui peregrè profectus reliquit domũ suã: & dedit seruis suis potestatem cuiusque operis, & ianitori præcepit vt vigilet. Vigilate ergo (nescitis enim quando Dñs domus veniat: sero an media nocte, an galli cantu, an mane) ne, cum venerit repente, inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico. Vigilate.

M.R.N.

IN COMMVNI Doctorum. Introitus.

IN medio Ecclesiæ aperuit os eius, & impleuit eũ Dominus spiritu sapiẽtiæ, & intellectus: stolã gloriæ induit eum. Psal. Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo Altissimæ. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sãcto. Oro. Eccles. 15. Ps. 91

DEus, qui populo tuo ętern̨æ salutis beatum N. ministrum tribuisti: præsta quæsumus: vt quẽ Doctorem habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in Cœlis. Per Dominum nostrũ Iesum. &c.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Timoth.

CArissime. Testificor corã Deo & Christo Iesu: q̨ iudicaturus est viuos & mortuos, per aduentum ipsius, & regnũ eius: prædica verbum: insta, opportune, importune: argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus cũ sanam doctrinã nõ sustinebũt: sed ad sua desideria coaceruabũt sibi magros, pruriẽtes auribus: & à veritate q̨dẽ auditũ auertẽt, ad fabulas autẽ 2. C. 4

cõuertentur. Tu vero vigila, in oĩbus labora, opus fac euangelistæ, ministerium tuũ imple. Sobrius esto. Ego enim iam delibor: & ꝛps resolutionis meæ instat. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidẽ seruaui. In reliquo, reposita est mihi corona iustitiæ, quã reddet mihi dominus in illa die, iustus iudex: non solum autem mihi: sed & ijs qui diligũt aduentum eius. Gradua. O s iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius. H aleluiah, haleluiah. ℣. Amauit eum Dominus & ornauit eum, stolam gloriæ induit eum. Haleluiah.

¶Tempore Paschali Graduale, omittitur, & ad eius versum additur sequens versus.

Iustus germinabit sicut lilium, & florebit in æternum ante dominum. Haleluiah.

Post Septuagesimam, Tractus.

B eatus vir qui timet Dominũ, in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi.

Seq. sĉti euãg. secũdum Matth.

IN illo tpe: Dixit Iesus discipulis suis. Vos æstis sal terrę. Quod si sal euanuerit, ĩ quo salietur? Ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & cõculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscõdi supra montem posita. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra corã hominibus: vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Nolite putare qm̃ veni soluere legem, aut prophetas: nõ veni soluere, sed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec transeat cœlũ & terra, iota vnũ, aut vnus apex nõn ꝑteribit a lege, donec oĩa fiant. Qui ergo soluerit vnũ de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines: minimus vocabit in regno cœlorũ. Qui aũt fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Offertorium.

Iustus vt palma florebit: sicut cedrus quæ in libano est, multiplicabitur. Secreta.

SAnctificetur N. nobis Dñe pia nõ desit oratio: quæ & mu-

nera

nera nra cõciliet, & tã nobis ĩdulgentiã semp obtineat. Per d.

ap.14. Commu. Fidelis seruus, & prudens: quem cõstituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensurã.

Poltcommunio.

VT nobis, dñe, tua sacrificia dent salutẽ, beatus N. confessor tuus & doctor egregius præcator accedat. Per do.

Alia epistola pro Doctoribus.

ccl.39 Lectio libri Sapientiæ.

IVstus cor suũ tradet ad vigilandũ diluculo, ad dñm qui fecit illũ, & in conspectu altissimi deprecabit. Aperiet os suũ in oratione: & pro delictis suis deprecabitur. Si enim dñs magnus voluerit, spiritus intelligentiæ replebit illũ: & ipse tanquã imbres emittet eloquia sapiẽtiæ suæ, & in oõne cõfitebitur dño. Et ipse diriget consiliũ eius & disciplinã: & in abscõditis suis cõsiliabitur. Ipse palã faciet disciplinã doctrinæ suæ, & in lege testamẽti dñi gloriabit. Collaudabũt multi sapiẽtiã eius, & vsq; in sæculũ nõ delebitur. Nõ recedet memoria eius, & nomen eius requiretur a generatione in generationem. Sapientiã eius enarrabũt gentes, & laudẽ eius enũciabit eccl'ia.

IN COMMVNI

Confess. non Pontifi. Introitus.

S iusti meditabit sapientiã, & lingua ei⁹ loquet iudiciũ: lex Dei ei⁹ in corde ipsius. ps. Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria patri, & fil. Oratio.

ps. 36. Ibidem

DEus, qui nos beati N. confessoris tui annua solennitate lætificas: concede propitius vt cuius natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Per dominum nostrum Iesum. &c.

Lectio libri Sapientiæ. Ecc. 31.

BEatus vir, qui inuentus est sine macula: & qui post aurum non abijt, nec sperauit in pecunię thesauris. Quis est hic, & laudabimus eũ? fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo, & perfectus iuentus est, & erit illi gloria æterna. Qui potuit transgredi, & non est transgressus: facere mala, & non fecit. Ideo stabilita sunt bona illius in domino: & eleemosynas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorũ.

Graduale. IVstus vt palma flo- ps 91.

rebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Domini. ℣. Ad annunciandū mane misericordiam tuam, & veritatē tuam per noctem. H aleluiah, haleluiah. ℣. Beatus vir, q̄ suffert tentationem, quoniam cū probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, Haleluiah.

Tempore Paschali Graduale omittitur, & additur sequens

℣. Amauit eum Dñs, & ornauit eum, stolam gloriæ induit eum, Haleluiah. Post Septuagesimam Tractus. B eatus vir, qui timet Dominū: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semē eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria & diuitiæ in domo eiº: & iustitia eius manet in sęculum sęculi.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. S int lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardētes in manibº vestris. Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum quando reuertatur à nuptijs: vt cum venerit & pulsauerit, cōfestim aperiant ei. Beati serui illi, quos cū venerit Dñs, inuenerit vigilantes. Amē dico vobis, q̄ præcinget se & faciet illos discūbere, & transiens ministrabit illis. Et, si venerit ī secūda vigilia, &, si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit: beati sunt serui illi. Hoc aūt scitote, qm̄ si sciret paterfamilias qua hora fur veniret: vigilaret vtiq; & nō sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati: quia qua hora nō putatis, filius hominis veniet.

Offert. V eritas mea & misericordia mea cū ipso, & in noīe meo exaltabit cornu eiº. Secre.

LAudis tibi Dñe hostias immolamus in tuorū cōmemoratione Sanctorum: quibus nos & præsentibus exui malis confidimus, & futuris. Per Do.

Cōm. B eatus seruus, quē cum venerit Dñs inuenerit vigilantē, amē dico vobis, sup oīa bona sua constituet eū. Postcom.

REfecti cibo, potuq́; cœlesti, Deus noster, te supplices exoramus: vt, in cuius hæc cōmemoratione pcepimus, eiº muniamur & precibº. Per Do.

De eodem cōmuni alia missa.

Introitus.

IVstus, vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur, plantatus in domo domini, in atrijs domus

mus Dei nostri. ℘s. Bonum est cõfiteri domino, & psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria patri, & filio, & spũi. Oratio.

ps 91.

ADesto dñe supplicationibus nostris, quas in beati N. confessoris tui solennitate deferimus: vt, qui nostræ iustitiæ fiduciã non habemus, eius qui tibi placuit precibus adiuuemur. Per dominum nostrũ.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios.

1.ca. 4.

FRatres: Spectaculum facti sumus in mundo, & angelis, & hominibus. Nos stulti ꝓpter Christum: vos autem prudentes in Christo. Nos infirmi: vos autem fortes. Vos nobiles: nos autem ignobiles. Vsque in hanc horam, & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cędimur, & ineffabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur, benedicimus. Persecutionẽ patimur: & sustinemus. Blasphemamur: & obsecramus. Tãquã purgamenta huius mũdi facti sum⁹ oĩum peripsema vsq; adhuc. Non vt cõfundam vos, hęc scribo: sed vt filios meos carissimos moneo. In Christo Iesu domino nostro. Gradua. Os iusti meditãbitur sapiẽtiam, & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius. Haleluiah, halah. ℣ Beatus vir, qui timet Dñm: in mandatis eius cupit nimis, Halah.

ps 36.

¶ Tempore Paschali Graduale omittit, & addit sequẽs versus. Iustus germinabit sicut lilium: & florebit in æternum ante dominum, Haleluiah.

os 14

Post Septuagesimam. Tractus. Beatus vir, qui timet dominũ: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicet. ℣. Gloria & diuitię in domo eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi.

ps 111.

Sequentia sancti euangelij secundùm Lucam.

INillo tpe. Dixit Iesus discipulis suis. Nolite timere pusillus grex qa cõplacuit pri vro dare vobis regnũ Vẽdite q̃ possidetis, & date eleemosynã. Facite vobis sacculos q nõ veterascũt, thesaurũ nõ deficientẽ in cęlis: quo fur nõ appropiat, neque tinea corrũpit. Vbi eñ thesaurus vester est, ibi & cor vrm erit. Offer. In virtute tua dñe lętabit iustus, & sup salutare tuũ exultabit vehemẽter: desideriũ animæ eius tribuisti ei. Secreta.

cap. 12.

ps 20.

PRæſta nobis q̃s oꝑs Deus: vt nr̃æ humilitatis oblatio, & ꝓ tuorũ tibi grata ſit honore ſanctorũ, & nos corpore pariter & mente purificet. Per Do.

Mat. 19 Cõm. Amen dico vobis, q̃ vos q̃ reliquiſtis oĩa, & ſecuti eſtis me, centuplum accipietis, & vitã ætternam poſſidebitis. Poſtc.

QVęſumus oꝑs Deus, vt q̃ cęleſtia aliméta percepimus: ĩtercedéte btõ N. confeſſore tuo: per hæc, contra omnia aduerſa muniamur. Per.

Item alia Epiſtola & Euangeliũ pro confeſſore non pontifice.

Lectio Epiſtolæ B. Pauli Apoſtoli ad Philippenſes. cap. 3.

FRatres: Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus ſum pp Chr̃m detrimenta. Verunta men exiſtimo oĩa detrimẽtũ eſſe propter eminentem ſcientiã Ieſu Chr̃i Dñi mei: propter quem oĩa detrimẽtum feci, & arbitror vt ſtercora, vt Chriſtũ lucrifaciã: vt & inueniar in illo non habens meam iuſtitiã quę ex lege eſt, ſed illã q̃ ex fide eſt Chr̃i Ieſu, q̃ ex Deo eſt iuſtitia ĩ fide: ad cognoſcendum illum, & virtutem reſurrectionis eius & ſocietatẽ paſſionis illius: cõfiguratus morti eius, ſi quo mõ occurram ad reſurrectionem quæ eſt ex mortuis. Non quòd iam acceperim, aut iam perfectus ſim: ſequor autẽ, ſi quo mõ cõprehẽdam in quo & cõprehenſus ſum a Chriſto Ieſu.

Seq. ſcti Euang. ſecundũ Lucã. cap. 19.

IN illo tẽpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, parabolã hanc. Homo quidam nobilis abijt ĩ regionem longinquam accipere ſibi regnum, & reuerti. Vocatis aũt decẽ ſeruis ſuis, dedit eis decem mnas, & ait ad illos. Negociamini dũ venio. Ciues aũt eius oderant eũ: & miſerũt legationem poſt illũ, dicentes. Nolumus hunc regnare ſuper nos. Et factum eſt vt rediret accepto regno: & iuſſit vocari ſeruos, q̃bus dedit pecuniã: vt ſciret quantũ quiſq; negociatus eſſet. Venit aũt primus, dicẽs, Dñe, mna tua decẽ mnas acquiſiuit. Et ait illi. Euge ſerue bone, q̃a in modico fuiſti fidelis, eris pt̃ãtẽ habens ſuper decem ciuitates. Et alter venit, dicens. Dñe, mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait. Et tu eſto ſuper quinque ciuitates. Et alter venit, dicẽs. Dñe, ecce mna tua quã habui repoſita eſt in ſudario. Timui eñ te, q̃a hõ auſterus es: tollis q̃d nõ poſuiſti, & metis q̃d nõ ſeminaſti. Dicit ei.

De

De ore tuo te iudico ſerue nequã. Sciebas, q̃ ego hõ auſterus sũ, tollẽs qđ non poſui, & metens qđ nõ ſeminaui: & quare nõ dediſti pecuniã meã ad mẽſam, & ego veniens cum vſuris vtiq; exegiſſem illã? Et aſtantibus dixit. Auferte ab illo mnã, & date illi qui decem mnas habet. Et dixerunt ei. Dñe, habet decem mnas. Dico autẽ vobis, quia omni habenti dabitur, & abundabit: ab eo autem qui nõ habet, & quod habet, auferet ab eo. de eodem communi.

PRO ABBATIBVS,

Alia Miſſa. Introitus.

OS iuſti meditabitur ſapientiã, & lingua eius loquetur iudiciũ: lex Dei eius in corde ipſius, ps. Noli æmulari in malignãtibus: neq; zelaueris faciẽtes iniq̃tatẽ. ℣. Glia. Oratio.

INterceſſio nos, quæſumus domine, beati N. Abbatis commendet: vt, quod noſtris meritis non valemus, eius patrocinio aſſequamur. Per Do.

Ecc. 45 Lectio libri Sapientiæ.

DIlectus Deo & hominib⁹, cuius memoria in benedictione eſt. Similem illum fecit in gloria ſanctorũ, & magnificauit eum in timore inimicorum, & in verbis ſuis monſtra placauit. Glorificauit eũ in cõſpectu regũ, & iuſſit illi corã populo ſuo, & oſtendit illi gloriã ſuã. In fide & lẽnitate ipſi⁹ ſanctũ fecit illũ, & elegit eũ ex oĩ carne. Audiuit enim vocem ipſius, & induxit illum in nubẽ. Et dedit illi coram pręcepta, & legem vitæ, & diſciplinæ.

Grad. Domine pręueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. ℣. Vitam petijt a te, & tribuiſti ei lõgitudinem dierum in ſęculum ſæculi. Halah, halah. ℣. Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus libani multiplicabitur, halel. ¶ Tempore Paſchali Graduale omittitur, & additur ſequens verſus. uſtus germinabit ſicut lilium: & florebit in æternum ante dominum, Haleluiah.

Poſt Septuageſimam Tractus. Beatus vir, qui timet Dominum: in mandaris eius cupit nimis. ℣ Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria & diuitiæ in domo eius & iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.

ps 36.

ps 20.

ps 11.

Sequentia sancti euangelij secundùm Matthæum.

ca. 19. IN illo tpe: dixit Simon Petrus ad Iesum. Ecce, nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis. Amen dico vobis, quòd vos q̃ secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis, & vos sup̃ sedes duodecim, iudicantes duodecim, tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrẽ, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meũ: centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Offertor.

DEsiderium animæ eius tribuisti ei domine: & volũtate labiorum eius nõ fraudasti eum: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Secreta.

SAcris altaribus Domine hostias superpositas sanct⁹ N. Abbas, q̃s, in salutem nobis p̃uenire deposcat. Per dominũ.

Matt. 24. Cõio. FIdelis seruus & prudẽs, quẽ constituit dñs super familiam suam: vt det illis in tpe tritici mẽsuram. Postcommunio.

PRotegat nos dñe cũ tui perceptione sacramenti beatus N. Abbas pro nobis intercedendo: vt, & conuersationis eius experiamur insignia, & intercessionis ipsius percipiam⁹ suffragia. Per dominum nostrũ.

COMMVNE VIRGINVM.

¶ Pro virgine & marty. Introit⁹.

LOquebàr de testimonijs tuis in conspectu regũ & non confundebar: & meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi nimis. ℣. ps. 118. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

DEus, qui inter cętera potẽtiæ tuæ miracula, etiam in sexu fragili victoriam martyrij contulisti, cõcede propitius: vt qui beatæ N. virginis & martyris tuæ natalitia colimus: per eius ad te exempla gradiamur. Per dominum nostrum. &c.

Lectio

Lectio libri Sapientiæ.

Ecc.51 COnfitebor tibi dñe rex, & collaudabo te Deum ſaluatorem meum. Cõfitebor nomini tuo quoniam adiutor & protector factus es mihi: & liberaſti corpus meũ a perditione, a laqueo linguæ iniquę, & a labijs operãtium mendaciũ: & in conſpectu aſtantium factus es mihi adiutor. Et liberaſti me ſecundùm multitudinẽ miſericordiæ nominis tui: a rugiẽtibus præparatis ad eſcam: de manibus quærentium animam meam, & de portis tribulationum, quæ circundederũt me. A preſſura flãmæ, quæ circundedit me: & in medio ignis non ſum ęſtuata. De altitudine ventris inferi, & a lingua coinquinata, & a verbo mendacij, a rege iniquo, & a lingua iniuſta. Laudabit vſq; ad mortem anima mea dñm: qm̃ eruis ſuſtinẽtes te, & liberas eos de manibus gentium dñe Deus nr̃. Grad.

Ps 44. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatẽ. ℣. Propterea vnxit te Deus Deus tuus, oleo lætitiæ. Halʃah halʃah. ℣. Adducent regi virgines poſt eã, pximæ eius afferẽtur tibi in lætitia: Halʃah.

¶ Tẽpore Paſchali omittit Graduale, & addit ſequens verſus.

Specie tua & pulchritudine tua, intende, proſpere procede, & regna. Haleluiah.

Poſt Septuageſimam. Tractus.

Veni ſpõſa Chriſti, accipe coronam, quã tibi dominus præparauit in æternum: pro cuius amore ſanguinem tuũ fudiſti. ℣. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatẽ: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ p̃ conſortibus tuis. ℣. Specie tua, & pulchritudine tua, intende, proſpere procede, & regna.

Sequentia ſancti euangelij ſecundùm Matthæum.

In illo tpe: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolã hanc. ca. 25. Simile eſt regnũ cęlorum decem virginibus: quæ accipientes lãpades ſuas exierunt obuiã ſponſo & ſponſæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinq; prudentes. Sed qnq; fatuę acceptis lãpadibus, nõ ſumpſerũt oleũ ſecũ. Prudentes vero acceperũt oleũ in vaſis ſuis cũ lãpadibus. Mora aũt faciẽte ſpõſo, dormitauerũt oẽs & dormierũt. Media aũt nocte clamor factus eſt: Ecce ſponſus venit, exite obuiã ei. Tũc ſurrexerũt oẽs virgines illæ, & ornauerũt lãpades ſuas. Fatuæ autem ſapientibus dixerũt. Date nobis de oleo veſtro:

quia

quia lampades noſtræ extinguuntur. Rñderunt prudẽtes, dicentes. Ne forte non ſufficiat nobis & vobis, ite potius ad vẽdentes, & emite vobis. Dum autem irent émere, venit ſponſus: & quæ paratæ erant, intrauerũt cum eo ad nuptias, & clauſa eſt ianua. Nouiſſime vero veniunt & reliquæ virgines, dicẽtes, Domine, domine aperi nobis. At ille reſpõdens, ait. Amẽ dico vobis, neſcio vos. Vigilate itaque, quia neſcitis diem neque horam. Offerto. Adducentur regi virgines poſt eam: proximæ eius afferent tibi. Secr.

SVſcipe Domine munera, quæ in beatæ N. virginis & martyris tuæ ſolennitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per Dominum noſtrum Ieſum, &c.

Ps 118. Communio. Confundantur ſuperbi, quia iniuſte iniquitatem fecerunt in me: ego autem in mãdatis tuis exercebor in tuis iuſtificationibus, vt non confundar. Poſtcommunio.

AVxilientur nobis domine ſumpta myſteria: & intercedẽte beata N. virgine & martyre tua, ſempiterna faciant protectione gaudere. Per Dominum noſtrum Ieſum, &c.

¶ Item pro Virgine & Martyre alia miſſa. Introitus.

Ibidẽ ME expectauerunt peccatores vt perderent me, teſtimonia tua Domine intellexi: omnis conſummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis. ps. Beati immaculati in via, q̃ ambulant in lege Domini. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

INdulgentiam nobis, quæſumus domine, beata N. virgo & martyr imploret: quę tibi grata ſemper extitit, & merito caſtitatis, & tuæ profeſſionis virtutis. Per Dominum noſtr.

Lectio libri Sapientiæ.

Eccl. 51. DOmine Deus meus exaltaſti ſuper terrã habitationem meã, & pro morte defluẽte deprecata ſum. Inuocaui dominũ patrem dñi mei, vt non derelinquat me in die tribulationis meæ, & in tẽpore ſuperborũ ſine adiutorio. Laudabo nomẽ tuũ aſſidue, & collaudabo illud in confeſſione, & exaudita eſt oõ mea. Liberaſti me de perditione, & eripuiſti me de tẽpore iniquo. Propterea cõfitebor tibi, & laudem dicam nomini tuo, Domine Deus nr̃.

Grad.

ps 45. Gradua. A diuuabit eam Deus vultu ſuo: Deus in medio eius non commouebitur. ℣. Flumi nis impetus lætificat ciuitatem Dei: ſanctificauit tabernaculũ ſuũ altiſſimus. H alah, haleluiah. ℣. Hæc eſt virgo ſapiens, & vna de numero prudentum, Haleluiah.

¶ Tempore Páſchali omittitur Graduale, & additur ſequens ℣. O quã pulchra eſt, caſta generatio cum claritate, Halah. Poſt Septuageſimam. Tractus. V eni ſponſa Chriſti, accipe coronam, quam tibi dominus p̃parauit in æternum: pro cuius amore ſanguinem tuũ fudiſti.

ps 44. ℣. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatẽ: propterea vnxit te Deus, Deus tu⁹ oleo lætitiæ prę conſortibus tuis. ℣. Specie tua, & pulchritudine tua intende, proſpere procede, & regna.

cap. 13. Seq. ſc̃ti euãg. ſecũdũ Matthæũ. IN illo tpe. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. S imile eſt regnũ cęlorum theſauro abſcõdito in agro: quem qui inuenit homo abſcondit, & præ gaudio illius vadit, & vẽdit vniuerſa quæ habet, & emit agrũ illũ. Iterũ, ſimile eſt regnũ cęlorum hoĩ negociatori, quęrenti bonas margaritas. Inuenta autem vna pretioſa margarita, abijt, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam. Iterũ, ſimile eſt regnum cęlorum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti. Quam, cum impleta eſſet, educentes; & ſecus litus ſedentes, elegerunt bonos in vaſa, malos autem foras miſerunt. Sic erit in conſummatione ſæculi. Exibunt Angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & ſtridor dentium. Intellexiſtis hæc omnia? Dicunt ei: Etiam Domine. Ait illis. Ideo omnis ſcriba doctus in regno cęlorũ ſimilis eſt homini patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo noua & vetera. Offertoriũ. D iffuſa eſt gratia in labijs tuis, propterea bñdixit te Deus in æternum, & in ſæculum ſæculi. ps 44.

Secreta.

HOſtias tibi Domine beatæ N. virginis & martyris tuæ dicatas meritis, benignus aſſume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire ſubſidiũ. Per. Cõm. F eci iudiciũ & iuſtitiam, dñe: non calumnientur mihi ſuperbi: ad oĩa mandata tua dirigebar: omnem viam iniquitatis odio habui. Poſtcõm.

D iuini

DIuini muneris largitate sa
tiati, quæsumus, domine
Deus noster: vt intercedéte bea
ta N. virgine & martyre tua: in
eius semper participatione viuamus. Per dominum nostrũ.

¶ In communi plurium virginum & martyrum.

Omnia dñr vt supra ꝑ vna virgine & martyre, exceptis oõne quæ dr̃ vt sequitur, & epistola.

De virginibus ꝑceptũ do. 287. quæ dicitur vt infra in cõi virginum non martyrum. Oratio.

DA, nobis, q̃s dñe Deus noster: sanctarum virginũ, & martyrum tuarũ N. & N. palmas inceſſabili veneratione venerari: vt, quas digna mente nõ possumus celebrare, humilib⁹ saltem frequẽtemus obsequijs. Per dominum nostrũ. Secreta.

INtende, q̃s, Domine, munera altaribus tuis pro sanctarum virginum & martyrũ tuarum N. & N. festiuitate propositа: vt sicut per hæc beata mysteria illis gloriam contulisti, ita nobis indulgentiam largiaris. Per dominum: Postcommu.

PRæsta nobis, q̃s, Dñe, intercedentibus sanctis virginibus, atque martyribus tuis: vt, quod ore cõtingimus, pura mẽte capiamus. Per dominũ nr̃m.

Pro virgine tãtum. Introitus.

DIlexisti iustitiã & odisti iniq-
tatẽ, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ, præ cõsortib⁹ tuis. ꝑs. Eructauit cor meum verbũ bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, & filio. Oõ. ps 44.

EXaudi nos De⁹ salutaris noster: vt sicut de beatæ N. virginis tuę festiuitate gaudemus: ita piæ deuotionis eruditamur affectu. Per dominum nostrũ.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios. ca. 10. & 11.

FRatres: Qui gloriat, in domino glorietur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est: sed quẽ Deus cõmendat. Vtinã sustineretis modicum quid insipientiæ meæ: sed & supportate me. Æmulor enim vos Dei æmulatione. Despondi enim vos vni viro, virginem castam exhibere Christo. Graduale. Specie tua & pulchritudine tua, intende ꝓspere procede, & regna. ℣. Propter veritatem & mansuetudinem, & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. Halelluiah, halelluiah. ℣. Adducentur regi virgines post eã: proximæ ps 44.

ximæ eius afferentur tibi in lætitia, Haleluiah.

¶ Tempore Paschali omittitur Graduale, & additur sequens

Ps. 44. ℣. Specie tua & pulchritudine tua, intende, prospere procede, & regna, Halelu. Post Septuagesimam. Tractus. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuã: quia cõcupiuit rex speciẽ tuã. ℣. Vultum tuũ deprecabuntur oẽs diuites plebis: filiæ regũ in honore tuo. ℣. Adducent regi virgines post eã: proximæ eius afferent tibi. ℣. Afferent in lætitia & exultatione: adducẽtur in templũ Regis. Euãg. Simile est regnum Cœlorum decem virginibus. vt supra in missa virg. & mart. fol. 286.

Ps. 44. Offertor. Filiæ regum in honore tuo, astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate.

Secreta.

ACcepta tibi fit Dñe sacratæ plebis oblatio, p tuorũ honore Sanctorũ: quorũ se meritis de tribulatione percepisse cognoscit auxiliũ. Per Domin.

Matth. 25. Communio. Quinque prudẽtes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus est, ecce spõsus venit: exite obuiam Christo Domino.

Postcommunio.

SAtiasti, domine, familiam tuam muneribus sacris: eiq; quæsumus semper interuẽtione nos refoue, cuius solennia celebramus. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

Item pro Virgine tantum alia missa. Introitus.

Ps. 44. Vltum tuũ deprecabuntur oẽs diuites plebis: adducentur regi virgines post eã: proximæ eius adducentur tibi in lætitia & exultatione. Psal. Eructauit cor meũ verbũ bonũ: dico ego opa mea regi ℣. Gloria Patri.

Oratio.

EXaudi nos Deus salutaris noster: vt sicut de beatæ N. virginis tuæ festiuitate gaudemus: ita piæ deuotionis erudiamur affectu. Per Dominum.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinth.

Cap. 7. FRatres. De virginibus prẽceptũ Domini non habeo, consiliũ autem do, tanquã misericordiam cõsecutus à Dño, vt sim fidelis. Existimo enim hoc bonũ esse propter instantem necessitatem, quoniam bonũ est homini sic esse. Alligatus es vxori? noli q̃rere solutionem. Solutus es ab vxore? noli

quæ-

quærere vxorem. Si autem acceperis vxorem, non peccasti. Et si nupserit virgo non peccauit. Tribulationem tñ carnis habebũt huiusmodi. Ego autem vobis parco. Hoc itaq; dico fratres, tẽpus breue est. Reliquum est, vt & qui habent vxores, tanquã nõ habentes sint: & q flẽt, tanquam nõ flentes: & qui gaudent tanquã non gaudẽtes: & q emunt tanquã non possidentes, & qui vtuntur hoc mũdo, tanquam non vtantur. Præterit em figura huius mundi. Volo autẽ vos sine solicitudine esse. Qui sine vxore est, solicitus est quę dñi sunt, qũo placeat Deo. Qui aũt cum vxore est, solicitus est q̃ sunt mundi, quomodo placeat vxori: & diuisus est. Et mulier innupta & virgo, cogitat quæ Domini sũt: vt sit sancta & corpore & spũ. In Christo Iesu dño nostro. Graduale.

Ps 44. Concupiuit rex decorem tuũ, quoniã ipse est dñs Deus tuus. ℣. Audi filia, & vide, & inclina aurẽ tuam. Haleluiah, halah. ℣. Hæc est virgo sapiens, & vna de numero prudentũ, Halelu.

℣ Tpe Paschali Graduale omittitur & additur sequens versus.

Sap 44 O quam pulchra est casta generatio cum claritate, Haleluiah.

Post Septuagesimam, Tractus. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuam. ℣. Vultũ tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: & filię regum in honore tuo. ℣. Adducentur regi virgines post eam: proximę eius afferentur tibi. ℣. Afferentur in lætitia & exultatione adducentur in templum regis. Euang. Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro. vt sup. in missa virg. & marty. fo. 289.

Offer. Afferentur regi virgines ps 44. post eam, proximæ eius afferentur tibi in lætitia & exultatione: adducentur in templum regi Domino. Secreta.

Accepta tibi sit dñe sacratæ plebis oblatio, p tuorũ honore sanctorum: quorum semeritis de tribulatione percepisse cognoscit auxilium. Per. Communio. Simile est regnũ Matth 13. cœlorum homini negociatori quærenti bonas margaritas: inuenta autẽ vna pretiosa margarita, dedit omnia sua, & comparauit eam. Postcommunio.

Satiasti Domine familiam tuam muneribus sacris: eius quæsumus semper interuẽtione nos refoue, cuius solennia celebramus. Per dominum.

IN

IN COMMVNI non virginum.

¶ Pro vna mart. non virg. Introitus.

ps 118 Me expectauerũt peccatores vt perderent me, testimonia tua dñe intellexi: oĩs, consummationis vidi finem: latum mandatũ tuũ nimis. ps 118. ps. Beati immaculati in via, quĩ ambulant in lege Domini. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui inter cætera potentiæ tuæ miracula, etiã in sexu fragili victoriam martyrij contulisti: cõcede propitius: vt qui beatę N. martyris tuę natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per domi. Si fuerint plures. Oratio.

DA nobis, qs, dñe Deus nr, sanctorũ martyrũ tuarũ N. & N. palmas incessabili veneratione venerari: vt quas digna mẽte non possumus celebrare, humilibus saltẽ frequentemus obsequijs. Per dominũ. Epistola. Confitebor tibi dñe. 285. vt supra in missa virg. & ps 44. mart. Grad. Dilexisti iustitiã, & odisti iniquitatẽ. ℣. Propterea vnxit te Deus Deus tuus, oleo lætitiæ. Haleluiah halah. ℣. Specie tua & pulchritudine tua, intende, prospere procede, & regna. Haleluiah.

¶ Tpe Paschali omittitur Graduale, & additur sequẽs versus. Propter veritatem, & mãsuetudinem, & iustitiã, & deducet te mirabiliter dextera tua, halelu.

Post Septuagesimam, Tractus. Veni spõsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus pparauit in æternum: pro cuius amore sanguinem tuũ fudisti. ℣. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. ps 44. ℣. Specie tua, & pulchritudine tua, intẽde, prospere procede, & regna. Euang. Simile est regnum cęlorũ thesauro abscõd... in agro. vt supr. 289. Offert. Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternũ & in sęculum sęculi, halah. Secr.

SVscipe, dñe, munera, quæ ĩ beatæ N. martyris tuæ solẽnitate deferimus: cuius nos cõfidimus patrocinio liberari. Per Dominum nostrum, &c.

Si fuerint plures. Secreta.

INtende, qs, dñe, munera altaribus tuis pp sanctarũ martyrũ tuarũ N. & N. festiuitate

propo-

propoſita: vt, ſicut p hæc beata myſteria illis gloriã contuliſti, ita nobis indulgentiã largiaris. Per dominum. Cõmu. Principes perſecuti ſunt me gratis, & à verbis tuis formidauit cor meum: lætabor ego ſuper eloquia tua, quaſi qui inuenit ſpolia multa. Poſtcommunio.

ADxiliẽtur nobis Domine ſumpta myſteria: & ĩtercedente beata N. martyre tua: ſempiterna faciant protectione gaudere. Per Dominum no. Si fuerint plures. Poſtcommu.

PRæſta nobis quæſumus, dñe, intercedẽtibus ſanctis Martyribus tuis: vt, quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dominum.

PRO NEC VIRGINE nec martyre. Introitus.

Pſ 118

COgnoui Domine quia æquitas iudicia tua, & ĩ veritate tua humiliaſti me: confige timore tuo carnes meas, à mandatis tuis timui. Pſal. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. ℣. Gloria Patri, & Filio: & Spiritui ſancto. Oratio.

EXaudi nos Deus ſalutaris noſter: vt ſicut de beatæ N. feſtiuitate gaudemus, ita piæ deuotionis erudiamur affectu. Per dominum noſtrum Ieſum.

Lectio libri Sapientiæ.

MVlierem fortem quis inueniet? Procul, & de vltimis finibus pretiũ eius. Confidit in ea cor viri ſui, & ſpolijs non indigebit. Reddet ei bonũ, & non malũ, omnibus diebus vitæ ſuę. Quæſiuit lanã & linũ: & operata eſt conſilio manuũ ſuarũ. Facta eſt quaſi nauis inſtitoris, de longe portans panẽ ſuum. Et de nocte ſurrexit, deditq; prædã domeſticis ſuis: & cibaria ancillis ſuis. Cõſiderauit agrum, & emit eũ: de fructu manuũ ſuarũ plãtauit vineam. Accinxit fortitudine lumbos ſuos: & roborauit brachium ſuũ. Guſtauit & vidit, quia bona eſt negociatio eius: non extinguetur in nocte lucerna ei⁹. Manũ ſuã miſit ad fortia: & digiti eius apprehenderunt fuſũ. Manũ ſuã aperuit inopi & palmas ſuas extẽdit ad pauperem. Nõ timebit domui ſuæ à frigorib⁹ niuis: oẽs em domeſtici ei⁹ veſtiti ſũt duplicib⁹. Stragulatã veſtẽ fecit ſibi, byſſus & purpura indumẽtũ ei⁹. Nobilis ĩ portis vir eius, quãdo ſederit cũ ſenatoribus terræ. Sindonẽ fecit Pr. 31.

&

& vendidit, & cingulũ tradidit Chananæo. Fortitudo & decor indumẽtum eius, & ridebit in die nouissimo. Os suũ aperuit sapiẽtiæ: & lex clemẽtiæ in lingua eius. Considerauit semitas domus suæ: & panẽ ociosa nõ comedit. Surrexerunt filij eius, & beatissimam prædicauerũt: vir eius, & laudauit eam. Multæ filiæ congregauerunt diuitias: tu supergressa es vniuersas. Fallax grã, & vana est pulchritudo: mulier timens Deũ, ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum: & laudent eam in portis opera eius.

Grad. Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternũ. ℣. Propter veritatem & mansuetudinẽ, & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua. Halelúiah, halelúiah. ℣. Specie tua, & pulchritudine tua: intende prospere procede, & regna, haleluiah.

¶ Tpe Paschali omittitur Graduale, & addit sequens versus.

Propter veritatem & mansuetudinẽ, & iustitiã, & deducet te mirabiliter dextera tua, hal.

Post Septuagesimam. Tractus.

Audi filia, & vide, & inclina aurẽ tuã: quia concupiuit rex speciẽ tuã. ℣. Vultum tuũ deprecabũtur oẽs diuites plebis: filiæ regum in honore tuo. ℣. Adducẽtur regi virgines post eã: proximę eius afferent tibi. ℣. Afferent in lætitia & exultatione: adducent in tẽplũ regis.

Seq. sci euãg. secũdũ Matthæũ.

IN illo tpe. Dixit Iesus discipulis suis parabolã hãc. Simile est regnũ cælorum thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vẽdit vniuersa quæ hẽt, & emit agrum illum. Iterũ, simile est regnũ cælorum homini negociatori, quærenti bonas margaritas. Inuenta aũt vna pretiosa margarita, abijt, & vẽdidit oĩa quæ habuit, & emit eam. Iterũ, simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Quam cum impleta esset, educentes, & secus litus sedentes, elegerũt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione sæculi. Exibunt angeli, & separabũt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dentiũ. Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei: Etiam domine. Ait illis. Ideo, omnis scriba doctꝰ in cap. 13.

regno cęlorum, similis est homini patrifamilias, q̃ profert de thesauro suo noua, & vetera.

ps 44. Offertorium. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum, & in sæculum sæculi. Secreta.

ACcepta tibi sit domine sacratæ plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorũ: quorum se meritis de tribulatione percepisse cognoscit auxiliũ.

ps 44. Per dñm. Communio. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ cõsortibus tuis. Postcommunio.

SAtiasti, domine, familiam tuam muneribus sacris: eius, quæsumus semper interuẽtione nos refoue, cuius solẽnia celebramus. Per dominum no.

Item alia Epistola pro Vidua. Lectõ epistę B. Pauli apli ad Tim.

1. ca. 5. CArissimæ. Viduas honora: quæ vere viduæ sunt. Si qua aũt vidua filios aut nepotes habet: discat primũ domũ suã regere, & mutuã vicẽ redde re parentibus. Hoc enim acceptu est coram Deo. Quæ aũt vere vidua est & desolata: speret in Deum, & instet obsecrationibus, & orationibus nocte & die. Nam quæ in delicijs est: viuens mortua est. Et hoc præcipe, vt irreprehensibiles sint. Siqs aũt suorũ & maxime domesticorũ curã non hẽt: fidem negauit, & est infideli deterior. Vidua eligatur non minus sexaginta annorũ, q̃ fuerit vnius viri vxor: in operibus bonis testimoniũ habens: si filios educauit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationẽ patiẽtib⁹ subministrauit, si oẽ opus bonũ subsecuta est.

IN ANNIVERSARIO Dedicationis Ecclesię. Introit⁹.

TErribilis est locus iste: hic dom⁹ Dei est, & porta cęli: & vocabit aula Dei.

ps. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutũ: concupiscit, & deficit aĩa mea in atria domini. ℣. Gloria pa. Oratio. ps 83.

DEus, qui nobis per singulos annos, huius sancti tẽpli tui consecrationis reparas diẽ, & sacris semper mysterijs representas incolumes: exaudi preces populi tui & præsta: vt, quisquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur, cuncta se impetrasse lætetur. Per dñm nostrum Iesum Christũ.

Lectio

Lectio libri Apocalypsis beati Iohannis Apostoli.

Cap. 21. IN diebus illis. Vidi ciuitatẽ sanctã Ierusalẽ nouã descendentẽ de cęlo, a Deo paratã, sicut sponsam ornatam viro suo. Et audiui vocẽ magnã de throno dicẽtẽ. Ecce tabernaculum Dei cũ hominibus, & habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erunt: & ipse Deus cum eis erit eorũ Deus. Et absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorũ: & mors vltra nõ erit, neque luctus, neque clamor, neq; dolor erit vltra, q̃ prima abierũt. Et dixit qui sedebat in throno: Ecce noua facio oĩa. Grad. Locus iste a Deo factus est, inæstimabile sacramentum: irreprehensibilis est. ℣. Deus, cui assistat angelorum chorus exaudi preces seruorum tuorũ. Ha Ps. 137. leluiah, haleluiah. ℣. Adorabo ad templum sanctum tuum: & confitebor nomini tuo. Halah. ¶ Tpe Paschali Graduale omittitur, & additur sequẽs versus. Bñ fundata est domus domini supra firmam petrã, haleluiah. Post Septuagesimam Tractus. Ps. 124. Qui cõfidũt in dño, sicut mõs Siõ: non cõmouebit in ęternũ, qui habitat in Ierusalẽ. ℣ Mõtes ĩ circuitu eius, & dominus in circuitu populi sui, ex hoc, nunc, & vsque in sæculum.

Seq. sci euag. secundũ Lucam.

Cap. 19. IN illo tempore: Ingressus Iesus perambulabat Iericho. Et ecce vir nomine Zacchęus: & hic erat princeps Publicanorum, & ipse diues. Et quęrebat videre Iesum quis esset: & non poterat præ turba, q̃ statura pusillus erat. Et præcurrens ascẽdit in arborẽ sicomorũ, vt videret eũ: q̃ inde erat trãsiturus. Et cũ venisset ad locũ, suspiciẽs Iesus vidit illũ, & dixit ad eũ Zacchæe, festinans descẽde: q̃ hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, & excepit illũ gaudẽs. Et cũ viderent oẽs murmurabant: dicentes: quod ad hominem peccatorẽ diuertisset. Stãs autẽ Zacchæus dixit ad Iesum. Ecce dimidiũ bonorum meorum dñe do pauperibus: & si quid aliquẽ defraudaui, reddo quadruplũ. Ait Iesus ad eum. Quia hodie salus domui huic facta est: eo q̃d & ipse sit filius Abrahæ. Venit enim filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat. Offertoriũ. 2. Par. 29. DOmine Deus in simplicitate cordis mei lętus obtuli vniuersa: & populum tuum qui re-

pertus est vidi cum ingẽti gaudio: Deus Israel custodi hanc volũtatem dñe Deus. Secreta.

ANnue, quęsumus dñe, ꝓcibus nostris: vt, quicunque intra templi huius, cuius anniuersariũ dedicationis diẽ celebramus, ambitum continemur, plena tibi, atque perfecta corporis, & animæ deuotione placeamus: vt, dum hæc vota præsentia reddimus, ad æterna ꝑmia te adiuuante peruenire mereamur. Per domi.

Isa. 56. Mat. 21 Communio. Domus mea, domus orationis vocabitur, dicit dominus: in ea omnis qui petit accipit: & qui quærit inuenit, & pulsanti aperiet. Postcõ.

DEus, qui de viuis, & electis lapidibus æternum maiestati tuæ præparas habitaculum: auxiliare populo tuo supplicanti: vt quod ecclesiæ tuæ proficit corporalibus spatijs, spiritualibus amplificetur augmentis. Per dominũ nr̃m.

¶ Intra octauã dedic. ecclesiæ, & in die octaua dicitur missa, vt supra in anniuersario dedica. ecclesiæ, sed infra octauam dr̃ secunda Oratio de S. Maria. Concede quæsum⁹. tertia Ecclesiæ, vel pro Papa.

¶ In ipsa die dedicationis Ecclesiæ missa dicitur, vt supra: in anniuersario dedicationis, exceptis orationibus, quæ dicuntur vt infra. Oratio.

DEus, qui inuisibiliter omnia contines, & tamen ꝑ salute gñis humani signa tuæ potentiæ visibiliter ostendis: templum hoc potentia tuę inhabitationis illustra: & concede, vt oẽs, qui huc deprecaturi conueniunt: ex quacunque tribulatione ad te clamauerint, consolationis tuæ beneficia cõsequantur. Per dñm. Secreta.

DEus, qui sacrandorum tibi auctores munerũ, effunde super hãc orationis domum benedictionẽ tuã: vt ab oĩbus in ea inuocãtibus nomẽ tuũ, defensionis tuæ sentiatur auxilium. Per dñm. Postcõm.

QVæsumus, omnipotens Deus vt in hoc loco, quẽ nomini tuo ĩ digni dedicauimus, cũctis petentib⁹ aures tuæ pietatis accõmodes. ꝑ

¶ In ipsa die Dedicationis altaris totũ oĩnẽũ agitur vt sup. in Anniuersario Dedicat. Ecclesiæ, ꝑter orationes, loco quarũ dicuntur sequentes. Oratio.

DEus, q̃ ex oĩ coaptatione sctõrũ, æternũ tibi cõdis habitaculum: da ædificationi

tuæ

tuæ incremẽta cęlestia: vt quorũ hic reliquias pro amore con plectimur, eorum semper meritis adiuuemur. Per d. Secreta.

OMnipotens sempiterne Deus altare hoc nomini tuo ędificatum cęlestis virtutis benedictione sanctifica, & omnibus in te sperantibus auxilij tui munus ostende: vt, & hic sacramentorum virtus, & votorũ obtineatur effectus. Per dominum nostrũ. Postcõmunio.

QVæsumus omnipotens Deus, vt in hoc loco nomini tuo dedicato, cunctis petentibus, aures tuæ pietatis accommodes. Per do.

¶Sequentes missæ votiuæ, licet pro Sacerdotis deuotione quacunq; die dici possint per hebdomadam quando festum duplex non occurrit: (Quod tamen passim nisi rationabili de causa fieri non debet, sed quo ad fieri potest missa cũ officio conueniat:) cuique tamen die propria missa pót assignari, vt Feria secunda, nisi dicatur pro defunctis) missa de Trinitate.

¶Feria tertia de Angelis.

¶Feria quarta de Apostolis.

¶Feriá quinta de Spũ sancto.

¶Feria sexta de Cruce.

¶Sabbatho de sancta Maria.

In ipsis non dr̃ Gloria ĩ excel. nec Credo, nisi pro publica ecclesię causa. In missa autem B. Mariæ, & in missa Angelorũ dr̃ tãtum. Gloria in excelsis Deo.

MISSA VOTIVA DE Sancta Trinitate.

Introitus.

BEnedicta sit sancta Trinitas, atque indiuisa vnitas: confitebimur ei: quia fecit nobiscum misericordiam suã ps. Domine dominus noster, quã admirabile est nomen tuum in vniuersa terra? ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nũc, & semper, & in sæcula. &c. Oratio. To. 12. ps 8.

OMnipotens sempiterne Deus qui dedisti famulis tuis ĩ cõfessione veræ fidei, æternæ Trinitatis gl̃iam agnoscere, & ĩ potẽtia maiestatis adorare vnita-

vnitatem: quæsumus: vt eiusdē fidei firmitate, ab oībus semper muniamur aduersis. Per d.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios. cap. 13.

FRatres: Gaudete, pfecti estote, exhortamini, idem sapite, pacē habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscū. Grā dñi nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio sancti spiritus, sit cum omnibus vobis. Amē. Grad. Da. 13. Benedictus es dñe, qui intueris abyssos, & sedes super Cherubim. ℣. Benedictus es dñe in firmamēto cœli, & laudabilis in sæcula. Haleluiah, haleluiah. ℣. Bñdictus es dñe deus patrū nrorum & laudabilis in sæcula, halah. ¶ Tpe Paschali Graduale omittitur vsque ad primum Halah, & additur alius versus, vt sequitur. ℣. Benedicamus patrē, & filium cum sctō spiritu, Hal. Post Septuagesimam, Tractus. Te Deum patrem ingenitum, te filium venigenitum, te spiritum sanctū paraclitū, sanctam & indiuiduā Trinitatem, toto corde cōfitemur, laudam⁹, atq; benedicimus. ℣. Qm̄ magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es De⁹ solus. ℣. Tibi la⁹, tibi glia, tibi gratiarum actio, in sæcula sempiterna o beata Trinitas.

Sequētia sancti euangelij secūdùm Iohannem. 15. cap. 16.

IN illo tpe: Dixit Iesus discipulis suis. Cū venerit paraclit⁹, quē ego mittam vobis a patre, spiritū veritatis qui a patre pcedit: ille testimoniū phibebit de me. Et vos testimoniū perhibebitis: qa ab initio mecū estis. hæc locutus sum vobis, vt non scandalizemini. Absq; synagogis facient vos. Sed venit hora, vt oīs qui interficit vos, arbitretur se obsequiū præstare Deo. Et hæc facient vobis: quia non nouerunt patrem, neque me. Sed hæc locutus sum vobis: vt cum venerit hora eorum, reminiscamini, qa ego dixi vobis.

Offertorium. Benedictus sit Deus pater, vnigenitusq; Dei filius, sanctus quoque spiritus: quia fecit nobiscum misericordiam suam.

Secreta.

SAnctifica quæsumus dòmine Deus noster, per tui sācti nominis inuocationem, huius oblationis hostiam: & per eā nosmetipsos tibi perfice mun⁹ æternum. Per dominum nost.

Præfatio de sancta Trinitate.

Qui cum vnigenito folio 130.

Commu. Benedicimus Deum cœli, & corā oībus viuentibus con-

cõfitebimur ei: qa fecit nobiscũ misericordiam suam. Postc.

PRoficiat nobis ad salutem corporis & aiæ, dñe Deus noster, huius sacramenti susceptio: & sempiternæ sanctæ Trinitatis, eiusdemq; indiuiduæ vnitatis confessio. Per dominũ. Tpe Paschali in fine Introitus, Offertorij, & Cõmunionis, tã in superiori, quam in sequentibus missis, vbi non habetur, additur. Haleluiah.

¶ Pro gratiarum actione dicitur missa de S. Trinitate, vel de Spiritu Sancto, vel de Sancta Maria, additis sequentibus orationibus. Oratio.

DEus, cui⁹ misericordię nõ est numerus, & bonitatis infinitus est thesaurus pijssimę maiestati tuæ ꝓp collatis donis gratias agimus, tuã semper clementiã exorãtes: vt, q petentibus postulata cõcedis, eosdem nõ deserens, ad præmia futura disponas. Per dominũ. Secreta.

ODorem dñe sacrificij huius cum gr̃arum actionibus suscipe suauitatis, & p̃sta: vt, quos exaudire, & incolumes seruare dignatus es: ab omni in posterũ aduersitate custodias: & in tuo seruitio & amore con crescant. Per domi.

DEus, q neminẽ i te sperãtẽ, nimiũ affligi pmittis, sed piũ p̃cibus p̃stas auditũ: pro postulationib⁹ nr̃is, votisq; suscoptis gratias agimus, te pijssime deprecantes: vt p hæc, quæ sumpsimus, a cunctis eripi mereamur aduersis. Per dominum.

MISSA VOTIVA DE Angelis. Introitus.

BEnedicite dñm oẽs angeli eius, potẽtes virtute: qui facitis verbum eius ad audiendã vocẽ sermonum eius. p̃s. Benedic aia mea dño, & omnia q̃ intra me sunt nomini sancto eius. ℣. Gloria pat. Oratio. p̃s 102.

DEus, qui miro ordine angelorũ ministeria, hominũq; dispensas: concede propitius, vt quibus tibi ministrãtibus in cœlo sp assistit, ab his in terra vita nr̃a muniat. Per dñm. Lectio libri Apocalypsis beati Iohannis Apostoli. cap. 5.

IN diebus illis. Audiui vocẽ Angelorum multorum in circuitu throni & animaliũ & seniorum: & erat numerus eorũ millia millium, dicentium voce magna. Dignus est agnus q occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam,

& fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Et omnem creaturam quæ in cęlo est, & super terram, & sub terra, & quæ sunt in mari, & q̃ in eo: omnes audiui dicẽtes. Sedenti in throno, & agno, benedictio, & honor, & gloria, & potestas in sæcula sæculorum. Et quatuor aĩalia dicebant: Amẽ. Et viginti quatuor seniores ceciderunt in facies suas: & adorauerunt viuentem in sæcula sæculorum.

Graduale.

Ps 148. Laudate dominũ de cęlis, laudate eum in excelsis. ℣ Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius. Haleluiah, haleluiah. ℣ In cõspectu angelorum psallam tibi, adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo, haleluiah.

¶ Tpe Paschali omittitur Graduale, & addit sequens versus.

Mat. 28 Angelus domini descendit de cęlo, & accedens reuoluit lapidẽ, & sedebat super eũ, Halah.

Post Septuagesimam Tractus.

Ps 102. Benedicite dominum omnes angeli eius: potentes virtute, qui facitis verbum eius. ℣ Benedicite domino omnes virtutes eius: ministri eius qui facitis voluntatem eius. ℣ Benedicite domino omnia operá ei⁹, in omni loco dominationis ei⁹, benedic anima mea domino.

Sequentia sancti euangelij secundùm Iohannem.

cap. 1. IN illo tempore: Vidit Iesus Nathanael venientẽ ad se: & dicit de eo. Ecce vere Israelita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael. Vnde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei. Priusquam te Philippus vocaret, cum esses sub ficu vidi te. Respondit ei Nathanael, & ait. Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Israel. Respondit Iesus, & dixit ei. Quia dixi tibi, vidi te sub ficu, credis: maius his videbis. Et dicit ei. Amen amẽ dico vobis, videbitis cęlum apertũ, & angelos Dei ascendentes & descẽdentes supra filium hominis.

Offertorium.

cap. 8. Stetit angelus iuxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu sua: & data sunt ei incensa multa: & ascẽdit fumus aromatũ de manu angeli in cõspectu Dei. Sec.

HOstias tibi dñe laudis offerim⁹, suppliciter deprecantes: vt easdem angelico pro nobis

nobis interueniente suffragio, & placatos accipias, & ad salutem nostram prouenire concedas. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit, & regnat in vnitate spiritus sancti Deus, p oīa sæcula sæculorū. ℟. Amen.

Communio. Angeli, Archangeli, Principatus, & potestates, virtutes cęlorum, Dominationes, & Throni, Cherubim atq; Seraphim, dominum benedicite in æternum.

Postcommu. REpleti, domine, benedictione cęlesti, suppliciter imploramus vt quod fragili celebramus officio, sanctorū angelorū atque archangelorum nobis prodesse sentiamus auxilio. Per dominum nostrum.

¶ Alia Missa votiua de sancto Michaele archangelo prout in eius dedicatione mēse Septēb.

MISSA VOTIVA DE sanctis Apostolis Petro & Paulo. Introitus.

h 138. MIhi autem nimis honorati sūnt amici tui Deus: nimis confortatus est principat⁹ eorū. ℣. Dñe ꝓbasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā, & resurrectionē meā. ℣. Gloria. Oratio.

h 131. DEus, cuius dextera beatū Petrum ambulantem in fluctib⁹, ne mergeretur erexit: & coapostolum eius Paulū tertio naufragātem de profundo pelagi liberauit: exaudi nos ꝓpitius, & cōcede: vt amborum meritis, æternitatis gloriam cōsequamur. Qui viuis & regnas.

Lectio Actuum Apostolorum.

IN diebus illis: Per man⁹ apo c. 5. stolorum fiebant signa, & prodigia multa ī plebe. Et erāt vnanimiter oēs in porticu Salomonis. Cæterorum autē nemo audebat se cōiungere illis: sed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur credentium in domino multitudo virorum ac mulierum: ita vt in plateas eijcerēt infirmos, & ponerent in læctulis & grabatis: vt veniente Petro, saltem vmbra illius obumbraret quenquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus suis. Concurrebat aūt & multitudo vicinarū ciuitatū Ierusalē, afferētes ægros & vexatos a spiritib⁹ immūdis: q curabant oēs. Grad. Cōstitues eos principes super omnē terram: memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, ꝓpterea

popu-

populi confitebuntur tibi. Ha
leluiah, haleluiah. ℣. Nimis ho
ps 138. norati sunt amici tui Deus, ni-
mis confortatus est principa-
tus eorum, Haleluiah.

Post Septuagesimam, Tractus.

ps 125. Qui seminant in lachrymis, in gaudio metent. ℣. Euntes ibāt & flebant mittentes semina sua. ℣. Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.

exp. 19. Seq. sctī Euāg. secūdū Matthęū.

IN illo tempore: Dixit Simō Petrus ad Iesum. Ecce, nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis. Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione, cū sederit filius hoīs in sede maiestatis suæ sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicātes duodecim tribus Israel. Et oīs, qui reliquerit domū, vel fratres, aut sorores aut patrē, aut matrem, aut vxorē, aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplū accipiet, & vitam ęternam possidebit. Offertorium.

ps 18. In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. Secreta.

OFferim⁹ tibi domine preces & munera: quę, vt tuo sint digna conspectu, apostolorū tuorum Petri & Pauli precibus adiuuemur. Per dominum.

Præfatio de Apostolis. fo. 131.

Cōm. Vos q secuti estis me sedebitis super sedes, iudicantes duodecī trib⁹ Israel. Matth. 16. Postcom.

PRotege domine populū tuum & Apostolorū tuorum Petri & Pauli patrocinio confidentem, perpetua defensione conserua. Per dominum.

Tempore paſch dicitur Missa vt in festo sancti Marci, præter orationē, Epistolam, & Euangelium, quæ dicuntur vt supr.

MISSA DE SPIRITV Sancto. Introitus.

SPiritus dñi repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet oīa scientiā hēt vobis. ps. Exurgat Deus, & dissipent inimici ei⁹, & fugiāt q oderūt eū, a facie Sap. 1. ps 67.

facie eius. ℣. Gloria. Oratio.

DEus, qui corda fideliũ sãcti spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodẽ spũ recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere. Per do.

cap.8. Lectio Actuum Apostolorum.

IN diebus illis. Cũ audissent Apostoli, q̃ erãt Ierosolymis: quia recepit Samaria verbum Dei: miserunt ad eos Petrum & Iohannem. Qui cum venissent, orauerũt pro ipsius, vt acciperent spiritum sanctum. Nondum enim in quenquam illorum venerat: sed baptizati tantum erat in noĩe dñi Iesu. Tunc imponebãt manus sup illos, & accipiebãt spiritum sanctum.

Ps 32. Grad. Beata gens, cuius est dominus Deus eorum; populus quem elegit dominus in hæreditatẽ sibi. ℣. Verbo domini cęli firmati sunt, & spiritu oris eius oĩs virtus eorũ. Halah, haleluiah. ℣. Veni sancte spũs: reple tuorũ corda fideliũ: & tui amoris ĩ eis ignẽ accẽde, Hale.

¶ Tpe Paschali omittitur Graduale, & additur sequens vers. Emitte spũm tuũ, & creabũtur & renouabis faciẽ terræ, Halel.

Post Septuagesimam. Tractus.

Ps 13. Emitte spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciẽ terræ. ℣. O quam bonus & suauis, est domine, spiritus tuus in nobis. ℣. Veni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accende.

Sequentia sancti Euangelij secundũm Iohannem. cap.14.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Et sermonem quem audistis: non est meus: sed eius qui misit me patris. Hæc locutus sum vobis apud vos manens. Paraclitus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Nõ quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis. Vado & venio ad vos. Si diligeritis me, gauderetis vtique, quia vado ad patrem: quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis, priusquam fiat: vt cum factum fuerit, credatis. Iam non multa

loquar

loquar vobiscum. Venit enim Princeps mũdi huius, & in me non habet quicquam. Sed, vt cognoscat mũdus quia diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Offer.

ps 67. C ōfirma hoc Deus, quod operatus es in nobis: a templo sancto tuo, quod est in Ierusalẽ tibi offerent reges munera. Secr.

MVnera, quęsumus domine, oblata sanctifica: & corda nostra sancti spiritus illustratione emũda. Per dominũ. in vnitate. Præfatio. Qui ascendens super omnes cęlos. 129.

Act. 2. Communio. Factus est repente de cęlo sonus aduenientes spiritus vehementis, vbi erant sedentes: & repleti sunt omnes spiritu sancto, loquentes magnalia Dei. Postcommunio.

SAncti spiritus, quæsumus domine, corda nostra mundet infusio: & sui roris intima aspersione fęcundet. Per. in vnitate eiusdem spiritus sancti.

¶Ad postulãdam gratiam spiritus sancti, dicitur missa vt supra cũ sequẽtib. oronibus. Oro.

DEus cui omne cor patet, & omnis volũtas loquitur, & quẽ nullum latet secretũ: purifica per infusionem sancti spiritus cogitationes cordis nostri, vt te perfecte diligere, & digne laudare mereamur. Per dominum. in vnitate eiusdem. Secreta.

HÆc oblatio, quæsumus domine cordis nostri maculas emundet: vt sancti spiritus digna efficiatur habitatio. Per dnm nostrum. in vnitate eiusdem. Postcommunio.

COncede, quęsumus omnipotens Deus, sanctũ nos spiritum votis promereri sedulis: quatenus eius gratia, & ab omnibus liberemur tentationibus, & peccatorum nostrorũ indulgentiam mereamur accipere. Per dominum nostrum. in vnitate eiusdẽ spiritus sanc.

¶Potest etiam in hac quinta feria dici missa votiua de sanctissimo Sacramento, quæ habetur in eius festo. 195. ps 36.

MISSA DE SANCTA Cruce. Introitus.

NOs autem gloriari oportet ī Cruce domini nostri Iesu Christi: in quo est salus, vita, & resurrectio nra: p quem saluati, & liberati sum⁹. Gal. 6.

ps. Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur ps 66.

reat' nostri. ℣. Gloria. Oratio.

DEus,qui vnigeniti filij tui precioso sanguine, viuifi cæ Crucis vexillū sanctificare voluisti: concede q̄s, eos, qui eiusdem sanctæ Crucis gaudēt honore, tua quoque vbiq; p̄tectione gaudere. Per eundem. Tpe Paschali, loco supradictæ orationis dicitur sequēs Or̄o.

DEus, qui pro nobis filiū tuū crucis patibulū subire voluisti, vt inimici a nobis expelleres potestatē: concede nobis famulis tuis: vt resurrectionis gratiam consequamur. Per dominum nostrum. Et ad Introitum, Offertorium, Postcommu. additur. halah. vt supra ī p̄pria rub. dictū est.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Philippenses.

cap. 2. FRatres: Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem: mortem aūt Crucis. Propter quod & Deus exaltauit illū: donauit illi nomen, quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu, omne genu flectatur, cęlestium, terrestriū, & infernorum. Et omnis lingua confiteatur: quia dñs Iesus Christus in gl̄ia est Dei patris.

Phil. 2. Graduale. Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem: mortem aūt Crucis.

℣. Propter quod & Deus exaltauit illum: & dedit illi nomē, quod est super omne nomen. Haleluiah, haleluiah. ℣. Dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens pondera, q̄ sola fuisti digna sustinere regem cęlorum, & dominum, Haleluiah.

Tēpore Paschali omittit' Graduale, & addit' sequens versus. Dicite in gentibus, quia dñs regnauit a ligno, Haleluiah.

Post Septuagesimam. Tractus. Adoramus te Christe, & bn̄dicimus tibi: quia per Crucem tuam redemisti mundum. ℣. Tuam Crucem adoramus domine, tuam glorioſam recolimus passionem: miserere nr̄i, q̄ passus es pro nobis. ℣. O crux bn̄dicta, quæ sola fuisti digna portare regē cęlorum, & dn̄m.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.

IN illo tpe: Assumpsit Iesus duodecim discipulos suos secreto, & ait illis. Ecce ascēdimus Ierosolymā, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & scribis: & condēnabunt eum morte, & tradent eū Gētibus ad illudendū, & flagellandum, & crucifigendum: & tertia die resurget. Offerto-

ca. 10.

Pro-

Protege domine plebem tuam per signum sanctæ Crucis ab omnibus insidijs inimicorum omniũ: vt tibi gratam exhibeamus seruitutem, & acceptabile tibi fiat sacrificiũ nr̃m. Secr.

HÆc oblatio, q̃s dn̄e ab oĩb⁹ purget offensis: q̃ in ara Crucis īmolata, etiã totius mundi tulit offensam. Per do. Præfatio de cruce. Qui salutẽ humani generis in ligno crucis, 127. Cõmunio. Per signũ Crucis de inimicis nostris libera nos Deus noster. Postcom.

ADesto nobis domine De⁹ nr̃: &, quos sanctæ Crucis lętari facis honore, ei⁹quoque perpetuis defende subsidijs. Per dominum nostrum.

Alia Missa de Passione domini nostri Iesu Christi. Introit⁹.

Phil. 2. HVmiliauit semetipsum dominus Iesus Christus vsque ad mortem: mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum: & donauit illi nomen quod est super omne nomen. ps. Misericordias domini in æternum cãtabo: in generatione & generationem. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Sicut erat in principio. &c. Oratio.

DOmine Iesu Christe, qui de cęlis ad terram de sinu patris descendisti, & sanguiné tuum pretiosum in remissionem peccatorum nostrorũ fudisti: te humiliter deprecamur: vt in die iudicij, ad dexteram tuam audire mereamur, venite benedicti. Qui viuis & regnas.

Lectio Zachariæ prophetæ.

HÆc dicit dominus. Effundam super domum Dauid, & super omnes habitãtes Ierusalem, spiritum gratiæ, & miserationis: & aspicient in eũ quem confixerunt, & plangẽt eum planctu, quasi super vnigenitum: & dolebunt super eũ, vt doleri solet in morte primogeniti. In illa die erit planctus magnus in Ierusalem: & dicet. Quid sunt plagę istæ in medio manum tuarum. Et dicet? His plagatus sum in domo eorum qui diligebant me. Framea suscitare super pastorem meum, & super virum cohærẽtem mihi, dicit dominus exercituum: Percute pastorem, & dispergẽtur oues. Ait dn̄s omnipotens.

Graduale. IMproperium expectauit cor meũ, & miseriam: & sustinui, qui simul mecum cõtristaretur, & non fuit: consolantem me quæsiui, & non inueni. ps 68

ueni. ℣ Dederunt in escā meā fel, & in siti mea potauerūt me aceto. Halah, halah. ℣ Aue rex noster: tu solus nr̄os es miseratus errores: patri obediens: ductus es ad crucifigendum, vt agnus mansuetus ad occisionem, haleluiah.

¶ Tempore Paschali omittitur Graduale, & addit̄ sequens ℣. Tibi gloria, hosanna: tibi triūphus & victoria: tibi summæ laudis & honoris corona, Hal. Post Septuagesimam. Tractus. Vere languores nr̄os ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. ℣. Et nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatū. ℣ Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est ꝓpter scelera nostra. ℣. Disciplina pacis super eum: & liuore eius senati sumus.

Seq. sci cuāg secūdū Iohannē. p. 19.

IN illo tpe: Sciēs Iesus qa iam oīa cōsummata sunt, vt consumaret̄ scriptura, dixit. Sitio. Vas ergo positū erat aceto plenū. Illi aūt spongiam aceto plenā hisopo circūponentes obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit. Consumatū est. Et inclinato capite tradidit spūm. Iudæi ergo qm̄ paraſceue erat, vt non remanerēt in cruce corpora sabbatho (erat enim magnus dies ille sabbathi) rogauerunt Pilatum vt frangerent̄ eorū crura, & tollerent̄. Venerunt ergo milites, & primi quidē fregerūt crura: & alterius, qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum aūt cū veniss̄ent, vt viderunt eum iā mortuū, nō fregerunt eius crura, sed vnus militū lācea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Et qui vidit, testimoniū perhibuit: & verū est testimonium eius. Offer. Insurrexerūt in me viri iniqui absq; misericordia, quæsierunt me interficere: & non pepercerunt in faciem meā spuere: lanceis suis vulnerauerunt me, & concussa sunt omnia ossa mea. Secreta.

OBlatū tibi dñe sacrificiū, intercedēte vnigeniti filij tui passione, viuificet nos semper & muniat. Qui tecū. Cōio. Foderunt manus meas & pedes meos: dinumerauerūt omnia ossa mea. ps 21. Postcommu.

DOmine Iesu Christe fili Dei viui, qui hora sexta ꝓ redemptione mundi crucis patibulum ascendisti, & sanguinem tuū pretiosum in remissionem peccatorum nostrorū fudisti,

fudisti, te humiliter deprecamur: vt post obitum nostrum Paradisi ianuas nos gaudenter introire cõcedas. Qui viuis & regnas cum Deo.

MISSA VOTIVA DE S. Maria ab Aduentu vsque ad Natiuit. Introitus.

Isa. 13.

ROrate cęli desup, & nubes pluãt iustũ, aperiatur terra, & germinet saluatorem ps. ps 84. Benedixisti domine terrã tuam, auertisti captiuitatẽ Iacob. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui. &c. Oratio.

DEus, qui de beatæ Mariæ virginis vtero verbũ tuũ, angelo nunciante carnem susscipere voluisti: præsta supplicibus tuis, vt qui vere eam genitricem Dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eundẽ dñm nostrũ Iesum Christum filium tuum.

Lectio Isaiæ prophetæ.

cap. 7. IN diebus illis: Locutus est dominus ad Achaz, dicens. Pete tibi Signum a domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra. Et dixit Achaz. Non petam: & nõ tẽtabo dominum. Et dixit. Audite ergo domus Dauid. Nunquid parũ vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo? Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, & pariet filiũ, & vocabit nomen eius Emmanuel. Butyrũ & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum. Grad.

TOllite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. ps 23

℣. Quis ascendet in montem domini? aut quis stabit in loco sancto eius? innocẽs manibus & mundo corde. Haleluiah, haleluiah. Luc. 1 ℣. Aue Maria gratia plena: dominus tecum: benedicta tu ĩ mulieribus, haleluiah.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

cap. 1 IN illo tempore: Missus est angelus Gabriel a Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth: ad virginem despõsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid: & nomen virginis Maria. Et ingressus angelus ad eam dixit. Aue gratia plena, dominus tecum: bñdicta tu ĩ mulieribus. Quę cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio, Et ait angelus ei. Ne timeas Maria: inue-

nisti

nisti enim gratiam apud Deũ. Ecce concipies in vtero, & paries filium: & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus: & filius Altissimi vocabitur. Et dabit illi dñs Deus sedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternũ: & regni eius nõ erit finis. Dixit autẽ Maria ad Angelum. Quomodo fiet istud, quoniã virum non cognosco? & respondens Angelus, dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoq;, & quod nascetur ex te sanctũ, vocabitur filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filiũ in senectute sua. Et hic mensis, est sextus illi, quæ vocatur sterilis: qa non erit impossibile apud Deum omne verbũ. Dixit autẽ Maria. Ecce ancilla Dñi, fiat mihi secundùm verbum tuum. Offer.

Luc. 1. Aue Maria gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui. Secreta.

IN mentibus nostris, quęsumus dñe, veræ fidei sacramẽta confirma: vt, qui conceptũ de virgine, Deum verũ & hominem confitemur: per eiusdẽ salutiferæ resurrectionis potentiam, ad æternã mereamur peruenire lætitiam. Per eundẽ.

Præfatio. Et te in veneratione beatæ Mariæ. quę in sequentibus quoque Missis de sancta Maria dicitur. 131. Commu. Ecce virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emmanuel. Postcommu.

Isa. 7.

GRatiam tuam, quæsumus domine, mẽtibus nostris infunde: vt, qui angelo nunciante, Christi filij tui incarnationem cognouimus: per passionem eius & crucem, ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem dominum nostrum Iesum Christum, &c.

A Natiuitate vsque ad Purificationem. Introitus.

VVltum tuũ deprecabũtur omnes diuites plebis: adducentur regi virgines post eam, proximæ eius adducentur tibi in lætitia, & exultatione. ℘s. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, & filio: & spiritui sancto. Sicut erat in princip. Oratio.

℘s. 44.

DEus, qui salutis æternæ beatæ Mariæ virginitate fœcũda, humano generi ꝑmia

præstitisti: tribue q̃sumus, vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quã meruimus auctorem vitæ suscipere, dominum nostrũ Iesum Christũ fil.

Lectio epistolę beati Pauli Apostoli ad Titum.

cap. 3. CAriſſime: Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris nostri Dei: non ex operibus iustitiæ quę fecimus nos, sed secundùm suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis, & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abunde, per Iesum Christũ saluatorẽ nostrũ: vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundũ spem vitæ æternæ. In Christo Iesu domino nostro. ℣. Graduale.

ps 44. SPecioſus forma præ filijs hominum diffusa est gratia in labijs tuis. ℣. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi: lingua mea calamus scribæ, velociter scribentis. H alleluiah, halleluiah. ℣. Post partum virgo inuiolata permansisti, Dei genitrix intercede pro nobis, halleluiah.

Post Septuagesimam, Tractus. Gaude Maria virgo. vt in sequenti Missa.

Sequentia sancti euangelij secundùm Lucam. Luc. 2.

IN illo tpe: Pastores loquebantur ad inuicem. Transeamus vsq; Bethlehem, & videamus hoc verbum quod factũ est: quod fecit dñs: & ostendit nobis. Et venerunt festinantes: & inuenerunt Mariã & Ioseph, & infantẽ positũ in præsepio. Videntes autẽ cognouerunt de verbo quod dictũ erat illis de puero hoc. Et omnes q̃ audierũt, mirati sunt de his, q̃ dicta erãt à pastorib⁹ ad ipsos. Maria autẽ cõseruabat oĩa verba hæc cõferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores, glorificantes, laudantes Deum: in omnibus quæ audierãt, & viderant, sicut dictũ est ad illos.

Offer. Felix nãq; es sacra virgo Maria, & oĩ laude digniſſima: quia ex te ortus est sol iustitiæ Christus Deus noster.

MVneribus nr̃is, q̃s dñe, p̃cibusq̃; susceptis: & cœlestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi. Per.

Commu. Beata viscera Marię virginis, quæ portauerũt æterni patris filium. Post commu.

HÆc nos cõio dñe purget à crimine: & intercedẽte beata Dei genitrice Maria: cœle-

cœlestis remedij faciat esse cõsortes. Per eundem dominum.

A Purificatione vsque ad Pascha. Introitus.



Alue sancta parẽs enixa puerpera regẽ: qui cœlum terramq; regit ī sæcula sæculorum, haleluiah. ℣. Eructauit cor meũ verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri. Oratio.

Ps. 44.

COncede nos famulos tuos, quæsumus dñe Deus, perpetua mentis & corporis sanitate gaudere: & gloriosa beatæ Mariæ semp virginis intercessione, à pñsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia. Per do. Lectio libri Sapiẽtiæ.

Eccl. 24.

AB initio & ante sæcula creata sum: & vsq; ad futurum sęculũ non desinã: & in habitatione sancta corã ipso ministraui. Et sic in Sion firmata sum: & in ciuitate sanctificata similiter requieui: & in Ierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: & in partes Dei mei hæreditas illius: & in plenitudine sanctorum detentio mea. Grad. Benedicta & venerabilis es virgo Maria: quæ sine tactu pudoris inuenta es mater Saluatoris. ℣. Virgo Dei genitrix, quẽ totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. Haleluiah, haleluiah. ℣. Virga Iesse floruit virgo Deum, & hominẽ genuit: pacẽ Deus reddidit: in se reconcilians ima summis, Haleluiah. Post Septuagesimam, Tractus. Gaude Maria virgo, cunctas hæreses sola interemisti. ℣. Quæ Gabrielis archangeli dictis credidisti. ℣. Dum virgo Deum & hominem genuisti: & post partum virgo inuiolata permansisti. ℣. Dei genitrix intercede pro nobis.

Sequẽ. sẽcti euãg. secũdũ Lucã. cap. 11.

IN illo tẽpore. Loquente Iesu ad turbas, extollẽs vocẽ quędam mulier de turba, dixit illi. Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. At ille dixit. Quinimmo, Beati qui audiunt verbũ Dei, & custodiũt illud. Offert. Felix nãq; es sacra virgo Maria; & oĩ laude digniſſima: qa ex te ortus est sol iustitiæ, Christus Deus nr̃. Sec.

TVa dñe propitiatione, & beatæ Mariæ semper virginis intercessione: ad perpetuam atq; præsentẽ, hæc oblatio nobis proficiat prosperitatem & pacem. Per dominum.

Commu. Beata viscera Mariæ virginis, q̃ portauerunt æterni patris filium. Postcommunio.

SVmptis dñe salutis nostræ subsidijs, da q̃sumus beatę Mariæ semper virginis patrocinijs nos vbique protegi, in cuius veneratione hęc tuę obtulimus maiestati. Per dñm.

¶ A Pascha vsq; ad Pẽte. Intro.

Alue sãcta parens, enixa puerpera regem: qui cęlum terrãq́ regit in sęcula sæculorum, haleluiah. Psal. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri. Oratio.

COncede nos famulos tuos, quæsumus dñe Deus, perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere: & gloriosa beatæ Mariæ semper virginis intercessione: à præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia. Per dominum nostrũ.

Lectio libri Sapientiæ.

AB initio, & ante sæcula creata sum: & vsq; ad futurũ sæculũ non desinã: & in habitatione sancta corã ipso ministraui. Et sic ĩ Sion firmata sum: & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & ĩ Ierusalẽ potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: & in partes Dei mei hæreditas illius: & in plenitudine sanctorum detentio mea. Haleluiah, haleluiah. ℣. Virga Iesse floruit, virgo Deum & hominem genuit: pacẽ Deus reddidit: in se reconcilians ima summis, haleluiah. ℣. Aue Maria, gratia plena, dñs tecum: benedicta tu in mulieribus, Halelu. Nu. 17.

Seq. sẽti euãge. secundũ Iohan.

IN illo tempore: Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophę, & Maria Magdalenæ. Cum vidisset ergo Iesus matrem, & discipulum stantẽ quẽ diligebat, dicit matri suæ. Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eã discipulus in sua. cap 19.

Offertoriũ. Beata es virgo Maria, quæ omniũ portasti creatorẽ: genuisti qui te fecit, & in æternũ permanes virgo, haleluiah. Secre.

TVa dñe ppitiatiõe, & btẽ Mariæ semp virginis intercessione: ad ppetuã atq; prę sentẽ hęc oblatio nobis, pficiat prosperitatẽ & pacem. Per do. Beata viscera Mariæ virginis,

quæ

quæ portauerunt æterni patris filium, haleluiah. Postcõmu.

SVmptis dñe salutis nostræ subsidium: da, qs, beatæ Mariæ semper virginis patrocinijs nos vbique protegi: in cuius veneratione hæc tuę obtulimus maiestati. Per dñm.

¶A Pentecoste vsque ad Aduentum. Introitus.

SAlue sancta parens enixa puerpera regẽ: qcœlũ terrãq; regit in sæcula sæculorum. Psal. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri. Oratio.

CÕncede nos famulos tuos, qsumus domine Deꝰ, perpetua mẽtis & corporis sanitate gaudere: & gloriosa beatæ Mariæ semper virginis intercessione, à præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia. Per dominum nostrũ.

Lectio libri Sapientiæ.

Eccl. 24. AB initio & ante sæcula creata sum: & vsq; ad futurum sæculum non desinam: & in habitatione sancta corã ipso ministraui. Et sic in Sion firmata sum: & ĩ ciuitate sanctificata similiter requieui: & in Ierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: & in partes Dei mei hæreditas illius: & in plenitudine sanctorum detentio mea.

Graduale. Benedicta & venerabilis es virgo Maria: quæ sine tactu pudoris inuenta es mater Saluatoris. ℣. Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. Haleluiah, haleluiah. ℣. Post partum, virgo inuiolata permansisti: Dei genitrix intercede pro nobis, haleluiah.

Sequentia sancti euangelij secundùm Lucam. cap. 11.

IN illo tempore. Loquente Iesu ad turbas, extollens vocem quędam mulier de turba, dixit illi. Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. At ille dixit. Quinimmo, beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud. Offertorium. Aue Matia, gratia plena, dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Secreta.

TVa dñe propitiatione, & beatæ Marię semper virginis intercessione: ad perpetuam atque præsentem hæc oblatio nobis proficiat prosperitatem & pacẽ. Per dominũ.

Cõmunio. Beata viscera Mariæ virginis, quæ portauerunt æterni patris filium. Postcom.

SVmptis domine salutis nr̃ę subsidijs, da q̃s beatæ Mariæ semp virginis patrocinijs nos vbiq; protegi, in cuius veneratione hæc tuæ obtulimus maiestati. Per dominum nr̃m.

ALIÆ MISSÆ VOTIVÆ pro diuersis quacũque die dicendæ, nisi fuerit Dominica, vel officium duplex quæ tamen passim non dicautur nisi vrgenti de causa, vt supra dictum est de alijs missis votiuis.

Missa pro quacunque necessitate. Introitus.

ps 77. SAlus pop̃uli ego sum, dicit dñs, de quacunque tribulatione clamauerint ad me, exaudiã eos: & ero illorũ dñs in perpetuũ. ps. Attendite populo meus legem meam: inclinate aurẽ vestram in verba oris mei. ℣. Gloria patri, & filio, & spũi. Oro.

INeffabilem misericordiam tuam domine nobis clemẽter ostende: vt simul nos, & a peccatis omnibus exuas, & a pęnis quas pro his meremur, eripias. Per dominum nostrũ Iesum Christum filium tuum.

Lectio Ieremiæ prophetæ.

SI iniquitates nostræ contẽderint contra nos: Domine fac propter nomen tuum: qm̃ multæ sunt auersiones nostræ. Tibi peccauimus, expectatio Israel, saluator eius in tempore tribulationis. Tu autem in nobis es domine, & nomen tuum inuocatum est sup nos: ne derelinquas nos domine Deus noster. Graduale.

LIberasti nos Dñe ex affligentibus nos: & eos qui nos oderunt, cõfudisti. ℣. In Deo laudabimur tota die, & nomini tuo cõfitebimur ī scla. Halah, halah. ℣. Propitiꝰ esto dñe peccatis nr̃is: nequãdo dicãt gentes, vbi est Deus eorum? halah. Tpe Paschali omittitur Graduale, & additꝰ sequens versus. Exultabo, & lætabor in̄ misericordia tua: quoniam respexisti humilitatem meam, saluasti de necessitatibus animam meam, Haleluiah.

Post Septuagesimam. Tractus.

De necessitatibus meis eripe me domine: vide humilitatem meam, & laborem meũ: & dimitte oĩa peccata mea. ℣. Ad te dñe leuaui aĩam meã: Deus meus in te confido, non erubescã, neq; irrideant me inimici mei.

mei. ℣. Etenim vniuersi qui te expectant, non confundent: cõfundantur oẽs facientes vana. Seq. sc̃ti euãg. secundũ Marcũ.

cap. 11. IN illo tpe: Dixit Iesus discipulis suis. Habete fidẽ Dei, Amẽ dico vobis: qa qcũq; dixerit huic mõti. Tollere, & mittere in mare, & nõ hæsitauerit in corde suo, sed crediderit: qa quodcunq; dixerit: fiat fiet ei. Propterea dico vobis: oĩa q̃cũque orãtes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis. Offer. Si ambulauero ĩ medio tribulationis, viuificabis me dñe: & sup irã inimicorũ meorũ extẽdes manuũ tuã, & saluũ me fecit dextera tua. Secreta.

PVrificet nos dñe q̃s muneris pñtis oblatio: & dignos sacra participatione perficiat. Per do. Cõio. Memẽto verbi tui seruo tuo dñe, in quo mihi spem dedisti: hæc me cõsolata est in humilitate mea. Postcõ.

PRæsta q̃s dñe: vt terrenis affectibus expiati, ad supni plenitudinẽ sacramẽti, cui⁹ libauimus sancta, tẽdamus. p.

¶ Missa pro peccatis. Introit⁹.

ps 56. MIsereris omniũ dñe, & nihil odisti eorũ quę fecisti: dissimulans peccata hominũ propter pęnitentiam, & parcens illis, qa tu es dñs Deus nr̃ ps. Miserere mei Deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea ℣. Gloria patri. Oratio.

EXaudi q̃s dñe supplicũ preces, & cõfitentium tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus, & pacem. Per dominum nr̃m.

Lectio epistolæ B. Pauli Apostoli ad Romanos.

cap. 7. FRatres: Condelector legi Dei secundũ interiorẽ hominẽ. Video aũt aliã legẽ ĩ mẽbris meis, repugnantẽ legi mẽtis meæ: & captiuantẽ me ĩ lege peccati, q̃ est ĩ mẽbris meis. Infelix ego homo, qs me liberabit de corpore mortis huius? Gr̃a Dei p Iesum Chr̃m Dominũ nostrũ. Grad. Propitius esto domine peccatis nostris, nequando dicant gẽtes, vbi est De⁹ eorũ? ℣. Adiuua nos De⁹ salutaris noster, & propter honorẽ nominis tui domine libera nos. Haleluiah, haleluiah. ℣. Deus iudex iustus, fortis, & patiens: nunquid irascetur per singulos dies? haleluiah.

¶ Tpe Paschali omittit Gradual, & addit sequens ℣. Auditui meo dabis gaudiũ & lętitiã, & ps 50 exultabũt ossa humiliata, hal.

Post Septuagestmam. Tractus.

ps. 129. De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi vocē meam. ℣. Fiant aures tuæ intē dentes in orationem serui tui. ℣. Si iniquitates obseruaueris domine, dñe quis sustinebit?

cap. 11. Seq. sc̄ti euang. secūdū Lucam.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Petite, & dabitur vobis: quæritæ, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Quis autē ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidē dabit illi? Aut piscem: nunquid serpentē pro pisce dabit illi? Aut si petierit ouum: nunquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis pater de cęlo, dabit spiritū bonum petentibus se? Offertor.

ps. 26. Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te perueniat. Secreta.

HOstias tibi domine placationis, & laudis offerim⁹: vt delicta nostra miseratus absoluas, & nutantia corda tu dirigas. Per do. Communio.

Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperiet vobis: oīs enim qui petit, accipit: & qui q̄rit, inuenit: & pulsanti aperietur, hal. Postcom.

PRęsta nobis æterne saluator: vt pcipiētes hoc munere veniam peccatorum, deinceps peccata vitem⁹. Per do.

Missa pro eligēdo summo Pōtifice sede vacante dicitur de Spiritu sancto, vel vt sequitur.

Introitus.



VScitabo mihi sacerdotem fidelē, q iuxta cor meū & animam meam faciet, & ædificabo ei domum fidelem, & ambulabit coram Christo meo cunctis diebus. ps. Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nūc, & semper, & in sęcula sęculorum. Amen. Oratio.

SVpplici domine hūmilitate deposcimus: vt sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cōcedat pontificem illum tua immensa pietas: qui & pio in nos studio semper tibi placat⁹, & tuo populo pro salubri regimine sit assidue ad gloriā tui nominis reuerendus. Per dominum nostrum Iesum Christum. &c.

Lectio

Lectio epistolæ B. Pauli Apostoli ad Hebræos.

FRatres: Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius: vt misericordiam consequamur & gratiam inueniamus ī auxilio opportuno. Omnis namque pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus cōstituitur in his q̄ sunt ad Deum: vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis. Qui condolere possit his qui ignorant & errant: qm̄ & ipse circundatus est infirmitate. Et ꝓpterea debet, quēadmodū & pro populo: ita & pro semetipso offerre ꝓ peccatis. Nec q̄squā sumit sibi honorē: sed q̄ vocat̄ a Deo, tanq̄ Aarō. Sic & Christus nō semetipsum clarificauit vt pōtifex fieret: sed q̄ locutus est ad
ps 2. eū: Filius me⁹ es tu, ego hodie genui te. Quēadmodū & ī alio
ps 109. loc dicit. Tu es sacerdos in ęternum, secūdū ordinē Melchisedech. Qui ī diebus carnis suæ, preces, supplicationesq̄; ad eū, qui possit eum saluum facere à morte cum clamore valido & lacrymis offerēs, exauditus est pro sui reuerentia. Gradua. Pontifex sacerdos magnus inter fratres suos, sup cuius caput fusum est vnctionis oleū, & cuius manus in sacerdotio consecratæ sunt, vestitusq̄; est sanctis vestibus: debuit per oīa fratribus similari. ℣. Vt misericors fieret & fidelis pontifex ad Deū, vt repropitiaret debita populi. H alah, halelu. ℣. Sacerdos sit sctūs, sicut ego sū dns, qui sanctifico vos, halelu.

Tpe Paschali omittitur Graduale, & addit̄ sequens versus.

Ego sum pastor bonus, & co- Leu. 1.
gnosco oues meas, & cognoscunt me meæ, haleluiah.

Post Septuagesimam, Tractus.

Surge dne ī requiē tuā, tu, & ps 131.
arca sctificationis tuæ. ℣. Sacerdotes tui induātur iustitiā, & scti tui exultatione exultabunt. ℣. Propter Dauid seruū tuū nō auertas faciē Chri tui.

Seq sctī euāge. secūdū Iohānē. cap. 14.

IN illo tpe: Dixit Iesus discipulis suis. Si diligitis me, mandata mea seruate. Et ego rogabo patrem, & alium paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, spiritū veritatis quē mundus non potest accipere, quia non videt eum nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum: quia apud vos manebit, & in vobis erit. Non relinquā vos orphanos: veniā ad vos. Adhuc modicū,

& mun-

& mundus iam me non videt. Vos autem videbitis me: quia ego viuo, & vos viuetis.

Offertorium. Non participẽtur sancta, donec exurgat pontifex oblẽsione, & veritate. Sec.

TVæ nobis dñe abundãtia pietatis indulgeat: vt per sacra munera, quæ tibi reuerenter offerimus, gratum maiestati tuæ Põtificẽ sanctæ matris Ecclesiæ regimini præesse gaudeamus. Per dñm. Cõmu.

VEste sancta vtetur põtifex, q̃ fuerit cõstitutus, & q̃ ingredietur tabernaculũ testimonij, vt ministret in sanctuario Postc.

PRetiosi corporis, & sanguinis tui nos dñe sacramẽto refectos, mirifica tuę gratia maiestatis de illius summi Pontificis cõfessione lætificet: qui & plebẽ tuã virtutibus instruat, & fidelium mentes spiritualium aromatum odore perfundat. Qui viuis & regnas cum Deo.

¶ In die creationis & coronationis Papæ, & eiusdẽ diei anniuersario, dr̃ Missa vt ĩ Cathedra beati Petri. 233. cũ oõne. De⁹ om. fid. 307. omissis oõnibus Sanctorũ Petri & Pauli.

¶ In Anniuersario creationis ep̃i dr̃ sequẽs Missa. Introitus. Sacerdotes tui. de cõi confess. põtif. 279. omissa oõne festi, cuius loco dr̃ oõ. De⁹ om. fid. sicut pro Papa, & vbi dr̃ Ecclesiæ tuę p̃esse voluisti. nominet ecclesiam cui præest, dicens, ecclesiæ N. vel huic p̃esse voluisti. Epist. dr̃ Omnis põtifex. de cõi cõfessoris pontifi. 280. & Euangel. Videte, vigilate, & orate. de eodẽ cõmuni. 280.

¶ Missa ad tollendũ Schisma, vel pro quacunque necessitate Ecclesiæ. Introitus.

SAluos nos fac, domine De⁹ noster: & cõgrega nos de nationibus: vt cõfiteamur nomini sancto tuo, & gloriemur in laude tua. ps. Confitemini domino, qm̃ bonus, qm̃ ĩ sæculũ misericordia eius. ℣. Gloria patri. Oratio. ps 105.

DEus qui errata corrigis, & dispersa congregas, & congregata conseruas: q̃s, super populũ Christianum tuæ vnionis gratiam clemẽter infunde: vt diuisione reiecta, vero pastori ecclĩæ tuæ se vniens tibi digne valeat famulari. Per. Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Ephesios.

FRatres. Obsecro vos, vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni humi-

humilitate & mansuetudine, cum patientia, supportantes inuicem in charitate: soliciti seruare vnitatẽ spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus, & vnus spiritus: sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Vnus dominus, vna fides, vnũ baptisma. Vnus Deus, & pater omnium, qui est super omnes: & per omnia, & in omnibus nobis. Vnicuique autem nostrum data est gratia secũdùm mẽsuram donationis Christi: donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ętatis plenitudinis Christi, vt iam non simus parauuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinę in nequitia hominum, in astutia ad circunuentionem erroris. Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo p omnia, q est caput, Christus: ex quo totum corpus compactum & cõnexum per omnem iuncturam subministrationis, secundùm operationẽ in mensuram vniuscuiusq; membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate. Hoc igitur dico & testificor in domino: vt iam non ambuletis sicut & gentes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei per ignorantiam, quæ est in illis propter cęcitatem cordis ipsorum. Qui desperantes, semetipsos tradiderũt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam. Vos autem non ita didicistis Christũ: si tamen illum audistis, & in ipso edocti estis: sicut est veritas in Christo Iesu domino nostro. Graduale. R ogate quæ ps. 121. ad pacem sunt Ierusalem: & abundantia diligentibus te. ℣. Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. H aleluiah, haleluiah. ℣. Lauda Ierusalem dominum, lauda Deum tuum Sion, haleluiah. ¶ Tempore Paschali omittitur Graduale, & additur sequẽs ℣. Qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te, Haleluiah.

Post Septuagesimam, Tractus. Notus in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius. ps. 75. ℣. Et factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion. ℣. Ibi confregit potentias, arcum, scutum, gladium, & bellum.

Sequentia

Sequentia sancti euangelij secundùm Iohannem.

ca. 25. IN illo tempore: Subleuatis Iesus oculis in cęlum, dixit: Pater sancte, serua eos in noīe tuo quos dedisti mihi: vt sint vnum, sicut & nos. Cum essē cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, ego custodiui: & nemo ex eis perijt, nisi filius pditionis, vt scriptura impleretur. Nunc aūt ad te venio: & hæc loquor in mundo, vt habeant gaudiū meum impletum, in semetipsis. Ego dedi eis sermonē tuū: & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mūdo, sicut & ego non sum de mūdo. Nō rogo vt tollas eos de mūdo: sed vt serues eos a malo. De mūdo non sunt: sicut & ego non sum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus, veritas est. Sicut tu me misisti in mundū, ita & ego misi eos in mundū: & pro eis ego sanctifico meipsum: vt sint & ipsi sanctificati iñ veritate. Non pro eis autem rogo tantùm, sed & pro eis q̄ credituri sunt p verbū eorū in me: vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te: vt & ipsi in nobis vnum sint, vt credat mūdus, quia tu me misisti. Et ego claritatem, quā dedisti mihi, dedi eis: vt sint vnū, sicut & nos vnum sumus. Ego in eis, & tu ī me: vt sint cōsummati in vnū. Offer. D et vobis Deus idipsum sapere in alterutrū, vt vnanimes, vno ore, honorificetis Deū nr̄m. Ro. 15. Secreta.

MVnera hæc pro vnione populi Christiani tibi dñe oblata sanctifica: per quæ vnitatis & pacis in ecclesia tua nobis dona concede. Per dñm nostrum. Commu. V nus panis & vnū corpus multi sum⁹, oēs q̄ de vno pane & de vno calice participamus. 1. co. 10. Postcom.

HÆc tua dñe sumpta sacra cōio, sicut fidelium ī te vnionē præsignat: sic in tua ecclesia vnitatis quæsumus operetur effectum. Per dñm.

¶ Missa contra Paganos. Intro.

EXurge, quare obdormis dñe? exurge, & ne repellas ī finem: quare faciē tuam auertis? obliuiscēris tribulationem nostram? adhæsit in terra venter noster: exurge domine, adiua nos, & libera nos. ps. Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annūciauerunt nobis. ℣. Gloria patri, & filio, &c. ps. 43. Oratio.

O mni-

OMnipotens sempiterne Deus, in cuius manu sunt omniũ potestates, & oĩum iura regnorũ, respice in auxiliũ Christianorum: vt gentes paganorũ, q̃ in sua feritate cõfidũt, dexteræ tuæ potentia conterantur. Per do. Epist. In dieb⁹ illis: Orauit Mardochæus ad dominum dicens. in feria iiij. post ij. Dominicã Quadrag. folio 46.

ps 12. Gradua. Sciant gẽtes, quoniã nomẽ tibi Deus: tu solus altissimus super omnẽ terã. ℣. De⁹ meus pone illos vt rotã, & sicut stipulam ante faciem vẽti. Halah, halelu. ℣. Excita dñe potentiam tuam, & veni: vt saluos facias nos, Haleluiah.

¶ Tpe Paschali omittitur Graduale, & additur sequẽs ℣sus.

ps 79. Deus virtutũ cõuertere, respice de cęlo, & vide, & visita vineã istã: & perfice eam quam plantauit dextera tua, Haleluiah.

Post Septuagesimam. Tractus.

ps 78. Adiuua nos Deus salutaris nr̃, & pp gloriã noĩs tui dñe libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. ℣. Ne forte dicant in gentibus, vbi est Deus eorũ? & innotescat coram oculis nostris. ℣. Vltio sanguinis seruorũ tuorum qui effusus: intret in conspectu tuo gemitus cõpeditorum. Euang. Quis vestrum habebit amicũ. vt in Rogationibus. folio 156.

Offer. Populum humilem saluum facies, & oculos superborũ humiliabis: qm̃ quis Deus præter te domine? ps 17. Secreta.

SAcrificiũ dñe, quod immolamus intende: vt propugnatores tuos ab oĩ eruas paganorũ nequitia, & in tuæ protectionis securitate constituas. p.

Cõio. In salutari tuo aĩa mea, & ĩ verbũ tuũ speraui: qm̃ facies de persequẽtibus me iudiciũ? iniqui persecuti sunt me, adiua me dñe Deus meus. ps 24. Postcõ.

PRotector nr̃ aspice Deus, & propugnatores tuos, a paganorũ defende periculis: vt, ab omnibus perturbationibus semoti, liberis: tibi mẽtib⁹ seruiant. Per dominum nostrum.

¶ Missa tempore belli. Introit⁹.

REminiscere miserationũ tuarũ dñe, & misericordiæ tuę, q̃ a sæculo sunt: ne vn quã dominẽtur nobis inimici nostri, libera nos Deus Israel ex omnibus angustijs nostris. ps. Ad te domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido non erubescam. ps 118. ℣. Gloria patri, & filio, & spũi. Oratio.

Deus

DEus qui conteris bella, & impugnatores in te ſperantium potẽtia tuæ defenſionis expugnas: auxiliare famulis tuis īplorãtibus miſericordiã tuã: vt omnium inimicorũ ſuorũ feritate depreſſa, inceſſabili te gratiarum actione laudemus. Per dominum noſtrũ.

Lectio Ieremiæ prophetæ. 24.cap.

IN dieb⁹ illis: Acceſſerũt omnes principes bellatorum: dixeruntq; ad Ieremiam prophetã. Ora pro nobis ad dñm Deũ tuũ. Et factũ eſt verbũ dñi ad Ieremiã. Vocauitq; Iohanã filiũ Careæ, & oẽs principes bellatorũ, & vniuerſum populũ à minimo vſque ad magnũ. Et dixit ad eos. Hæc dicit dominus De⁹ Iſrael ad quẽ miſiſtis me, vt proſternerem preces veſtras in conſpectu eius. Si quieſcentes manſeritis in terra hac, ædificabo vos, & non deſtruã: plantabo, & non euellam. Iam enim placatus ſum ſuper malo, quod feci vobis. Nolite timere a facie regis Babylonis, quem vos pauidi formidatis. Nolite metuere eum, dicit dominus: quia vobiſcũ ſum ego, vt ſaluos vos faciam, & eruam de manu ei⁹. Et dabo vobis miſericordias, & miſerebor vĩi: & habitare vos faciam in terra veſtra: Dicit dominus oīpotẽs.

Grad. Tu es De⁹, qui facis mirabilia ſolus: notam feciſti in gentibus virtutem tuam. ℣. Liberaſti in brachio tuo populũ tuũ: filios Iſrael & Ioſeph. Haleluiah, haſah. ℣. Eripe me de inimicis meis Deus me⁹: & ab īſurgẽtib⁹ ī me libera mę, Haſ. ps. 76.

¶ Tpe Paſchali omittitur Graduale, & additur ſequẽs ℣ſus. Ego aũt cãtabo fortitudinem tuam: & exaltabo mane miſericordiam tuam, Haleluiah. ps. 102.

Poſt Septuageſimam. Tractus. Dñe non ſecundũ peccata noſtra, q̃ fecimus nos, neq; ſecundũ iniq̃tates nr̃as retribuas nobis. ℣. Dñe ne memineris iniq̃tatũ nr̃arũ antiquarũ: cito anticipẽt nos miſericordiæ tuæ, q̃a pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter: & propter gloriam nominis tui domine libera nos, & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

Sequentia ſancti euangelij ſecundùm Matthæum. cap.16

IN illo tpe: Acceſſerunt ad Ieſum diſcipuli ſecreto dicentes. Dic nobis, q̃n hæc erunt? & quod ſignum aduentus tui & conſummationis ſæculi? Et reſpondens

spondens Iesus, dixit illis. Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nõie meo, dicẽtes, Ego sum Christus: & multos seducent. Audituri eñ estis prælia, & opiniones præliorũ. Videte ne cõturbemini. Oportet enim hæc fieri: sed nõdum est finis. Consurget enim gens in gentem, & regnũ in regnũ: & erunt pestilentiæ, & fames, & terrę motus per loca. Hæc autem omnia, initia sunt dolorũ. ℣. 17. Offer. Populum humilẽ saluũ facies dñe, & oculos superborũ humiliabis: quoniã quis Deus præter te domine? Secreta.

SAcrificium dñe quod immolamus, intẽde placatus: vt ab oĩbus nos eruat bellorũ nequitijs, & in tuæ protectionis securitate cõstituat. Per dominum nostrũ Iesum Chrm. ℣. 39. Commu. Inclina aurem tuã, accelera, vt eruas nos. Postcõ.

DEus regnorum omnium, regumq; dominator: qui & nos percutiendo sanas, & ignoscendo conseruas: prætende nobis misericordiã tuã: vt tranquillitate pacis tua potestate seruata, ad remedia correctionis vtamur. Per dominũ nostrum Iesum Christum filiũ tuum. Qui tecum viuit, &c.

Missa pro pace. Introitus

DA pacem dñe sustinẽtibus te, vt prophetæ tui fideles inueniant: exaudi preces serui tui, & plebis tuæ Israel. ecc. 36. ℘s. Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi: in domũ Domini ibimus. ℣. Gloria patri, & filio, &c. Oratio.

DEus, a quo sancta desideria, recta consilia, & iusta sunt opera: da seruis tuis illam quam mundus dare nõ potest pacem: vt & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostiũ sublata formidine, tẽpora sint tua protectione tranquilla. Per do.

Lectio libri Machabęorum.

IN diebus illis. Orationẽ faciebant sacerdotes, dũ offerrent sacrificium pro populo Israel: Ionatha inchoante, cæteris autem respõdentibus, & dicẽtibus. Benefaciat vobis Deus, & meminerit testamenti sui, quod ad Abraham, Isaac, & Iacob locutus est seruorum suorum fidelium: & det vobis cor oĩbus vt colatis eum, & faciatis eius volũtatem. Adaperiat cor vestrum in lege sua, & in præceptis suis: & faciat pacẽ. Exaudiat orationes vestras, & reconcilietur vobis: nec vos deserat in tpe malo, Dñs Deus vester.

Grad.

Grad. Rogate quæ ad pacem
ps 121. sunt Ierusalem, & abundantia diligentibus te. ℣. Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis. Haleluiah, haleluiah. ℣. Lauda Ierusalē dñm, lauda Deū tuum Sion, Halah.

¶ Tpe Paschali omittitur Graduale, & additur sequés ℣sus.

ps 147. Qui posuit fines tuos pacē: & adipe frumēti satiat te. Halah.

Post Septuagesimam, Tractus.

ps 75. Notus in Iudæa Deus: in Israel magnum nomen eius. ℣. Et factus est in pace locus eius: & habitatio eius in Sion. ℣. Ibi confregit potentias: arcum, scutū, gladium, & bellum.

Sequentia sancti euangelij secundum Iohannem.

cap. 20. IN illo tempore. Cum sero esset die illo, vna sabbathorum: & fores essent clausæ, vbi erant discipuli congregati pp metum Iudæorum venit Iesus, & stetit in medio, & dicit eis. Pax vobis. Et cum hoc dixisset, ostendit ei manus & latus. Gauisi sunt ergo discipuli viso domino. Dicit ergo eis iterū. Pax vobis. Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Hæc cū dixisset, insufflauit: & dixit eis. Accipite spiritū sanctum. Quorū remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Offertorium.

ps 134. Laudate dominum: quia benignus est: psallite nomini eius: quoniā suaue est: omnia quæcunque voluit fecit in cœlo, & in terra. Secreta.

DEus, qui credētes in te populos nullis finis concuti terrorib⁹: dignare preces & hostias dicatæ tibi plebis suscipere: vt, pax a tua pietate cōcessa, christianorum fines, ab oī hoste faciat esse securos. p. Cōio.

PAcem meam do vobis: pacem meā relinquo vobis. Postcom.

Io. 14. DEus auctor pacis, & amator: quē nosse, viuere: cui seruire regnare est: protege ab omnibus ipugnationibus supplices tuos: vt qui in defensione tua confidimus, nullius hostilitatis arma timeam⁹. Per d.

¶ Missa pro vitanda mortalitate. Introitus.

2. Reg. 24. ECordare domine testamenti tui, & dic angelo percutienti, cessat iam manus tua, & nō desoletur terra, & ne perdas omnem animā viuentem. ps. Qui regis Israel, ps 79. intende: qui deducis velut ouē, Ioseph. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Sicut. Oro.

Deus

DEus, qui nõ mortem, sed pœnitẽtiá desideras peccatorũ: populũ tuũ ad te reuertentẽ propitius respice: vt, dũ tibi deuotus exiſtit, iracundiæ tuæ flagella ab eo amoueas. p.

1.Re.2. Lectio libri Regum.

IN diebus illis. Immiſit dñs peſtilentiá in Iſrael de mane, vſq; ad tẽpus cõſtitutũ: & mortui ſunt ex populo, à Dan vſq; Berſabee, ſeptuaginta millia virorum. Cumque extendiſſet manum ſuam angelus dñi ſuper Ieruſalem, vt diſperderet eã: miſertus eſt dñs ſuper afflictionem populi ſui, & ait Angelo percutienti. Sufficit nunc. Contine manũ tuam. Erat autem Angelus dñi iuxta aream Areuna Iebuſæi. Dixitq́ue Dauid ad dñm, cũ vidiſſet angelũ cedentẽ populũ. Ego ſum qui peccaui: ego, qui inique egi. Iſti q̃ oues ſunt, quid fecerunt? Vertatur obſecro manus tua cõtra me: & contra domũ p̃ris mei. Venit autẽ Gad propheta ad Dauid ĩ die illã, & dixit ei. Aſcende, & cõſtitue altare domino in area Areuna Iebuſæi. Et aſcẽdit Dauid, iuxta ſermonem Gad, quem præceperat ei dñs. Et ꝓpitiatus eſt dñs terræ, & cohibita eſt plaga ab Iſrael.

M.R.N.

Grad. M iſit dñs verbũ ſuum, & ſanauit eos: & eripuit eos de morte eorum. ℣. Cõfiteantur dño miſericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum. H aleluiah, halelu. ℣. Saluum me fac Deus: qm̃ intrauerunt aquæ vſq; ad animã meã. Hal. ¶ Tpe Paſchali Graduale omittitur, & additur ſequẽs ℣. Saluabo populum meũ Iſrael in die malo: & ero eis in Deum, in veritate & iuſtitia, Haleſah. Poſt Septuageſimam, Tractus. D ñe, non ſecundũ peccata nostra, quæ fecimus nos: neq; ſecundũ iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Dñe ne memineris iniquitatum noſtrarũ antiquarũ: cito anticipent nos miæ tuæ, q̃a pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos Deꝰ ſalutaris noſter: & pp gloriam nominis tui dñe libera nos, & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum. Euang. S urgens Ieſus de ſynagoga introiuit in domum Simonis. In feria v. Dñicę iij. Quadr. 55. Offerto. S tetit Pontifex inter mortuos, & viuos, habens thuribulum anreum in manu ſua, & offerẽs incenſi ſacrificium: placauit iram Dei, & ceſſauit quaſſatio à domino. Secreta.

SVbueniat nobis dñe sacrificij prę̃sentis oblatio: quæ nos, & ab erroribus vniuersis potenter absoluat, & a totius eripiat perditionis ĩcursu. Per dominum nr̃m. Communio.

Io.9. MUltitudo languentium, & q̃ vexabantur a spiritibus immũdis veniebãt ad eum: quia virtus de illo exhibat, & sanabat omnes. Postcommunio.

EXaudi nos Deus salutaris noster: & populum tuũ ab ĩracundiæ tuæ terroribus liberum, misericordiæ tuæ fac largitate securum. Per dominũ.

¶ Missa pro ĩfirmis. Introitus.

ps 54. EXaudi Deus orationem meã, & ne despexeris deprecationem meam: intende in me, & exaudi me. ps. Cõtristat⁹ sum in exercitatione mea, & cõturbatus sum a voce inimici, & a tribulatiõe peccatoris. ℣. Gloria patri, & filio, &c. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, salus ę̃terna credẽtium, exaudi nos pro famulis tuis infirmis, pro quibus misericordiæ tuæ imploramus auxiliũ: vt reddita sibi sanitate, gratiarũ tibi in ecclesia tua referant actiones. Per dominum nostrum Iesum Christum.

Lectio epistę̃ B. Iacobi Apostoli. cap. 5.

FRatres: Tristat' aliquis vestrum? oret. Æquo animo est? psallat. Infirmat' quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo ĩ nõie dñi. Et oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eũ dñs: &, si ĩ peccatis fuerit, dimittentur ei. Cõfitemini ergo alterutrũ peccata vestra: & orate pro inuicem, vt saluemini. Grad. Miserere mei dñe, qm̃ ĩfirmus sum: sana me domine. ps 6. ℣. Conturbata sunt oĩa ossa mea, & anima mea turbata est valde. H aleluiah. ps 101. ℣. Dñe exaudi or̃onẽ meã, & clamor me⁹ ad te veniat, hal'. Versus Tpe Paschali, & Tract⁹ post Septuag. vt supra in missa tempore belli. 304. Euange. CVm ĩtroisset Iesus Capharnaũ. vt in feria v. post cin. 33. Offer. EXaudi deus orationem meã, & ne despexeris deprecationẽ meam: intende in me, & exaudi me. Secreta.

DEus, sub cuius nutibus vitæ nostræ momenta decurrunt, suscipe preces & hostias famulorum tuorum, pro quibus ægrotantibus misericordiam tuam imploramus: vt de quorum periculo metuimus, ps 75.

tuimus, de eorum salute lætemur. Per dominum. Commu. Illumina faciem tuam super seruum tuũ, & saluum me fac in tua misericordia domine: non confundar, quoniam inuocaui te. Postcommunio.

DEus infirmitatis humanæ singulare præsidiũ: auxilij tui super infirmos famulos tuos ostende virtutem: vt, ope misericordię tuæ adiuti, ecclesiæ tuæ sanctæ incolumes repsentari mereantur. Per.

¶ Missa pro spõso & spõsa. Int.

DEus Israel cõ iungat vos, & ipse sit vobiscum, qui misertus est duob⁹ vnicis, & nunc domine fac eos plenius benedicere te. Psalm. 127. Beati omnes qui timent dominum: qui ambulant in vijs eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui tam excellenti mysterio coniugalem copulam consecrasti, vt Christi & ecclesiæ sacramentum præsignares in fędere nuptiarum: præsta quæsumus, vt quod nostro ministratur officio, tua benedictione potius impleatur. Per eundem dominum.

Lectõ epistolæ beati Pauli apostoli ad Ephesios. cap. 5.

FRatres: Mulieres viris suis subditę sint, sicut domino: qm̃ vir caput est mulieris: sicut Christus caput est ecclesiæ. Ipse, saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est Christo: ita & mulieres viris suis in omnibus. Viri, diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret: mundans eã lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi glorioſam Ecclesiã, non habentẽ maculã, aut rugã, aut aliquid huiusmodi: sed vt sit sancta & immaculata. Ita & viri debent diligere vxores suas vt corpora sua. Qui suam vxorem diligit, seipsum diligit. Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit: sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus Ecclesiam. Quia membra sumus corporis eius de carne ei⁹: & de ossib⁹ eius. Propter hoc, relinquet homo patrem & matrem suam: & adhærebit vxori suæ. Et erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnũ est. Ego autẽ dico in Christo & in Ecclesia. Veruntamen & vos singuli, vnusquisq; vxorẽ suã

ſicut ſeipſum diligat: vxor autẽ timeat virum ſuum. Grad.

ps 127. Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. ℣. Filij tui ſicut nouellæ oliuarũ in circuitu menſæ tuæ. Halah, haleluiah. ℣. Mittat vobis dominus auxilium de ſancto: & de Sion tueatur vos, haleluiah.

¶ Tpe Paſchali omiſſo Grad. addit̃ ſequens ℣. Bñdicat vobis dñs auxilium de ſancto, & de Sion tueatur vos, haleluiah.

Poſt Septuageſimam, Tractus.

ps 127. Ecce ſic bñdicetur omnis homo, qui timet dñm. ℣ Bñdicat tibi dñs ex Siõ: & videas bona Ieruſalẽ omnibus diebus vitæ tuæ. ℣. Et videas filios filiorũ tuorum: pax ſuper Iſrael.

Sequentia ſancti euangelij ſecundùm Matthæum.

cap. 19. IN illo tempore: Acceſſerunt ad Ieſum phariſæi tentantes eum, & dicentes. Si licet homini dimittere vxorem ſuã quacunque ex cauſa? Qui reſpondens, ait eis. Non legiſtis, quia qui fecit hominem ab initio, maſculum & fœminam fecit eos? Et dixit. Propter hoc, relinquet homo patrẽ & matrẽ, & adhærebit vxori ſuæ: & erunt duo in carne vna. Itaq; iã non ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergo Deus cõiũxit, hõ ñõ ſeparet. Offerto. In te ſperaui dñe: dixi, tu es Deus meus in manibus tuis tempora mea. Secre.

SVſcipe, quęſumus dñe, pro ſacra cõnubij lege munus oblatum: & cuius largitor es muneris, opis eſto diſpoſitor. p.

¶ Dicto Pater noſter. Sacerdos antequã dicat Libera nos qs dñe. Stás in cornu epiſtolæ, verſus ſpõſum & ſpõſam ante altare genibus flexos, dicit ſup eos ſequẽtẽ orationẽ. Orem⁹.

PRopitiare dñe ſupplicationibus noſtris: & inſtitutis tuis quibus propagationẽ humani generis ordinaſti, benignus aſſiſte: vt quod te auctore iungitur, te auxiliante ſeruetur. Per dominum. Oremus.

DEus, qui poteſtate virtutis tuæ de nihilo cuncta feciſti: qui diſpoſitis vniuerſitatis exordijs, homini ad imaginem Dei facto ideo inſeparabile mulieris adiutoriũ condidiſti: vt, fęmineo corpori de virili dares carne principiũ, docẽs quod ex vno placuiſſet inſtitui nunquã licere diſiungi. Deus, qui tam excellenti myſterio coniugalẽ copulã conſecraſti: vt Chriſti & eccleſiæ ſacramentum præſignares in fę-

dere

dere nuptiarum. Deus, p quē mulier iungitur viro, & societas principaliter ordinata, ea bñdictione donat, q̄ sola nec p originalis peccati pœnā, nec p diluuij est ablata īniam. Respice propitius super famulam tuā, q̄ maritali iungenda consortio, tua se expetit, protectione muniri. Sit in ea iugū dilectionis & pacis: fidelis & casta nubat in Christo: imitatrixq̄; sanctarū permaneat fęminarū. Sit amabilis, vt Rachel, viro suo. Sapiēs vt Rebecca. Longęua & fidelis, vt Sara. Nihil ī ea ex actibus suis ille auctor p̄uaricationis vsurpet. Nexa fidei, mandatisq̄; permaneat, vni thoro iuncta. Contactus illicitos fugiat. Muniat infirmitatē suā robore disciplinę. Sit verecūdia grauis, pudore venerabilis, doctrinis cęlestibus erudita. Sit fęcunda in sobole, sit probata & innocēs. Et ad beatorū requiē, atq; ad cœlestia regna perueniat. Et videant ambo filios filiorum suorum, vsq; ad tertiā & quartam generationem: ad optatā perueniant senectutē. Per do.

Tunc cōuersus ad mediū altaris, frāgit hostiā more solito, & prosequatur Missam. Cōmu.

Ecce sic benedicetur omnis homo, qui timet dominum: & videas filios filiorum tuorum, pax super Israel. Postcommu.

QVæsumus omps Deus, instituta prouidentiæ tuæ pio fauore comitare: &, quos legitima societate connectis, longæua pietate custodi. Per dñm. Postlte missa est.

Sacerdos antequam det benedictionem, conuersus ad spōsum & sponsam dicat.

DEus Abrahā, Deus Isaac, & Deus Iacob sit vobiscum, & ipse adimpleat benedictionem suam in vobis: vt videatis filios filiorum vestrorū, vsq; ad tertiam & quartā generationem: & postea vitā æternā habeatis sine fine, adiuuante dño nostro Iesu Christo: qui cū patre & spiritu sancto, viuit & regnat Deus, pęr omnia sæcua sæculorum. ℟. Amen.

¶ Moneat sacerdos oratione graui, vt sibimetipsis seruent fidē: Orationis tēpore: & præsertim ieiuniorum ac solennitatum casti maneant: & vir vxorē, atq; vxor virū diligat: & in timore Dei permaneant. Post eos aspergat: & det benedictionem, & dicat, vt solitum est, euangeliū sancti Iohannis. In principio erat verbum, &c.

ORATIONES

Diuersæ dicendæ in missa ad libitum Sacerdotis cũ ijs quæ in proprijs missis assignantur: quando non est duplex.

Ad poscenda suffragia sanctorum. Oratio.

CConcede, quæsum⁹ omnipotens De⁹ vt intercessio nos sanctæ Dei genitrici Mariæ, sanctorũq; omnium apostolorum, martyrũ, confessorum, atque virginum, & omniũ electorũ tuorũ, vbique lætificet: vt, dum eorũ merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per eundẽ do. Secreta.

OBlatis dñe placare muneribus: & intercedentibus oĩbus sanctis tuis: a cũctis nos defende periculis. Per. Postcõ.

SVmpsimus dñe, beatæ Mariæ semper virginis, & omnium sanctorum tuorũ memoriam recolentes, sacraméta cęlestia: præsta, quæsumus: vt, qđ temporaliter gerimus, æternis gaudijs consequamur. Per dõ.

Alia Oratio vt supra. Oratio.

ACunctis nos quæsumus domine, mentis & corporis defende periculis: & intercedente gloriosa virgine Dei genitrice Maria, cũ beatis apostolis tuis Petro & Paulo atq; beato N. & oĩbus sanctis, salutem nobis tribue benignus, & pacem: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Per eundem. Secreta.

EXaudi nos Deus salutaris noster: vt per huius sacramenti virtutem, a cunctis nos mentis: & corporis hostibus tuearis, gratiam tribuẽs in prę senti, & gloriam in futuro. Per dominum. Postcommunio.

MVndet & muniat nos, quæsumus domine, diuini sacramenti munus oblatum: & intercedente beata virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro, & Paulo, atq; beato N. & omnibus sanctis: a cunctis nos reddat: & peruersitatibus expiatos, & aduersitatibus expeditos. Per eundem dominum.

Pro omni gradu ecclesiæ. Oro.

OMnipotens sempiterne Deus, cuius spiritu totũ corpus Ecclesiæ sanctificat & regitur: exaudi nos pro vniuersis ordinibus supplicantes, vt gratię munere, ab omnibus tibi gradibus fideliter seruiatur. Per dominum nostrum. Secre.

DA famulis tuis dñe indulgentiam peccatorum, cõsolationem vitæ, & gubernatiõnẽ perpetuam: vt tibi seruiẽtes, ad tuam iugiter mĩam peruenire mereamur. Per. Postcõ.

LIbera, q̃sumus dñe a peccatis, & hostibus tibi famulos supplicantes: vt in sancta conuersatione viuẽtes, nullis afficiantur aduersis. Per do.

Pro Papa. Oratio.

DEus oĩum fideliũ pastor & rector, famulum tuum N. quem pastorẽ ecclesiæ tuæ præesse voluisti, propitius respice, da ei, quæsumus, verbo & exemplo quibus præest: proficere: vt, ad vitam, vnà cũ grege sibi credito, perueniat sempiternã. Per dominũ. Secreta.

OBlatis, q̃s dñe placare muneribus: & famuum tuũ N. quẽ pastorẽ ecclesiæ tuæ p̃esse voluisti assidua protectione guberna. Per do. Postcom.

HÆc nos, q̃s dñe, diuini sacramenti perceptio protegat: & famulũ tuum N. quẽ pastorẽ ecclesiæ tuæ esse voluisti, vnà cum cõmisso sibi grege saluet semp, & muniat. Per do.

¶Pro Imperatore. Oratio.

DEus regnorum omniũ, & Christiani maxime protector ĩperij: da seruo tuo imperatori nostro N. triũphũ virtutis tuæ sciẽter excolere: vt, q̃ tua constitutione est princeps, tuo semper munere sit potens. Per dñm nostrum. Secreta.

SVscipe dñe p̃ces, & hostias ecclesiæ tuæ pro salute famuli tui supplicantis: & in p̃tectione fidelium populorum antiqua brachij tui opare miracula: vt superaris pacis inimicis, secura tibi seruiat Christiana libertas. Per dom. Postcom.

DEus: qui ad prædicãdum æterni regis euãgelium, Romanum imperium præparasti: prætende famulo tuo imperatori nostro N. arma cęlestia: vt pax ecclesiarũ nulla turbetur tempestate bellorũ. Per.

Pro Rege. Oratio.

QVæsumus ops Deus: vt famulus tuus N. rex noster, qui tua miseratione suscepit regni gubernacula, virtutũ etiã oĩum percipiat incrementa: quibus decẽter ornatus, & vitiorum mõstra deuitare, & ad te, q̃ via, veritas, & vita es: gratiosus valeat peruenire. Per dominum nostrũ Iesum Christum filiũ. Secreta.

MVnera, q̃s domine oblata sanctifica: vt, & nobis

vnigeniti tui corp⁹ & ſanguis fiant: & regi noſtro ad obtinẽdã aiæ corporisq; ſalutẽ: & ad peragendũ iniunctũ officium, te largiente, vſquequaq; proficiant. Per eundem. Poſtcom.

HÆc dñe oblatio ſalutaris famulum tuum N. regẽ noſtrum ab oĩbus tueatur aduerſis, quatenus eccleſiaſticæ pacis obtineat tranquillitatẽ: & poſt iſtius temporis decurſum, ad æternam perueniat hæreditatem. Per dominum.

Pro Prælatis, & congregationibus eis commiſſis. Oratio

OMnipotens ſempiterne De⁹, qui facis mirabilia magna ſolus: prætende ſuper famulos tuos & ſuper congregationes illis commiſſas: ſpiritum gratię ſalutaris: & vt in veritate tibi placeãt, perpetuum eis rorẽ tuæ benedictionis infunde. Per dominum. Secreta.

HOſtias dñe famulorũ tuorum placatus intende: & quas in honorem nominis tui deuota mente pro eis celebramus, proficere ſibi ſentiant ad medelam. Per. Poſtcommu.

QVos cœleſti recreas munere, ꝑpetuo Dñe comitare ꝓſidio: &, quos fouere nõ deſinis, dignos fieri ſempiterna redemptione concede. Per dominum.

Pro congregatione & familia. Oratio.

DEfende, q̃s dñe, beata Maria ſemper virgine intercedẽte, iſtam ab oĩ aduerſitate familiã: & toto corde tibi proſtratã, ab hoſtiũ propitius tuere clemẽter inſidijs. Per. Secr.

SVſcipe, q̃s, clementer oĩpotens Deus, oblationem noſtræ deuotionis: & per virtutẽ huius ſacramẽti, famulos tuos à cunctis protege aduerſitatibus. Per dominum. Poſtcom.

SVmptis redemptionis noſtræ muneribus: præſta, q̃ſumus omnipotens Deus, eorum nobis celebratione, tuæ protectionis cõtra omnes aduerſitates ſubſidium. Per dñm.

Pro concordia in cõgregatione ſeruanda. Oratio.

DE⁹ largitor pacis, & amator charitatis: da famulis tuis verã cũ tua voluntate concordiam: vt ab omnibus, q̃ nos pulſant, tentationibus liberemur. Per dominum. Secr.

HIs ſacrificijs, dñe, q̃s, concede placatus: vt q̃ ꝓprijs oramus abſolui delictis, non grauemur externis. Per. Poſtc.

SPiritum nobis domine tuę charitatis infunde: vt quos

vno

vno pane cęlesti satiasti, tua facias pietate concordes. Per do. in vnitate eiusdem spirit. &c.

Cõtra psecutores Ecclesiæ. oro.

ECclesiæ tuæ, quęsumus domine preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per dominum nostrum. Secreta.

PRotege nos domine tuis mysterijs seruientes: vt diuinis rebus inhærentes, & corpore tibi famulemur, & mẽte. Per dominum. Postcõmunio.

QVæsumus, domine Deus noster: vt quos diuina tribuis participatione gaudere: humanis nõ sinas subiacere periculis. Per domi.

Contra persecutores, & male agentes. Oratio.

HOstium nrorum, qs dne, elide superbiam: & eorũ cõtumaciã, dexteræ tuæ virtute prosterne. Per dnm. Secreta.

HVius dne virtute mysterij & a proprijs mundemur occultis, & ab inimicorũ liberemur insidijs. Per. Postcõ.

PRotector nr, aspice Deus: & ab inimicorum nos defende periculis: vt omni perturbatione semota, liberis tibi mẽtibus seruiamus. Per dnm.

¶ Tempore belli. Oratio.

OMnipotẽs, & misericors Deus a bellorũ nos, quæsumus, turbine fac quietos: qa nobis bona cuncta pręstabis, si pacem dederis mentis & corporis. Per dominum. Secreta.

SAcrificiũ dne, qđ immolamus, placatus intẽde: vt ab omni nos bellorũ eruat nequitia, & in tuæ protectionis securitate cõstituat. Per do. Postcõ.

SAcrosancti corporis & sanguinis dñi nri Iesu Chri, refectione vegetati: supplices te rogamus ops De9: vt, hoc remedio singulari, ab oi peccatorũ nos contagione purifices: & a periculorum munias incursiõne cunctorum. Per eundem.

Pro quacunq; necessitate, & re obtinenda. Oratio.

DEus refugium nostrum, & virtus: adesto pijs ecclesiæ tuæ precibus auctor ipse pietatis, & præsta: vt quod fideliter petimus efficaciter cõsequamur. Per dominum nostrum Iesum Christũ. Secreta.

DA misericors De9: vt hæc salutaris oblatio, & à proprijs nos reatibus indesinẽter expediat, & ab omnibus tuatur aduersis. Per dominum nostrum Iesum Christũ. Postcõ.

Sumpsi-

SVmpſimus dñe ſacri dona myſterij humiliter deprecantes: vt, quæ in tui cõmemoratione nos facere præcepiſti, in noſtræ proficiant infirmitatis auxilium. Qui viuis & reg.

Pro quacũq; tribulatiõe. Oro.

NE deſpicias ops Deus populum tuum in afflictione clamantem: ſed propter gloriã nominis tui, tribulatis ſuccurre placatus. Per do. Secreta.

SVſcipe dñe propitius hoſtias, qbus & te placari voluiſti, & nobis ſalutem potenti pietate reſtitui. Per. Poſtcõ.

TRibulationem noſtrã, q̃s dñe, propitius reſpice, & ĩram tuæ indignationis, quam iuſte meremur, auerte. Per do.

Tempore famis, & peſtis. Oro.

DA nobis, q̃s dñe, piæ ſupplicationis effectũ: & peſtilentiam, famemq; propitiatus auerte: vt mortalium corda cognoſcant, & te indignãte talia flagella prodire, & te miſerante ceſſare. Per dñm. Secreta.

DEus, qui humani generis vtrãque ſubſtantiã, præſentium numerum & alimento vegetas, & renouas ſacramẽto: tribue quæſumus: vt eorum & corporibus noſtris ſubſidiũ nõ deſit & mẽtibus. Per. Poſtc.

GVberna, quęſumus domine, tpalib⁹ alimẽtis, quos dignaris ęternis informare myſterijs. Per dominum noſtrum.

Ad pluuiam petendam. Oro.

DEus in quo viuimus, mouemur, & ſumus: pluuiã nobis tribue congruentem: vt præſentibus ſubſidijs ſufficiẽter adiuti, ſempiterna fiducialius appetamus. Per d. Secreta.

OBlatis quæſumus domine, placare munerib⁹: & opportunum nobis tribue pluuiæ ſufficientis auxilium. Per dominum noſtrum. Poſtcom.

DA nobis quæſumus Domine, pluuiam ſalutarẽ, & aridam terræ faciem fluentibus cęleſtibus imbribus dignanter infunde. Per dominũ.

Ad ſerenitatem petendã. Oro.

AD te nos domine clamantes exaudi: & aeris ſerenitatem nobis tribue ſupplicantibus: vt, qui iuſte pro peccatis noſtris affligimur, miſericordia tua præueniẽte, clementiã ſentiamus. Per domi. Secreta.

PRæueniat nos, quæſum⁹ domine, gratia tua ſemp & ſubſequatur: & has oblationes, quas pro peccatis noſtris nomini tuo conſecrandas deferimus, benignus aſſume: vt,

per

per interceſſionem ſanctorum tuorum, cũctis nobis proficiãt ad ſalutem. Per do. Poſtcõmu.

QVæſumus omnipotens Deus clemẽtiam tuam: vt, inundãtiam coerceas imbrium, & hilaritatem vultus tui nobis impertiri digneris. Per dominum noſtrũ. Ad tẽpeſtates repellẽdas. Oro.

ADomo tua, q̃s dñe, ſpiritales nequitiæ repellant: & aerearum diſcedat malignitas tẽpeſtatum. Per do. Secre.

OFferimus tibi Domine laudes & munera, pro conceſſis beneficijs gratias referentes, & pro cõcedẽdis ſemper ſuppliciter deprecãtes. Per dominum noſtrum. Poſtcom.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui nos, & caſtigã do ſanas, & ignoſcendo cõſeruas: præſta ſupplicibus tuis: vt, & tranquillitatibus huius optatę conſolationis lætemur, & dono tuæ pietatis ſemp vtamur. Per dominum noſtrum. Pro peſte animalium. Oratio.

DEus qui laboribus hominum, etiã de multis animalibus ſolatia ſurrogaſti: ſuppliciter te rogamus: vt, ſine q̃bus non alitur humana cõditio, noſtris facias vſibus non perire. Per dominum. Secreta.

SAcrificijs dñe placat⁹ oblatis, opem tuam noſtris tpibus clementer impẽde. Per dominum noſtrum. Poſtcõmu.

BEnedictionem tuam Dñe populus fidelis accipiat, qua corpore ſaluetur, & mente: & congruã tibi ſemper exhibeat ſeruitutem: & ꝓpitiationis tuæ beneficia ſemp inueniat. Per dominum noſtrũ. Pro remiſſione peccatorũ. oro.

DEus qui nullum reſpuis, ſed quantumuis peccantibus, per pęnitentiam pia miſeratione placaris, reſpice propitius ad p̃ces humilitatis nr̃æ: & illumina corda nr̃a: vt tua valeamus implere p̃cepta. p. Sec.

PRæſens ſacrificium domine quod tibi ꝓ delictis noſtris offerimus, ſit tibi munus acceptum: tam viuẽtibus, quã defunctis proficiat ad ſalutẽ. Per dominum. Poſtcõmunio.

EXaudi preces familiæ tuæ oꝑs Deus: & præſta: vt ſancta hæc, quæ a te ſumpſiurus, incorrupta in nobis te donante ſeruentur. Per dominũ no. Pro petitione lacrymarũ. Oro.

OMnipotens, & mitiſſime Deus qui ſitienti populo fontem viuentis aquę de petra

pro-

produxisti: educ de cordis nostri duritia compunctionis lacrymas: vt peccata nostra plangere valeamus, remissionemq; peccatorum, te miserante, mereamur accipere. Per. Secreta.

HAnc oblationem, quæsumus dominẽ Deus, quã tuę maiestati pro peccatis nostris offerimus, respice propitius: & ꝓduc de oculis nostris lacrymarum flumina: quibus debita flammarum incendia valeant extingui. Per. Postcõ.

GRatiã spiritus sancti domine Deus cordibus nostris clementer infunde: quæ nos gemitibus lacrymarum efficiat maculas nostrorum diluere peccatorum: atq; optatæ nobis: te largiente, indulgentię præstet effectum. Per dominũ. Pro tribulatione pctõrũ. Oro.

INeffabilem misericordiam tuam nobis domine clementer ostende: vt, simul nos & à peccatis oĩbus exuas: & a pœnis, quas pro his meremur eripis. Per dominum. Secreta.

PVrificet nos, q̃s dñe, muneris præsentis oblatio: & dignos sacra participatione perficiat. Per dñm. Postcom.

PRæsta, q̃s dñe: vt terrenis affectib⁹ expiati ad supni plenitudinẽ sacri, cuius libauimus sancta, tendamus. Per.

Pro deuotis amicis. Oratio.

DEus, q̃ charitatis dona p gr̃am sancti spũs tuorũ cordibus fideliũ infudisti: da famulis & famulabus tuis, ꝓ quibus tuã deprecamur clemẽtiam, salutẽ mentis & corporis: vt te tota virtute diligant, & quę tibi placita sunt, tota dilectione perficiant. Per. Secre.

MIserere, q̃s dñe famulis & famulabus tuis, ꝓ quibus hoc sacrificiũ laudis tuæ offerimus maiestati: vt, per hęc sancta, supernæ benedictionis gratiam obtineant, & gloriam æternæ beatitudinis acquirãt. Per dominum. Postcom.

DIuina libantes mysteria, q̃s dñe: vt hæc salutaria sacr̃a illis proficiãt ad prosperitatem & pacem, pro quorũ, quarumq; dilectione, hæc tuæ obtulimus maiestati. Per dominum nostrum.

Pro inimicis. Oratio.

DEus pacis, charitatisq; amator & custos: da oĩbus inimicis nostris pacem charitatemq; veram: cunctorumq; eis remissionem tribue peccatorum: nosq; ab eorũ insidijs potenter eripe. Per. Secreta.

Oblatis

OBlatis, quæsumus domine placare muneribus: & nos ab inimicis nostris clemẽter eripe: eisq; indulgentiã tribue delictorũ. Per. Postcõmu.

HÆc nos communio Dñe eruat a delictis: & ab inimicorũ defendat insidijs. Per. Pro iter agentibus'. Oratio.

ADesto dñe supplicationibus nr̃is, & viã famulorũ tuorum in salutis tuæ prosperitate dispone, vt, inter omnes viæ, & vitæ hui⁹ varietates, tuo semper protegantur auxilio. Per dominum nostrũ. Secreta.

PRopitiare Domine supplicationibus nostris: & has oblationes, quas tibi offerimus pro famulis tuis, benignus assume: vt viam illorum, & præcedente gratia tua dirigas, & subsequẽte comitari digneris: vt de actu atque incolumitate eorum secundum misericordiæ tuæ præsidia, gaudeamus. Per dominũ. Postcõ.

TVa nos domine famulos tuos sperantes in te q̃s, sacr̃a custodiant, & contra oẽs aduersus tueant' incursus. Per. Pro nauigantibus. Oratio.

DEus, qui transtulisti patres nostros p mare rubrũ, & trãsuexisti eos per aquã nimiam, laudem tui nominis decantantes: te suppliciter deprecamur: vt, in naui famulos tuos, repulsis aduersitatibus, portu semper optabili, cursuq; tranquillo tuearis. Per do. Sec.

SVscipe, q̃s dñe, preces famulorũ tuorũ, cum oblationibus hostiarum: & tua mysteria celebrantes: ab oĩbus defende periculis. Per. Postcõmunio.

SAnctificati diuino mysterio maiestatem tuam dñe suppliciter deprecamur, & petimus: vt, quos donis, facis cęlestibus interesse, per signum sanctæ Crucis: & a peccatis oĩb⁹ abstrahas, & a periculis cũctis miseratus eripias. Per do.

Pro infirmis. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, salus æterna credẽtium: exaudi nos pro infirmis famulis tuis, pro quibus misericordiæ tuæ imploramus auxiliũ: vt reddita sibi sanitate, gr̃arũ tibi in ecclesia tua referant actiones. Per dñm. Secre.

DEus, cuius nutibus vitæ nr̃æ momẽta decurrũt, suscipe p̃ces & hostias famulorũ tuorũ, ꝑ qb⁹ misericordiã tuã ęgrotantibus imploramus: vt, de quorũ piculo metuim⁹, de eorũ salute lætemur. p. Postcõ.

Deus,

DEus, īfirmitatis humanæ ſingulare præſidiū: auxilij tui ſuper infirmos famulos tuos oſtende virtutem: vt ope miſericordiæ tuæ adiuti, eccleſiæ tuæ ſanctæ īcolumes repreſentari mereātur. Per dominū.

Pro conſtituto in carcere. Oro.

DEus, qui beatum Petrū à vinculis abſolutum illæſum abire feciſti: famuli tui in captiuitate poſiti vincula diſſolue: & eum ipſius meritis illæſum abire cōcedas. Secr.

SVper has, q̄s dñe, hoſtias benedictio copioſa deſcēdat: quæ captiui noſtri vinculi ſoluat: & de eius liberatione nos cito lætificet. Per do. Poſtcō.

PRoces noſtras, q̄s dñe, clementer exaudi, & per hæc ſacramenta quæ ſumpſimus: famulum tuum a vinculis ſuæ captiuitatis abſolue. Per dñm.

Pro tentatis & tribulatis. Oro.

DEus, qui iuſtificas impiū, & non vis mortem peccatorū: maieſtatem tuam ſuppliciter deprecamur: vt, famulos tuos de tua miſericordia confidētes, cęleſti protegas benign⁹ auxilio: & aſſidua protectione conſerues: vt tibi iugiter famulentur, & nullis tentationibus a te ſeparentur. Per do. Secreta.

HVius, q̄s dñe, virtute myſterij, & a pprijs nos mūda delictis: & famulos tuos ab omnibus abſolue peccatis. Per dominum noſtrū. Poſtcōmu.

PVrificēt nos, q̄s Dñe, ſacramenta quę ſumpſimus: & famulos tuos ab oī culpa liberos eſſe cōcede: vt, q̄ conſciētiæ reatu conſtringunt, cęleſtis remedij plenitudine glorient. p.

Ad repellendas malas cogitationes. Oratio.

OMnipotens, & mitiſſime Deus, reſpice propitius preces noſtras, & libera corda noſtra de malarum tentationibus cogitationum: vt ſancti ſpiritus dignum fieri habitaculum mereamur. Per dominū. in vnitate eiuſdē ſpūs. Secreta.

HAs tibi domine offerim⁹ oblationes pro ſalute noſtra, quatenus animas noſtras ab immundis cogitationibus purges, illæſasq̄; cuſtodias: & ſancti ſpūs grā illuminare digneris. Per. in vnit. eiuſd. Poſtc.

DEus qui illuminas omnē hominē venientē in hūc mundum, illumina q̄s corda noſtra gratiæ tuæ ſplendore: vt digne maieſtati tuæ miniſtrare, teq̄; æterna charitate diligere valeamus. Per dominū.

Ad

Ad postulandam charitatem. Oratio.

DEus, qui diligentibus te facis cuncta prodesse: da cordibus nostris inuiolabilem tuæ charitatis affectum: vt desiderio de tua inspiratione concepta, nulla possint tentatione mutari. Per dominum. Secre.

DEus, qui nos ad imaginẽ tuã, sacramentis renouas & pręceptis: perfice gressus nostros in semitis tuis: vt charitatis donum, quod fecisti a nobis sperari, per hæc quæ afferimus sacrificia, facias apprehendi. Per do. Postcõmunio.

SAncti spiritus gratia, q̃s domine, corda nostra illuminet: & perfectæ charitatis dulcedine abundanter reficiat. Per dñm nr̃m. in vnitate eiusdem.

Ad postulandam patientiam. Oratio.

DEus, q̃ vnigeniti tui patiẽtia, antiqui hostis cõtriuisti superbiã: da nobis, q̃s, q̃ idẽ pie p̃ nobis ptulit: digne recolere: ficq̃; exẽplo ei⁹, nobis aduersantia ęquanimiter tolerare. Per eundẽ dominũ. Secreta.

MVnera nr̃æ oblationis, q̃s dñe, placat⁹ suscipe: quæ, vt nobis patientiæ donũ condonare digneris, maiestati tuæ deuota offerimus actione. Per dominum. Postcõmu.

SAcrosancta dñe sumentes mysteria: amissam nobis, q̃s, recõciliẽt gr̃am: atq; mun⁹ patientię in illatis oĩbus, semp & vbiq; ꝓtegẽdo ĩpertiãt. Per. Ad postulandam continentiam. Oratio.

VRe igne sancti spiritus reples nostros, & cor nr̃um, dñe: vt tibi casto corpore seruiamus, & mundo corde placeamus. Per dominum nostrũ. in vnitate eiusdem. Secreta.

DIrumpe domine vincula peccatorum nostrorũ: &, vt sacrificare tibi hostiam laudis absoluta libertate possim⁹, retribue quæ ante tribuisti: & salua nos per indulgẽtiã, quos dignatus es saluare per gratiã. Per dominũ. Postcommunio.

DOmine adiutor, & protector noster, adiuua nos: & refloreat caro nostra vigore pudicitiæ, & sanctimoniæ nouitate: ereptãq;, de manu tartari, in resurrectionis gaudium iubeas præsentari. Per domi. Pro salute viuorum. Oratio.

PRætende Domine fidelibus tuis dexteram cęlestis auxilij: vt te toto corde ꝓquirant, & quæ digne postulant con-

consequi mereantur. Per dominum nostrum. Secreta.

PRopitiare Domine supplicationibus nostris: & has oblationes fidelium tuorum, quas tibi pro īcolumitate eorum offerimus benignus assume:& vt nullius sit irritum votum,nullius vacua postulatio: præsta quæsumus:vt, quod fideliter petimus, efficaciter cōsequamur.Per do. Postcōmu.

DA fidelibus tuis, quæsumus domine, in tua fide & sinceritate constantiam: vt ī charitate diuina firmati, nullis tentationibus ab eius integritate euellantur. Per dominū nostrum Iesum Christum,&c. Pro viuis & defunctis. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui viuorū dominaris simul & mortuorum:omniumq; misereris, quos tuos fide & ope fututos esse prænoscis: te supplices exoramus:vt, pro quibus effundere preces decreuimus: quosq; vel præsens sæculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit:intercedentibus oībus sanctis tuis: pieratis tuæ clementia,omniū delictorum suorum veniā cōsequantur. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum. Secreta.

DEus, cui soli cognitus est numerus electorū in superna felicitate locandus: tribue quæsumus:vt,intercedentibus oībus sanctis tuis, vniuersorum quos in oratione cō mendatos suscepimus, & nomina omnium fidelium beatę prędestinationis liber ascripta retineat. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecū. Postcommu.

PVrificent nos: quæsumus omnipotens & misericors Deus,sacramēta quæ sumpsimus: & intercedētibus omnibus sanctis tuis, præsta:vt hoc tuum sacramētum non sit nobis reatus ad pœnam, sed intercessio salutaris ad veniam: sit ablutio scelerum,sit fortitudo fragilium, sit cōtra omnia mundi pericula firmamentū: sit viuorum atque mortuorū fidelium, remissio omniū delictorum. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate.&c.

Finis Orationum ad libitum Sacerdotis.

PRO-

PROPRIVM MISSARVM
PRO DEFVNCTIS.

In his Missis Defunctorum, non dicitur Psal. Iudica me Deus. Sed post In nomine patris. Introibo. & Adiutoriū. fit cōfessio, vt in ordin. Neque datur benedictio post Requiescant in pace. ¶ Missa in Cōmem. omnium fidelium Defunctorū. Introitus.

REquié ęternā dona eis Dñe: & lux ppetua luceat eis. ps. Te decet hymnus Deus in Siō, & tibi reddetur votū in Ierusalem: exaudi orationē meā ad te oīs caro veniet. Deīde absolutè repetitur Requiem æternam. vsq; ad psalmum. Oratio. ps 64.

FIdeliū, Deus omnium conditor & redemptor, animabus famulorū famularūq; tuarum remissionem cūctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur. Qui viuis & regnas cum Deo patre in vnitate spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios. 1.c 15.

FRatres: Ecce, mysterium vobis dico. Omnes quidem resurgemus: sed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba (canet enim tuba) & mortui resurgent

incorrupti: & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionē: & mortale hoc, induere īmortalitatem. Cum autem mortale hoc īduerit immortalitatē: tūc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatū est: virtus vero peccati, lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Iesum Christum dominum nostrum. Gradua. Requiem æternam dona eis Domine: & lux ꝑpetua luceat eis. ℣ In memoria æterna erit iustus: ab auditione mala non timebit. Tractus. Absolue domine animas omnium fidelium defunctorum, ab omni vinculo delictorum. ℟. Et gratia tua illis succurrente, mereantur euadere iudicium vltionis. ℣. Et lucis æternæ beatitudine perfrui. Sequentia.

Dies iræ, dies illa,
Solue sæclum in fauilla:
Teste Dauid cum Sybilla,
Quantus tremor est futurus,
Quando iudex est vēturus.
Cuncta stricte discussurus?
Tuba mirum spargēs sonum,
Per sepulcra regionum,
Coget omnes ante thronū.
Mors stupebit & natura,
Cum resurget creatura.
Iudicanti responsura.
Liber scriptus proferetur,
In quo, totum continetur,
Vnde mundus iudicetur.
Iudex ergo cum sedebit,
Quicquid latet apparebit:
Nil inultum remanebit.
Quid sum miser tūc dicturus?
Quem patronū rogaturus?
Dum vix iustus sit securus?
Rex tremendæ maiestatis,
Qui saluādos saluas gratis,
Salua me fons pietatis.
Recordare Iesu piæ,
Quod sum causa tuæ viæ,
Ne me perdas illa die.
Quærens me, sedisti lassus,
Redemisti, crucem passus:
Tantus labor non sit cassus.
Iuste iudex vltionis,
Donum fac remissionis,
Ante diem rationis.
Ingemisco, tanquam reus:
Culpa, rubet vultus meus:
Supplicanti, parce Deus.
Qui Mariam absoluisti,
Et latronem exaudisti:
Mihi quoque spem dedisti.
Preces meæ non sunt dignæ:
Sed tu bonus, fac benigne:
Ne perenne cremer igne.
Inter oues locum præsta:

Et

Et ab hædis me sequestra,
Statuens in parte dextra.
Confutatis maledictis,
Flammis acribus addictis:
Voca me cum benedictis.
Oro supplex & accliuis:
Cor contritum quasi cinis:
Gere curam mei finis.
Lacrymosa dies illa,
Qua resurget ex fauilla
Iudicandus homo reus,
Huic ergo parce Deus.
Pie Iesu Domine,
Dona eis requiem, Amen.

Sequentia sancti euangelij secundùm Iohannem.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis & turbis Iudæorum. Amen amen dico vobis: quia venit hora, & nũc est, quando mortui audient vocem, filij Dei: & qui audierint viuent. Sicut enim pater habet vitam in semetipso: sic dedit & filio vitam habere in semetipso. Et potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Nolite mirari hoc, quia venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem filij Dei. Et procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionẽ vitæ: qui vero mala egerunt, in resurrectionẽ iudicij.

Offertor. DOmine Iesu Christe rex gloriæ, libera animas omnium fidelium defunctorum pœnis inferni, & de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadãt in obscurum: sed signifer sanctus Michael repræsentet eas in lucẽ sanctam: Quam olim Abrahæ promisisti, & semen eius. ℣. Hostias & preces tibi domine laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriã facimus: fac eas domine de morte transire ad vitã. Quã olim.

Secreta.

HOstias, quæsumus domine, quas tibi pro animabus famulorum famularumq; tuarum offerimus, propitiatus intende: vt quibus fidei Christianæ meritum contulisti, dones & præmium. Per dominũ.

Cõmunio. LUx æterna luceat eis domine, cũ sanctis tuis in æternũ: quia pius es. ℣ Requiem æternam dona eis domine, & lux perpetua luceat eis. Cum sanctis.

Postcommunio.

ANimabus quęsumus Domine, famulorum famularumq; tuarũ oratio proficiat supplicantium: vt eas & a peccatis oĩbus exuas, & tuę redemptionis facias esse participes. Qui viuis & regnas cum Deo.

Dicto Dominus vobiscum, dī Requiescāt in pace. ℟. Amē. & non datur bñō. Sed dicto secrete P laceat tibi &c. dicitur euang. secundùm Iohannem. In principio erat verbum &c. ¶ In die obitus, seu depositionis defuncti. Nō dī ps. Iudica. neque datur benedictio post Euangelium. Introitus.

REquiem ęternā dona eis dñe: & lux pętua luceat eis. ps. Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur votum in Ierusalē: exaudi oōnē meā, ad te oīs caro veniet. Requiem æternam. Oratio.

DEus, cui propriū est misereri semper & parcere: te supplices exoramus pro aīa famuli tui N. quā de hoc sæculo hodie migrare iussisti: vt nō tradas eam in manibus inimici, neque obliuiscaris in finē: sed iubeas eam a sanctis angelis suscipi, & ad patriam paradisi pduci: vt qa in te sperauit, & credidit, non pœnas æternas sustineat, sed gaudia sempiterna possideat. Per dominum nīm. Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses.

1.ca.4. FRatres. Nolumus vos ignorare de dormiētibus, vt nō cōtristemini, sicut, & cæteri q̄ spem non habent. Si enim credimus quod Iesus mortuus est, & resurrexit: ita & Deus eos q̄ dormierūt per Iesum adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Dñi, quia nos q̄ viuimus, qui residui sumus in aduentu dñi, nō præueniemus eos qui dormierunt. Qm̄ ipse dñs in iussu, & in voce archangeli, & in tuba Dei descendet de cęlo: & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos qui viuimus qui relinquimur simul rapiemur cū illis in nubibus obuiam Christo in aerea: & sic semper cū dño erimus. Itaque cōsolamini inuicem in verbis istis. Gradua. Requiem æternā dona eis domine: & lux ppetua luceat eis. ℣. In memoria æterna erit iustus: ab auditione mala non timebit. Tractus. Absolue Dñe aīas oīum fideliū Defunctorū ab omni vinculo delictorum. ℣. Et gratiā tua illis succurrēte, mereantur euadere iudiciū vltionis. ℣. Et lucis æternæ beatitudine perfrui. Sequentia. Dies iræ. &c. vt supra.

Seq. sctī Euāg. sc̄dm Iohānem.

IN illo tempore: Dixit Martha ad Iesū. Dñe si fuisses hic

frater

frater meus non fuisset mortuus. Sed & nunc scio, quia, quęcũq; poposcris a Deo, dabit tibi Deus. Dicit ei Iesus. Resurget frater tuus. Dicit ei Martha. Scio, quia resurget in resurrectione, in nouissimo Die. Dicit ei Iesus. Ego sum resurrectio & vita. Qui credit in me: etiam si mortuus fuerit, viuet. Et oĩs qui viuit, & credit in me: non morietur in æternũ. Credis hoc? Ait illi. Vtiq; domine, ego credidi, ꝙ tu es Christus filius Dei viui, qui in hunc mũdum venisti. Offertorium. Domine Iesu Christe rex gloriæ, libera animas omnium fidelium defunctorum de pœnis inferni, & de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum: sed signifer sanctus Michael repræsentet eas in lucẽ sanctã: Quam olim Abrahę ꝓmisisti, & semini eius. ℣. Hostias & ꝓces tibi dñe laudis offerimus: tu suscipe pro aĩabus illis, quarũ hodie memoriã facimus: fac eas dñe de morte trãsire ad vitam. Quam olim. Secre.

PRopitiare, q̃s ꝯne, aĩæ famuli tui N. ꝓ quo tibi hostiã laudis immolam⁹, maiestatẽ tuã suppliciter deprecãtes: vt ꝓ hęc pię placationis officia, peruenire mereat ad requiẽ sempiternam. Per dominum nostrũ. Cõio. Lux ętерna luceat eis domine cũ scĩs tuis in ętернũ: ꝙ pius es. ℣. Requiẽ ętернã dona eis dñe, & lux perpetua luceat eis. Cum sanctis. Postcommu.

PRęsta, q̃s, oꝑs De⁹: vt aĩa famuli tui N. q̃ hodie de hoc sęculo migrauit, his sacrificijs purgata, & a peccatis expedita, indulgentiam pariter, & uitã capiat sempiternam. Per dñm.

¶ In die tertio, septimo, & trigesimo depositionis Defuncti, dr̃ missa vt supra, exceptis oro-nibus, quæ dñr vt infra. Oro.

QVęsum⁹ dñe: vt aĩę famuli tui, cui⁹ depositionis diẽ tertiũ, vel septimũ, vel trigesimũ, cõmemoram⁹, scõrũ, atq; electorũ tuorũ largiri digneris cõsortiũ, & rorẽ mĩæ tuæ perẽnem infundas. Per dñm. Secre.

MVnera, q̃s dñe, q̃ tibi pro aĩa famuli tui offerim⁹ placatus intende: vt remediis purgata cęlestibus: in tua pietate requiescat. Per dñm. Postcõ.

SVscipe dñe preces nr̃as ꝓ anima famuli tui: vt siquæ ei maculæ de terrenis cõtagijs adhęserunt, remissionis tuę misericordia deleantur. Per dñm.

In anniuersario defunctorum: Non dicit ps. Iudica me Deus. Neq; dat bño post Requiescāt in pace. Introitus.

REquiē æternā dona eis dñe & lux ppetua luceat eis. ps. Te decet hymnus Deus in Siō, & tibi reddetur votum in Ieruſalem: exaudi orationem meam ad te omnis caro veniet. Requiem ęternam dona eis domine. Oratio.

DEus indulgentiarum domine, da animabus famulorum famularūq; tuarū, quorum anniuersariū depositionis diem commemoramus, refrigerij ſedem, quietis beatitudinē, & luminis claritatē. Per. Lectio libri Machabæorum.

IN diebus illis. Vir fortiſſimus Iudas, collatione facta, duodecim millia drachmas argenti miſit Ieroſolymam offerri pro peccatis mortuorum ſacrificium, iuſte & religioſe de reſurrectione cogitans. (Niſi enim eos qui ceciderant, reſurrecturos ſperaret, ſuperfluum videretur & vanum orare pro mortuis.) Et quia cōſiderabat, quod hi, qui cū pietate dormitionem acceperāt, optimā haberent repoſitam gratiā. Sāncta ergo & ſalubris eſt cogitatio, pro defunctis exorare: vt a peccatis ſoluantur. Grad. Requiē æternā dona eis dñe: & lux ppetua luceat eis. ℣. In memoria æterna erit iuſtus: ab auditione mala nō timebit. Tractus. Abſolue Domine animas omniū fidelium Defunctorum ab omni vinculo delictorū. ℣. Et gratia tua illis ſuccurrente, mereātur euadere iudicium vltionis. ℣. Et lucis æternæ beatitudine perfrui. Sequentia. Dies irę. Ad libitum Sacerdotis. Sequē ſci euāg. ſecūdū Iohānē.

IN illo tpe: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis & turbis Iudęorū. Omne quod dat mihi pater, ad me veniet: & eū, qui venit ad me non eijciā foras. Quia deſcendi de cęlo, non vt faciam voluntatē meam, ſed voluntatem eius qui miſit me. Hæc eſt aūt volūtas eius, qui miſit me, patris: vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo: ſed reſuſcitem illud in nouiſſimo die. Hæc eſt autem voluntas patris mei qui miſit me: vt omnis qui videt filiū, & credit in eū: habeat vitā æternā. Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Offer. Dñe Ieſu Chriſte rex gloriæ, libera aīas oīum fidelīū defunctorum

ctorũ de pęnis inferni, & de ꝓfundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurũ: sed signifer sanctus Michael reprę sentet eas in lucẽ sanctã: Quã olim Abrahæ promisisti, & semini eius. ℣. Hostias & ꝓces tibi dñe laudis offerimus: tu suscipe pro aĩabus illis, quarũ hodie memoriam facimus: fac eas Domine de morte transire ad vitam. Quam olim. Secreta.

PRopitiare dñe supplicationibus nr̃is, ꝓ aĩabus famulorũ famularũq; tuarũ, quorũ hodie annua dies agitur: ꝓ qb⁹ tibi offerimus sacrificiũ laudis: vt eas scõrũ tuorũ consortio sociare digneris. Per dñm. Cõio. Lux ętерna luceat eis dñe, cum sct̃is tuis in æternũ: qa pius es. ℣. Requiẽ æternã dona eis domine, & lux ꝑpetua luceat eis. Cum sanctis tuis. Postcõmu.

PRæsta, q̃s dñe: vt animę famulorũ famularũq; tuarũ, quorũ anniuersariũ depositionis diẽ cõmemoramus, his purgatæ sacrificijs: indulgentiã pariter & requiem capiãt sempiternã. Per dominum nostrũ.

¶ Si pro vno fiat anniuersariũ, prędictæ orationes dicantur in singulari numero.

¶ In missis quotidianis defunctorũ, Non dr̃ psal. Iudica me Deus, neq; dat̃ bñdictio, post Requiescant in pace. Introit⁹.

REquiẽ æternã dona eis domine: & lux ꝑpetua luceat eis. ꝑs. Te decet hymn⁹ De⁹ in Siõ, & tibi reddetur votũ in Ierusalẽ: exaudi orationẽ meã, ad te omnis caro veniet. Requiem æternam dona eis dñe.

Pro defunctis episcopis, seu sacerdotibus. Oratio.

DEus, qui ĩter apostolicos sacerdotes, famulos tuos põtificali, seu sacerdotali fecisti dignitate vigere: ꝓsta q̃s: vt eorum quoq; perpetuo aggregentur consortio. Per dominũ.

Pro defunctis fratribus, ꝓpinquis, & benefactoribus. Oratio.

DEus, veniæ largitor, & humanæ salutis amator, q̃s clementiã tuã, vt nr̃æ congregationis fratres, ꝓpinquos, & benefactores, q ex hoc sęculo trãsierũt: beata Maria semper virgine intercedẽte, cũ oĩbus sct̃is tuis: ad ꝑpetuæ beatitudinis cõsortiũ puenire cõcedas.

Pro fidelibus defunctis gñalis. Oro.

FIdelium, Deus, omniũ conditor & redemptor, aĩabus famulorũ famularũq; tuarum

remissionē cūctorū tribue peccatorū: vt indulgentiā, quā semper optauerunt, pijs supplicationibus cōsequant, Qui viuis & regnas cū Deo patre in vni.

Lectio libri Apocalypsis beati Iohannis Apostoli.

IN diebus illis: Audiui vocē de cœlo, dicētē mihi. Scribe, Beati mortui, qui in dño moriūtur. Amodo iā dicit spiritus, vt requiescāt à laboribus suis. Opa enim illorū sequunt illos.

Graduale. R equiem æternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. ℣. In memoria æterna erit iustus: ab auditione mala non timebit. Tractus. Absolue Dñe aīas oīum fideliū Defūctorū ab oī vīculo delictorū. ℣. Et gr̄a tua illis succurrente, mereantur euadere iudicium vltionis. ℣. Et lucis æternæ beatitudinie perfrui.

Sequentia sancti euangelij secundum Iohannem.

cap. 6. IN illo tpe: Dixit Iesus discipulis suis & turbis Iudæorum. Ego sum panis viuus, qui de cęlo descendi. Siquis māducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. Et panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Litigabant ergo Iudęi ad inuicem, dicētes. Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Dixit ergo eis Iesus. Amen, amen dico vobis: nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meā carnem, & bibit meū sanguinē, hēt vitā ęternā. Et ego resuscitabo eū in nouissimo die.

Offer. D ñe Iesu Christe rex gloriæ libera animas omnium fidelium defunctorū de pœnis inferni, & de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum: sed signifer sanctus Michael repręsentet eas in lucē sanctā: Quā olim Abrahę promisisti, & semini eius. ℣. Hostias & preces tibi domine laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illlis, quarum hodie memoriā facimus: fac eas Domine de morte transire ad vitam. Quam olim Abrahæ.

Pro defunctis episcopis, seu sacerdotibus. Secreta.

SVscipe dñe q̄s, p aīab⁹ famulorū tuorū pōtificū seu sacerdotū, quas offerim⁹ hostias: vt, qb⁹ ī hoc scło pōtificiale, seu sacerdotale donasti meritū, ī cęlesti regno sc̄tōrū tuorum iubeas coniungi cōsortio. Per do.

Pro

Pro defunctis fratribus ꝓpinquis, & benefactoribus. Secre.

DEus, cuius misericordiæ nō est numerus, suscipe propitius preces humilitatis nostræ: & animabus fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum, quibus tui nominis dedisti confessionē, per hæc sacra salutis nr̄æ, cunctorū remissionē tribue peccatorū.

Pro fidelibus defunctis. Secre.

HOstias, quęsumus domine, quas tibi pro animabus famulorum famularumq́; tuarum offerimus, propitiatus intende: vt, quibus fidei Christianæ meritum contulisti, dones, & præmium. Per dominū. Cōmunio. Lux æterna luceat eis domine, cum sanctis tuis in æternum, quia pius es. ℣. Requiem æternam dona eis dn̄e, & lux perpetua luceat eis. Cū.

Pro defunctis episcopis, seu sacerdotibus. Postcommunio.

PRosit, quæsumus domine, animabus famulorū tuorum pontificum seu sacerdotum, misericordiæ tuæ implorata clementia: vt eius, in quo sperauerūt, & crediderūt, æternum capiant te miserante consortium. Per dominum nostrum Iesum Christum filium.

Pro defunctis fratrib⁹, propinquis, & benefactoribus. Postcō.

PRæsta quæsumus omnipotens & misericors Deus: vt animæ fratrum, propinquorū, & benefactorum nostrorum, pro quibus hoc sacrificiū laudis tuę obtulimus maiestati: p huius virtutē sacramenti: a peccatis omnibus expiatæ, lucis perpetuæ: te miserāte, recipiāt beatitudinem.

Pro fidelibus defunctis. Postc.

ANimabus quæsumus Domine, famulorum famularumque tuarum oratio proficiat supplicantium: vt eas & a peccatis omnibus exuas, & tuæ redemptionis facias esse participes. Qui viuis & reg.

¶ Epistolæ & Euangelia superius posita ī vna missa pro defunctis dici possunt etiam in alia missa pro defunctis.

ORATIONES

Diuersæ pro Defunctis.

In die depositionis, & anniuersario summi Pontifi. dī prima missa, vt sup. 313. ꝓter oīones quæ dicuntur vt infra. Oratio.

DEus, q̄ inter summos sacerdotes famulum tuū N. ineffabili tua dispositione cōnumerari voluisti,

luisti, præsta, quæsumus, vt q̃ vnigeniti filij tui vices in terris gerebat, sanctorum tuorũ pontificum cõsortio perpetuo aggregetur. Per eundem. Secreta.

SVscipe, quæsumus domine, ꝓ anima famuli tui N. summi pontificis, quas offerimus hostias: vt cui in hoc sæculo pontificale donasti meritum, eum in cęlesti regno sanctorum tuorum iubeas iungi consortio. Per dominũ. Postcõ.

PRosit, quæsumus domine, animæ famuli tui N. summi pontificis misericordiæ tuę implorata clemẽtia, vt eius in quo sperauit & credidit, æternum capiat te miserante consortium. Per dominũ nostrũ.

Pro defuncto Episcopo dicitur prima missa, vt supra. 313.

Oratio vt infra. Oratio.

DEus, qui inter apostolicos sacerdotes famulum tuum pontificali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus: vt eorum quoq; perpetuo aggregetur consortio. Per Dominum nostrum Iesum. Secreta.

SVscipe domine, quæsumꝰ, ꝓ anima famuli tui pontificis, quas offerimus hostias: vt, cui in hoc sęculo pontificale donasti meritum, in cœlesti regno sanctorum tuorum iubeas coniungi consortio. Per Dominum. Postcommunio.

PRosit, quæsumus domine, animæ famuli tui pontificis misericordiæ tuæ implorata clemẽtia: vt eius in quo sperauit & credidit, æternum capiat te miserante consortium. Per Dominum nostrum.

Pro defuncto sacerdote dicitur eadem oratio, sed vbi dicitur pontificali: dica sacerdotali.

Si fuerint plures, dicatur vt supra in quarta missa. fol. 316.

Pro defuncto tꝑo alia Oratio.

DA nobis domine, vt animam famuli tui episcopi, quam de sæculi eduxisti laborioso certamine, sanctorum tuorum cetui tribuas esse consortem. Per dominũ. Secreta.

ANnue nobis Domine, vt animæ famuli tui episcopi hæc prosit oblatio: quã immolando totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per dominum nostrũ. Postcommunio.

HIs sacrificijs, quæsumus omnipotẽs Deus, vt purgat anima, & spiritus famuli tui episcopi ad indulgentiam & refrigerium sempiternum peruenire mereatur. Per dominum nostrũ Iesum Christum.

Pro

Pro Defunctis Sacerdotibus.

Alia Oratio.

PRæsta, quæsumus Domine, vt animæ famulorum tuorum sacerdotum, quos in hoc sæculo commorantes sacris muneribus decorasti: in cę lesti sede glorioſa ſemper exultent. Per dominum. Secreta.

SVscipe, quæsumus Domine, pro animabus famulorum tuorum sacerdotum: quas offerimus hostias: vt quibus sacerdotale donasti meritum, dones & præmium. Per do. Postc.

PRæsta, quæsumus omnipotens Deus, vt animas famulorum tuorum sacerdotum in congregatione iustorum, æternæ beatitudinis iubeas esse cōsortes. Per dominum nostrum.

Pro vno Defuncto. Oratio.

INclina Domine aurem tuā ad preces nostras, quib⁹ misericordiam tuam supplices deprecamur: vt animam famuli tui, quam de hoc seculo migrare iussisti, in pacis ac lucis regione constituas, & sanctorū tuorum iubeas esse consortem. Per dominum nostrum. Secre.

ANnue nobis, quæsumus domine: vt animæ famuli tui hæc prosit oblatio, quam immolando totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per dominum nostrum. Postcommu.

ABsolue, quæsumus domine, animam famuli tui ab omni vinculo delictorum: vt in resurrectionis gloria, inter sanctos & electos tuos resuscitatus respiret. Per dominū.

¶ Pro vna defuncta. Oratio.

QVęsumus Domine, pro tua pietate miserere animæ famulæ tuæ: & à contagijs mortalitatis exutam in æternæ saluationis partem restitue. Per dominū. Secreta.

HIs sacrificijs, quæsumus domine, anima famulæ tuæ, & a peccatis oībus exuatur, sine quibus a culpa nemo liber extitit: vt per hæc piæ placationis officia, perpetuam misericordiam consequatur. Per dominum. Postcommunio.

INueniat, quæsumus Domine, animæ famulæ tuæ lucis æternæ consortium: cuius perpetuæ misericordiæ consecuta est sacramentum. Per domi.

¶ Pro patre & matre. Oratio.

DEus, qui nos patrem & matrem honorare præcepisti: miserere clementer animab⁹ patris & matris meæ: eorumq́: peccata dimitte, meq́ue eos in æternæ claritatis gaudio

fac

fac videre. Per dominũ. Secret.

SVscipe sacrificium Domine, quod tibi pro animabus patris & matris meę offero: eisque gaudium sempiternum in regione viuorum concede: meque cum illis felicitati sanctorum coniunge. Per dominum nostrũ. Postcommu.

CÆlestis participatio domine sacramenti, animabus patris & matris meæ requiem & lucem obtineat perpetuam: meque cum illis gratia tua coronet æterna. Per do.

Pro defunctis fratribus, propinquis, & benefactoribus. Oro.

DEus veniæ largitor, & humanæ, salutis amator, qs clementiam tuam: vt nostræ congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt: beata Maria semper uirgine intercedente cum omnibus sanctis tuis: ad perpetuæ beatitudinis consortium peruenire cõcedas. Per dominum. Secreta.

DEus, cuius misericordiæ non est numerus, suscipe propitius preces humilitatis nostræ: & animabus fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum, quibus tui nominis dedisti cõfessionem, per hęc sacramenta salutis nostræ cunctorum remissionem tribue peccatorum. Per. Postc.

PRæsta, quæsumus omnipotens & misericors Deus: vt animæ fratrum propinquorum, & benefactorum nostrorum, pro quibus hoc sacrificium laudis tuæ obtulimus maiestati: per huius virtutem sacramenti, a peccatis omnibus expiatę, lucis perpetuæ te miserante recipiant beatitudinem. Per dominum nostrum.

Pro his, qui in cæmeterio requiescunt. Oratio.

DEus cuius miseratione animæ fidelium requiescunt, famulis & famulabus tuis omnibus hic & vbique in Christo quiescentibus, da propitius ueniam peccatorum: vt a cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine lętentur. Per eundem dominum. Secreta.

PRo animabus famulorum famularumque tuarum & omnium catholicorum, hic & vbique in Christo dormientium, hostiam Domine suscipe benignus oblatam: vt hoc sacrificio singulari, vinculis horrendæ mortis exutæ, vitam mereantur ęternam. Per eundem dominum. Postcommu.

DEus, fidelium lumen animarum adesto supplicationibus nostris: & da famulis & famulabus tuis quorum corpora hic & vbiq; in Christo requiescunt, refrigerij sedē, quietus beatitudinem, & luminis claritatem. Per eundem dñm.

Pro fidelibus defunctis generalis Oratio.

FIdelium, Deus omniū conditor & redemptor animabus famulorum famularumq; tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiā, quam semper optauerunt pijs supplicationibus consequantur. Qui viuis. Sec.

HOstias, quæsumus domine, quas tibi pro animabus famulorum famularumq; tuarum offerimus, propitiatus intende: vt, quibus fidei christianæ meritum contulisti, dones, & præmium. Per.. Postcō.

ANimabus, quęsumus domine, famulorum famularumque tuarum oratio proficiat supplicantium: vt eas, & à peccatis omnibus exuas, & tuę redemptionis facias esse participes. Qui viuis & regnas. &c.

Pro pluribus defunctis. Oratio.

DEus, cui proprium est miserereri semper & parcere, propitiare animabus famulorum famularumque tuarum, & omnia eorum peccata dimitte: vt mortalitatis vinculis absolutæ, transire mereantur ad vitam. Per dominum. Secreta.

ANnue nobis Domine: vt animabus famulorum famularumq; tuarum, hæc profit oblatio: quam immolando, totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per. Postcommunio.

DEus, cui soli cōpetit medicinā præstare post mortem: præsta quæsumus: vt animæ famulorum famularumq; tuarum terrenis exutæ contagijs, in tuæ redemptionis parte numerentur. Qui viuis & regnas in vnitate spiritus sancti.

Alia pluralis vt supra. Oratio.

ANimabus, quæsumus domine, famulorum famularumque tuarum misericordiam concede perpetuam: vt eis proficiat in æternum, quod in te sperauerunt, & crediderunt. Per Dominum. Secreta.

HIs Domine, quæsumus, placatus intende muneribus, & quod ad laudem tui nominis supplicantes offerimus ad indulgentiam proficiat defunctorum. Per dominum nostrum Iesum Christum filium.

Postcom-

Postcommunio.

SVpplices domine pro animabus famulorum famularumq; tuarum preces effundimus, obsecrantes: vt quicquid conuersatione contraxerunt humana, & clementer indulgeas, & in tuorum sede lætantium constituas redemptorum. Per dominum nostrum.

ORDO AD FACIENdam aquam benedictam.

Die dominica, in sacristia præparato sale & aqua, sacerdos celebraturus Missam, vel alius ad id deputatus alba vel superpelliceo indutus, cum stola circa collum, primo dicit ℣. Adiutorium nostrum in noīe Dñi. ℟. Qui fecit cœlum, & terram. Deinde absolutè incipit exorcismum salis.

EXorcizo te creatura salis per Deū ✠ viuum: per Deū ✠ verum: per Deum ✠ sanctum: per Deum, qui te per Elisæum prophetam in aquā mitti iussit, vt sanaretur sterilitas aquæ: vt efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium, & sis omnibus sumentibus te sanitas animæ, & corporis: & effugiat atque discedat à loco, in quo aspersum fueris omnis phantasia, & nequitia vel versutia diabolicæ fraudis, omnisque spiritus immundus adiuratus, per eum qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. ℟. Amen. Oratio.

IMmensam clementiam tuā, omnipotens æterne Deus, humiliter imploramus: vt hāc creaturam salis, quam in vsum generis humani tribuisti, bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare tua pietate digneris: vt sit omnibus sumētibus salus mētis, & corporis: & quicquid ex eo tactum vel respersum fuerit, careat omni immunditia, omniq; impugnatione spiritalis nequitiæ. Per dominum.

Exorcismus aquæ, & dicatur absolutè.

EXorcizo te creatura aquæ in noīe Dei ✠ patris omnipotētis, & in nomine ✠ Iesu Christi filij eius domini nostri, & in virtute sancti ✠ spiritus: vt fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatē inimici, & ipsum inimicū eradicare & explantare valeas cū angelis suis apostaticis, p virtutē eiusdē dñi nr̄i Iesu Christi: qui vēturus est iudicare viuos & mortuos, & sæculum per ignem. ℟. Amen. Oratio.

Deus,

DEus, qui ad salutem humani generis, maxima quæque sacramenta in aquarũ substantia condidisti: adesto propitius inuocationibus nostris, & elemento huic multimodis purificationibus præparato, virtutem tuæ bene ✠dictionis infunde: vt creatura tua mysterijs tuis seruiens, ad abigendos dæmones, morbosque pellẽdos, diuinæ gratiæ sumat effectum: vt quicquid in domibus vel in locis fideliũ, hæc vnda resperserit, careat omni immunditia, liberetur à noxa: non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens: discedant omnes insidiæ latentis inimici: & si quid est, quod aut incolumitati habitantium inuidet, aut quieti: aspersione huius aquæ effugiat: vt salubritas per inuocationem sancti tui nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per dominum nostrũ.

Hic mittat sal in aquam in modum crucis, dicendo semel.

COmmistio salis & aquæ pariter fiat: in nomine pa ✠tris, & fi ✠lij, & spiritus ✠ sancti. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oratio.

DEus inuictæ virtutis auctor, & insuperabilis imperij rex, ac semper magnificus triumphator: qui aduersæ dominationis vires reprimis: qui inimici rugiẽtis sæuitiam superas: qui hostiles nequitias potenter expugnas: te domine trementes & supplices deprecamur ac petimus: vt hãc creaturam salis & aquæ dignanter aspicias: benignus illustres: pietatis tuæ more sanctifices: vt vbicunque fuerit aspersa, per inuocationem sancti tui nominis, omnis infestatio immundi spiritus abigatur: terrorque venenosi serpentis procul pellatur: & præsentia sancti spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus, vbique adesse dignetur. Per dominum. In vnitate eiusdem spiritus sancti.

¶ Finita benedictione, sacerdos celebraturus indutus pluuiali coloris officio conuenientis ascendit ad altare, & ibi ad gradus cum ministris genuflexus, accipit à diacono aspersorium, & primo ter aspergit altare: deinde se & ministros incipiens Antiphonã. Asperges me. & Chorus psequitur, Domine hyssopo. &c. vt infra. Interim celebrans aspergit clerum,

rum, deinde populum dicens ps. Miserere. cũ Gloria patri. Aña. Asperges me domine hyssopo: & mũdabor lauabis me, & super niuem dealbabor. ps. Miserere mei Deus secundùm magnam misericordiã tuam. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Sicut erat in principio & nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen. Et repetitur Aña Asperges me dñe. Supradicta Aña, pariẽto modo dicatur in aspersione aquę benedictæ in Dominicis per totũ annum: excepto q̃ in dominicis de Passione, & in dominica Palmarum, non dr̃ Gloria pr̃i. Sed post psal Miserere. repetitur immediate Aña. Asperges. Excepto ẽt tempore Paschali. s. à dñica Pasch. vsq; ad Pent. quo tempore cantatur cõiter Aña. Vidi aquam egredientem de templo à latere dextro, halah: & oẽs, ad quos peruenit aqua ista, salui facti sunt, & dicent, haleluiah, haleluiah. ps. Confitemini dño, quoniam bonus: quoniã in sæculum misericordia eius. ℣. Gloria patri. Repetitur antiphona. Vidi aquam. In octauavero Pent. resumitur. Asperges me Dñe. Finitis añis supradicto modo: sacerdos qui aspersit aquam reuersus ad altare, ante gradus altaris stãs dicat, ℣ Ostende nobis Domine misericordiam tuam. Tempore paschali additur Haleluiah, ℟. Et salutare tuum da nobis. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spũ tuo. Oremus. Oro, Exaudi nos, Domine sãcte, pater omnipotens, æterne Deus: & mittere digneris sanctum angelum tuum de cœlis, qui custodiat, foueat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

¶ Benedictio agni paschalis.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cœlum & terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. & sic dicatur ante omnes benedictiones. Oratio.

DEus, qui per famulũ tuũ Moysen, in liberatione populi tui de Ægypto agnum occidi iussisti in similitudinẽ Domini nostri Iesu Christi, & vtrosque postes domorum de sanguine huius agni perungi præcepisti: ita bene ✠dicere, & sancti ✠ficare digneris hãc

creatu-

creaturam carnis, quam nos famuli tui ad laudem tuam sumere desideramus: per resurrectionē domini nostri Iesu Christi. Qui tecum viuit & regnat in sæcula sæculorum. ℟. Amē.

Et mox aspergit aqua bñdicta.

¶ Benedictio Panis.

℣. Adiutoriū &c. vt sup. Oro.

DOmine Iesu Christe, panis angelorū, panis viuę, & æternæ vitæ, bene ✠ dicere dignare panē istū, sicut benedixisti quinque panes in deserto: vt omnes ex eo digne gustātes, inde corporis & animæ desiderabilē percipiant sanitatē. Per Chm dñm nrm. ℟. Amē.

Aspergatur aqua benedicta.

Benedictio nouorū fructuum.

℣. Adiutoriū nost. vt sup. Oro.

BEne ✠ dic domine hunc nouū fructū N. & prælta: vt qui ex eo in tuo sancto nomine vescetur, corporis & animæ salute potiatur. Per dominum.

Et aspergatur aqua benedicta.

¶ Bño ad qdcūq; comestibile.

℣. Adiutorium. vt sup. Oratio.

BEne ✠ dic domine creaturam istam N. vt sit remediū salutare gñi humano: & pstta p inuocationem sancti nominis tui: vt quicunq; ex ea sumpserint, & corporis sanitatē, & aiæ tutelam accipiāt. Per dominū nostrum Iesum Christum filiū.

Aspergat id cū aqua bñdicta.

¶ Benedictio candelarum.

℣. Adiutoriū nost. vt sup. Oro.

DOmine Iesu Chre fili Dei viui, bene ✠ dic cādelas istas supplicationibus nostris: infunde eis domine per virtutem sanctæ cru ✠ cis benedictionē cęlestē, qui eas ad repellendas tenebras humano generi tribuisti: talemq; benedictionē signaculo sanctæ cru ✠ cis accipiant, vt quibuscunque locis accēsę siue positæ fuerint, discedant principes tenebrarū, & contremiscant & fugiant pauidi cum oībus ministris suis ab habitationibus illis: nec prę sumāt amplius inquietare, aut molestare seruientes tibi oīpotenti Deo. Qui viuis & regnas in vnitate spiritus sancti Deꝰ.

Postmodum aspergantur aqua benedicta.

¶ Benedictio loci.

℣. Adiutorium nostrum, &c. vt supra. Oratio.

BEne ✠ dic domine Deus omnipotens locum istum: vt sit in eo sanitas, castitas, victoria, virtus, humilitas, bonitas, & mansuetudo, plenitudo legis, & gratiarū actio, Deo patri

patri & filio & spiritui sancto: & hæc benedictio maneat super hunc locum, & super habitantes in eo. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

¶ Benedictio domus nouæ.

℣. Adiutorium. vt sup. Oratio.

TE Deum patrem omnipotentem suppliciter exoramus pro hac domo, & pro eius habitatoribus ac rebus: vt eam bene✠dicere, & sanctificare ac bonis omnibus ampliare digneris: tribue eis domine de rore cœli abundantiam, & de pinguedine terræ vitæ substantiam, & desideria voti eorum ad effectum tuæ miserationis perducas: Ad introitum ergo nostrum benedi✠cere, & sanctificare digneris hanc domũ, sicut benedicere dignatus es domum Abraham, Isaac, & Iacob: & intra parietes domus istius Angeli tuæ lucis inhabitent, eamque, & eius habitatores custodiant. Per Christũ dominum nostrum. ℟. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

¶ Benedictio thalami.

℣. Adiutorium. vt sup. Oratio.

BEne✠dic domine thalamum hunc: & omnes habitantes in eo, in tua pace consistant, & in tua voluntate permaneant, & senescant, & multiplicentur in longitudine dierum. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Postea aspergat thalamum aqua benedicta.

¶ Benedictio nouæ nauis.

℣. Adiutorium. vt sup Oratio.

PRopitiare Domine supplicationibus nostris, & bene✠dic nauim istam dextera tua sancta, & omnes qui in ea vehentur, sicut dignatus es benedicere arcam Noe ambulantis in diluuio. Porrige eis domine dexteram tuam, sicut porrexisti beato Petro ambulanti supra mare: & mitte sanctũ Angelum tuum de cœlis, qui liberet, & custodiat eam semper à periculis vniuersis, cum omnibus quæ in ea erunt: & famulos tuos, repulsis aduersitatibus, portu semper optabili cursuque tranquillo tuearis: transactisque, ac rite perfectis negocijs omnibus, iterato tempore ad propria cũ omni gaudio reuocare digneris. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti Deus, &c. ℟. Amen.

Aspergat nauim aqua bñdicta.

¶ Benedi-

¶ Benedictio sacerdotaliū indumentorum in genere.

℣. Adiutorium nost. vt sup. Oro.

OMnipotens sempiterne Deus, qui per Moysen famulum tuum pontificalia, & sacerdotalia atque leuitica vestimenta, ad explendum ministerium eorū in conspectu tuo ad honorem & decorem nominis tui fieri decreuisti: adesto propitius inuocationibus nostris: & hæc indumenta sacerdotalia, desuper irrigante gratia tua, ingenti benedictione per nostrę humilitatis seruitutem purifi ✠ care, bene ✠ dicere, & conse ✠ crare digneris: vt diuinis cultibus & sacris mysterijs apta & benedicta exi stant: hisq; sacris vestibus pontifices, sacerdotes, seu leuitę tui induti ab omnibus impulsionibus seu tentationibus malignorum spirituum muniti, & defensi esse mereantur: tuisque mysterijs apte & condigne seruire, & inhærere, atque in his tibi placide & deuote perseuerare tribue. Per Christum Dominum nostrum. ℟ Amen.

Alia Oratio.

DEus, inuictæ virtutis auctor, & omnium rerum creator ac sanctificator: intende propitius preces nostras: & hæc indumenta leuiticæ, & sacerdotalis glorię, ministris tuis fruenda, tuo ore proprio bene✠dicere, conse✠crare & san✠ctificare digneris: omnesq; eis vtentes, tuis mysterijs aptos, & tibi in eis deuote, & amabiliter seruiētes, gratos effici concedas. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit. Oremus.

DOmine Deus omnipotēs, qui vestimenta pontificibus: sacerdotibus, & leuitis, in vsum tabernaculi fœderis necessaria, Moysem famulum tuum agere iussisti, eumq; spiritu sapientiæ ad id peragendum repleuisti: hæc vestimenta in vsum & cultum mysterij tui san✠ctificare, bene✠dicere, & conse✠crare digneris: atque ministros altaris tui, qui ea induerint, septiformis spiritus gratia dignanter repleri, atque castitatis stola, beata facias cum bonorum fructu operum mysterijs congruentis immortalitate vestiri. Per Christū dñm nostrū. ℟ Amē.

Deinde aspergit ipsa indumenta aqua benedicta.

FINIS.

Regiſtrum.

*abc, A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z,

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr.

Omnes ſunt Quaterniones, præter Rr, Quinternionem.

VENETIIS,

Apud Dominicum Nicolinum. M D LXXXII.

2-2-3

Digitized by Google